NOTÆ

PHILOLOGICÆ ET GRAMMATICÆ

IN

EURIPIDIS TRAGŒDIAS;

E

VARIIS VIRORUM DOCTORUM COMMENTARIIS

MAXIMA EX PARTE SELECTÆ,

ET

TEXTUI MATTHIÆANO ACCOMMODATÆ.

IN USUM PRÆLECTIONUM ACADEMICARUM ET SCHOLARUM.

[by G. T.]

TOMUS I.

IMPENSIS
GEO. B. WHITTAKER, LONDINI:
J. PARKER, OXON.: ET J. ET J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ.

MDCCCXXVIII.

LONDINI:
EXCUDEBAT R. GILBERT,
ST. JOHN'S-SQUARE.

MONITUM.

In hoc Notarum delectu, Tironum usui Editorem imprimis consuluisse, Lectori facile apparebit. Itaque eis plerumque omissis, quæ rerum Criticarum et Doctrinæ Metricæ minutias spectabant, materiam e Philologiæ et Grammatices fontibus hausit; et, siquid in aliorum observationibus vel defuit vel minus placuit, id de suo supplere tentavit. Eadem ratione adductus, textum, quem feliciter recensuit Aug. Matthiæ, secutus est; lectionis varietates quam rarissime notaturus, et in iis tantum locis, ubi vel ipsæ haud dubio recipiendæ, vel ad receptam lectionem illustrandam aptæ, viderentur. Hactenus igitur præmonitus, valeas, amice Lector, et his virorum doctorum laboribus fruaris.

G. T.

NOTÆ

IN

HECUBAM.

NOTÆ

IN

EURIPIDIS TRAGŒDIAS.

IN HECUBAM.

Vers. 1. Locum hunc liberius vertit Poeta apud Ciceronem Tusc. I. 16. *Adsum atque advenio Acheronte vix via alta atque ardua.* Inter loca Tragicorum, quæ Æschines pronunciando corruperit, hunc recenset Demosthenes de Coronâ, p. 571. ed. Tayl. Aperte ridet Aristophanes apud Athenæum XII. p. 551. B. Καὶ τίς νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας Ἔτλη κατελθεῖν; tectius vero ibidem III. p. 112. F. Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον Λιπὼν, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια. Totum distichon in usus suos convertit Menippus in Luciani Necyomantia, fingens se ab inferis rediisse. Christi Patientis conditor, vulgo dictus Gregorius Nazianzenus, qui hanc fabulam raro citat, hunc versum habet leviter mutatum 1506. ut et hunc cum sequenti 2021. 2022. Porson. Cum hoc prologo conferenda est præclara ista de Polydori cæde enarratio apud Virgilium, Æn. III. 49. sqq. et Ovidii fabula, (Metam. XIII. 430.) quæ in eo tantum a nostro dissentit, quod ibi ipsa Hecuba *Aspicit ejectum Polydori in littore corpus, Factaque Threiciis ingentia vulnera telis.* Paulo aliter Dictys Cretensis historiam tradit; aliter etiam Homerus, qui Polydorum Priami ex Laothöe fuisse filium, (Il. XXII. 46.) et sub Trojæ mœnia ab Achille telo transfixum esse, (Il. XX. 413.) attestatur.—

Ἥκω, *Veni* sive *adsum* &c. non cum interpretibus *Venio*, I am coming: hoc enim sententiam parum aptam efficit; Alterum porro et tertium ex eodem Poeta describam, Med. 921. Ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' εἰς ἐμοῦς ἭΚΕΙΣ λόγους, Τὰ μὲν λέλεκ-

ται, τῶν δ' ἐγὼ μεμνήσομαι. Orest. 86. Σὺ δ' ἡ μακαρία, μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις "ΗΚΕΤΟΝ, ἐφ' ἡμᾶς αθλίως πεπραγότας. *Dawes M. C. p. 77. not. ed. Kidd.* His etiam addas, Androm. 1208. ἥκω Θέτις, λιποῦσα Νηρέως δόμους. Æsch. Agam. 1032. ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαιρετον "Ηκει, quæ nostro loco accuratè respondent. Ita etiam Aristophanes ἥκει pro ἀφῖκται adhibet: Plut. 284. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 504. 2. Valck. ad. Phœn. 383.

Κευθμῶν,—interpretante Scholiasta ad Hippol. 729. ἐρῆμος καὶ κεχρυμμένος τόπος καὶ πάσης ξυντυχίας ἀνθρώπων χωρίς—denotat hic Orcum obscurosque inferorum recessus, remotissimos a deorum Olympiorum domicilio; Τάρταρον ἠερόεντα, Hom. Il. VIII. 13. cum quo comparandus est Virgil. Æn. VI. 577. sqq. Ammon. Dignus est, qui exscribatur locus Virgilianus: *Tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.*—Expressio cognata κεῦθος νεκύων occurrit Soph. Antig. 818.

2. Sub hoc versu et ad Med. 6. iota, quod subscriptum vulgo vocatur, Porsonus in textu semper adscribere proponit, quia in MSS. vetustioribus aut adscriptum aut omissum est. Neque dubitandum est, quin hæc antiquissima dativi terminatio fuerit. Eam vero ex hoc usu confusionem in quamplurimis vocibus oriri necesse est, præsertim inter nominativos quosdam femininos plurales et dativos singulares, quæ maximam difficultatem tironibus præbere valeat. Hac consideratione fortasse adducti, cæteri editores iota subscriptum semper adhibent, quod in recentioribus etiam Porsoniorum dramatum editionibus revocatur.

3. τῆς Κισσεώς.] Dymantis, non Cisseos, filiam Hecubam facit Homerus, Il. II. 718. Sed Euripidem sequitur Virgilius, Æn. X. 705, Virgilium cæteri poëtæ Latini. Porson.

4. Φρυγῶν πόλιν.] i. e. *Ilium.* Phryges enim et Trojani, quos Homerus cautè distinguit, Phryges Trojanorum socios esse docens, Il. B. 862. ab Æschylo et Euripide sæpius confunduntur.

8. Aldus et codices Χεῤῥονησίαν et hic et infra 33. Verum cum Tragici nunquam ρρ pro ρς neque ττ pro σσ adhibeant, alteram formam, præeuntibus Brunckio et Beckio, reposui. Sic infra 267. ἧττον habet Aldus, licet idem mox 319. ἧσσον recte servet—Porson. Vid. Brunck. ad Æsch. Theb. 455.

ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα.]—Scholiastes Aristoph. in Equit. 262. Χεῤῥόνησος τῆς Θρᾴκης, χωρίον καὶ πόλις, ὑποτελὴς τῶν Ἀθηναίων, εὔφορος εἰς πυροῦ γεωργίαν, ὅθεν καὶ ἐσιταγώγουν οἱ Ἀθη-

ναῖοι. Eodem refert illud Homericum, Il. XX. 485. Θρήκης ἐριβώλακος; ut et illud apud Virgil. Æn. III. 13. *Terra procul vastis colitur Mavortia campis, Thraces arant.* Regio autem maritima proculdubio intelligenda est; reliqua enim Thraciæ pars nec cœlo fuit læta, nec solo, eorumque, quæ feruntur, malignè admodum patiens, teste *Mela,* L. II. c. 2. Inclaruere præter hanc adhuc quatuor Cherronesi; *Peloponnesia,* quæ et celeberrima; *Cimbrica, Taurica,* et *Aurea* super Gangem sita.—Beck. Ammon.

9. φίλιππον. Ita infra, v. 425.—Hom. Il. XIII. 4. ἱπποπόλων Θρῃκῶν.—

εὐθύνων δορί. *Regens sceptro.* Sic ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ. Ratio nominis est, quod hasta apud veteres pro sceptro gestata sit, Justino teste Hist. XLIII. c. 3. per quam juraverunt, eamque pro Deo coluerunt. Insignis est locus Pausaniæ, quo de Chæronensibus scribit, sceptrum Agamemnonis, quod Jovi quondam fabricaverat Vulcanus, mirâ veneratione prosequentibus; τοῦτο οὖν σκῆπτρον σέβουσιν, ὀνομάζοντες δόρυ. βάκτρον Æschylo audit Agam. 195. Choëph. 356. Musgr. Ammon. Justini locum affert Stanleius ad Æsch. Theb. 535. cui tamen Schutzius assentire recusat.

12. Arnald. in Misc. Obs. T. VI. p. 583. rescribendum censet πᾶσι. Non enim liberis tantum consuluisse Priamum æquum erat, sed et sibi, et decrepitæ conjugi Hecubæ, aliisque regio apud Trojanos sanguine ortis. At non animadvertisse videtur Vir Eruditus, voce πᾶσι non magis Priamum, Hecubam, familiamque regiam, quam quemcunque ex Trojanis alium, designari. Nihil autem communi hominum naturæ atque indoli accommodatius fingi poterat, quam Priamum in summo et regni et vitæ periculo constitutum, cui tamen periculo ne caput ipse suum aut Hecubæ subtraheret salus publica prohibebat, liberis utcunque, si qui tantam cladem evaderent, de futuris vitæ subsidiis caute prospexisse. Heath. μὴ σπάνις, i. e. *Abundantia.* cf. Orest. 930.

13. ὃ videtur cum Schol. Barocc. interpretandum, τὸ εἶναι νεώτατον, *quæ res scilicet.* Alii pro δι' ὃ accipiunt. Litem dirimeret MS. Harl. si ejus lectionem ᾧ amplecteremur. Non equidem inficias iverim, ὃ et ἃ pro δι' ὃ et δι' ἃ interdum poni, sed alterum hic longe melius, meo judicio. Supp. 160. Εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας, "Ο δῆτα πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας. Ubi ὃ est τὸ σπεύδειν εὐψυχίαν ἀντ' εὐβουλίας. Iph. A. 453. Γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὅς μ' εἴργασται τάδε. Optime Marklandus ὃ pro ὅς, id est, τὸ γῆμαι Πάριν. Porson.—Paulo frigidior nobis

apparet hæc interpretatio; idque magis, cum ὃ pro δι' ὃ haud raro usurpetur. Vid. Brunck ad loc. Valcknær. et Musgr. ad Phœn. 270. Matt. Gr. Gr. § 477. d.

14. Cf. Val. Flacc. Arg. I. 109. *Faciles humeris gaudentibus arcus Gestat Hylas; velit ille quidem, sed dextera nondum Par oneri, clavæque capax.*

16. ἕως, *dum, quamdiu,* quo sensu præsenti vel imperfecto jungitur: Orest. 228. ἕως ἐῶσί σ' εὖ φρονεῖν 'Ερινύες. Quando *donec* significat, cum aoristo, et interdum, sed rarius, cum optativo aoristi construitur. Vid. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. 434.

'Ορίσματα. Mos erat veterum, teste Strabone (p. 170. D. ed. Paris.) cujusque regionis fines columnis signare, unde στήλη ἐφόρια Polluci dicta IX. sect. 8. Quamobrem nihil prius hunc locum interpretanti occurrit, quam Euripidem de talibus columnis loqui, quas Græci in agrum Trojanum penetrantes dejecerint: cujus moris exemplum præbet Strabo. p. 393. B. cui adde Plutarchum in Theseo. Solenni id nomine ὅρια ἀνασπάσαι vocatum esse ex eodem Pollucis loco colligas. MUSGR. Attamen poetæ mentem hac Musgravii explicatione minime tangi persuasum habeo; patet enim e toto prologi habitu, tunc demum Priamum, filioli vitæ metuentem, de Polydoro ad Polymnestorem mittendo cogitavisse, ubi jam obsidione premebatur Ilium, et limitum Trojanorum termini erant revulsi. Placet itaque verba poetæ accipere vel de exterioribus oppidi propugnaculis, vel de castellis atque oppidis ditionem Trojanam circumvallantibus, in quæ illa belli tempestas primum desævit. Hoc saltem sensu occurrit h. v. in Iphig. Aul. 941. quo Sipylus urbs vocatur ὅρισμα βαρβάρων, *munimentum,* s. *castellum.* AMMON.—Scaliger facile conjecerat ἐρείσματα, *fulcra:* sed nihil mutatione opus.

18. εὐτύχει Brunck. ut magis Atticum, adsentiente Hermanno. Sic infra 1184. 1204. Porsonus ηὐτύχει.

20. ὥς τις πτόρθος.] Ex Homerico adumbratum, ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνει ἶσος. PORSON.

22. In adjectivo πατρῷα continetur substantivum πατὴρ, quo refertur αὐτός. Simillimum exemplum præbet Sophocles Trachin. 259. ἔρχεται πόλιν Τὴν 'Ευρυτείαν· τόνδε γὰρ μεταίτιον Μόνον βροτῶν ἔφασκε τοῦδ' εἶναι πάθους. Paulo diversa est forma, quæ sæpe alibi occurrit, et apud Isocratem Panathen. p. 273. A. B. τῆς δὲ ἡμετέρας ἔτι βασιλευομένης, ἐφ' ὧν καὶ πόλεμοι πλεῖστοι, καὶ κίνδυνοι μέγιστοι συνέβησαν. Hoc quoque imitati sunt Latini. Pacuvius Teucro apud Ciceronem de Oratore II. 46. *Neque* paternum *adspectum es veritus,* quem *ætate ex-*

acta indigem Liberum, lacerasti, orbasti, extinxti. PORSON. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 435.

23. De Priamo Neoptolemi manu interfecto vide Virgil. Æn. II. 550. sqq.—

28. ἐπ' ἀκτῆς, quidam. Et ita 761. infra. Sed vide vv. 36. 686.

ἄλλοτε eodem modo supprimit Sophocles Trach. 11. Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ αἰόλος Δράκων ἑλικτός· ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει Βούπρωρος. PORSON. Addas Elect. 752. φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων.—

31. Cum ἀίσσω plerumque dissyllabon sit apud Atticos poetas, ἀναίσσω præfert Piersonus ad Mœrin. p. 301. Sed obstant duo loca Æschyli Pers. 470. Ἧιξ' ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ. Euripidis Iph. Aul. 12. Τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις; Potius igitur quam hæc omnia mutemus, quod facit Piersonus, licentiæ paulum Poetis concedamus. PORSON. Tertium locum, Troad. 157. adduxit Seidleius, de Vers. Doch. p. 20. Sed vide Blomfield. ad Pers. 476. et Addend.

32. Insolita locutio τριταῖον φέγγος, pro simplici, τρίτον. Uno tamen exemplo se ipse defendit Euripides Hipp. 274. πῶς δ' οὐ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν; PORSON. Vide ad Hipp. 274. Canterus mavult αἰωρούμενον.

33. Mirâ negligentiâ Euripides scenam hujus Tragediæ nunc in Thraciâ constituit, ut hic et infra v. 1118. nunc contra in agro Trojano; vid. vv. 137. et 999. quod satis alioqui ostendit historia Polyxenæ ad Achillis tumulum mactatæ. MUSGR. Hoc autem monendum videtur, Πηλέως τύμβον esse tumulum inanem, vel cenotaphium, quod memoriæ et honoris causæ Achilli extruxerant Achæi in Chersoneso Thraciæ. Fuit enim solennis ævi Homerici consuetudo, ut heroibus monumenta erigerent; id quod præter Virg. Æn. III. 304. commonstrat locus disertus Dionys. Halicarn. A. R. L. I. 54. ed. Reiske p. 138.—μαθέτωσαν, ὅτι χωρίον μὲν ἓν τὸ δεξάμενον τὰ σώματα αὐτῶν ἦν, μνημεῖα δὲ παρὰ πολλοῖς κατεσκευάστο, δι' εὐνοίαν τῶν ἐν ὠφελείαις τισὶ δι' αὐτοὺς γενομένων, μάλιστα εἰ τοῦ γένους αὐτῶν τι περιῆν κ. τ. λ. AMMON. Scholiastes ad v. 516. πῶς, τοῦ Ἀχιλλέως ἐν Τροίᾳ ταφέντος, ὁ Ταλθύβιος λέγει πρὸ τύμβου τοῦ Ἀχιλλέως ἵστασθαι τοὺς Ἕλληνας, ὄντας ἐν Χεῤῥονήσῳ; καὶ φαμέν, ὅτι ἢ κενοτάφιον ἐν Χεῤῥονήσῳ ἐποίησαν, ἢ εἰς Τροίαν ἀνῆλθον (sic scripsit, puto; non ἀπῆλθον) καὶ ἔθυσαν τὴν κόρην. Ultima explicatio vera est. Quamquam enim parum verisimile est, Græcos Trojam repetere, jure tamen ab Euripide hoc fingi potuit. Nam cum ista res non in scena agatur, facile potest

spectatorum animadversionem præterire. Quare callide Euripides nusquam locum indicavit, in quo tumulus Achillis esset. HERMANN. Eligat lector.

35. Πάντες δ' Ἀχαιοὶ, κ. τ. λ.] Constructio est. θάσσουσιν ἥσυχοι, ἔχοντες ναῦς ἐπ' ἀκταῖς τῆσδε Θ. χθονός. Verbum ἔχειν *appellendi* potestatem hic habet. Sic Herodotus: παρὰ τὴν Ἤπειρον ἔχον τὰς νέας: VI. 95. Conf. Thucyd. II. 25 et 33. BECK. ναῦς ἔχοντες, *naves*, sive in littus subductas, sive retinaculis affixas, *tenent*, ad manus habent. Quam *appellendi* alias habet potestatem v. ἔχειν, illam hic obtinere non potest, cum de Græcis non appellentibus, sed jam appulsis sermo est. AMMON.

41. γέρας λαβεῖν.] λαβεῖν omnes quantum sciam, Edd. et MSS. Melius tamen videtur λαχεῖν. Λαχεῖν γέρας apud Homerum reperitur Il. Δ. 49. Ω. 70. Poeta apud Porphyrium de Abst. II. 58. ὅστις ἐλπίζει θεοὺς Χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ γέρας λαχεῖν τόδε. Sophocles Aj. 825. ΑΙΤΗΣΟΜΑΙ δέ σ' οὐ μακρὸν ΓΕΡΑΣ ΛΑΧΕΙΝ. Sic enim Aldus et edd. vett. et MSS. meliores. Quod habet in margine Florentina secunda 1547. λαβεῖν Triclinius recepit. Nec tamen negarim λαβεῖν γέρας bene Græcum, imo Tragicum esse, ut Neoptolemus Andromachen ἔλαβε γέρας, Androm. 575. Sed hoc nihil ad rem. Ille enim eam ἔλαβεν ἐξαίρετον, Troad. 277. ut Cassandram Agamemnon 251. Ceteri duces sortiebantur. PORSON. Quod Homerus et alii γέρας λαχεῖν dicant, ex eo non sequitur Euripidem idem hic fecisse. Nec fecit in Androm. 575. si exemplo opus est, ὁμὸς δέ γ' αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας. Nostro locus similis alius in Electra Euripides v. 323.—Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος, Οὔπώποτε χοάς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης Ἔλαβε. HERMANN. Legendum cum Seidlero et Porsono in Adversar. p. 272. οὔπω χοάς ποτ'.—

47. De hac veterum superstitione, quæ alicui mortui corpus invenienti inhumatum relinquere vetabat, ita dicit Ælianus, V. H. L. 5. c. 14. Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικός· ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. Videas etiam. Hor. Carm. I. 28. 23. sqq. Virg. Æn. VI. 346. Lucan. Phars. VIII. 751.

53. περᾷ πόδα.] Vide Porson. ad Orest. 1411.—

—ὑπὸ σκηνῆς.] ἀπὸ pro ὑπὸ emendavit Kingius, quem temerè secutus eram. Musgravius primo conjicit πρὸ, deinde, cum, ut ait, σκηνὴν habeant quidam MSS. ὑπὲρ σκηνὴν præfert. id est *ultra*, ut ὑπὲρ τέρμινα Orest. 1357. Quare nunc ex ejus

conjectura ὑπὲρ assumpsi. σκηνὴν ex Cant. M. N. licet et σκηνῆς defendi possit. PORSON.

56. δούλειον ἦμαρ.] Hesych. explicat τὴν τῆς αἰχμαλωσίας ἡμέραν. Cf. Androm. 99. BECK.

57. ἀντισηκώσας δέ σε κ. τ. λ.] *Malorum pondus, priori felicitati æquum, rependens.* MUSGR. Ita Virg. Æn. I. 239. *Fatis contraria fata rependens.* Eustath. ad Hom. Od. 9. p. 349. στάθμον τινα δηλοῖ ὁ σηκὸς, ὡς ἡ ἀντισήκωσις δηλοῖ, ἀντιστάθμησίς τις οὖσα.

60. τὴν ὁμόδουλον νῦν.] Aldus et plerique MSS. Editores nuperi νῦν ejecerunt; sed cum νῦν et πρόσθε rectius opponantur, inutilem articulum delere malui. Omittunt quidem νῦν, Aug. 1. 2. L. perperam. Infra 792. Τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν· Εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα. Androm. 65. Ὦ φιλτάτη ξύνδουλε· σύνδουλος γὰρ εἶ Τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε, νῦν δὲ δυστυχεῖ. PORSON.—

62. Idem versus legitur Supp. 274. et leviter mutatus Troad. 1778.

64. Scipiones in universum recti sunt, non curvi. Loquitur igitur non de vero scipione, sed metaphorice de brachio, quod, ancillis innitens, scipionis usus præstabat: quodque, ob cubiti flexuram, σκολιὸν σκίπωνα vocat. MUSGR.

67. seqq. Cf. Soph. Elect. 410. seqq.

69. Melius Somniorum mater Nox, quam Terra diceretur. Vide igitur an transponendæ sint clausulæ ὦ πότνια χθὼν, ὦ σκοτία Νὺξ. Quanquam enim vulgatam lectionem citant Scholiastes ad Aristophanis Ran. 1366. Eustathius ad Iliad. B. p. 173, 16=131, 23. Od. T. 1877, 53=713, 49. ipse tamen Aristophanes aliter legisse videtur, ubi δύστανον ὄνειρον—μελαίνης Νυκτὸς παῖδα vocat. Sed nihil mutandum. Iph. T. 1227. νύχια χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. Ineptit Scholiastes, qui στεροπὰ Διὸς interpretatur *Diei lux*, ut scilicet antitheton extundat. PORSON. Si quid mutandum sit, quis non amplectatur elegantem Wakefieldii correctionem, versum hunc ex hoc, in quo nunc est, loco post v. 67 translocantis: ὦ στεροπὰ Διὸς, ὦ σκοτία νὺξ, Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων. HERMANN.

71. ἀποπέμπομαι, *Abominor.* Vid. Rhes. 897. Q. Calaber Lib. XIII. κακὴν δ' ἀποπέμπεο φήμην. MUSGR.

74. Musgravii conjectura φανερὰν omnino rejicienda est, quippe quæ tautologiam cum sequentibus ἔμαθον, ἐδάην efficeret.—

ἔμαθον, ἐδάην.] *Novi: intelligo, quid sibi velit.* Non enim aut Polydorum aut Polyxenam in somniis mactatum vi-

det, sed cervam tantum lupo discerptam, v. 87. unde v. 86. Helenum aut Cassandram ad somnium interpretandum requirit. vid. Bacch. v. 1343. Æsch. Agam. v. 126. Musgr.

76. Vulgo ἄγκυρά τ' copula ineleganter inserta. Reiskio auctore, aliter distinxi. (ἄγκυρ' ἅτ' ἐμῶν.) Sensus est: *Qui solus superstes familiæ meæ quasi anchora ejus, Thraciam nivalem habitat.* Huc pertinet, observante Viro docto, Suidæ locus; Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν. ἄγκυρα μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν νηῶν ἡ ἀσφάλεια. ὡς Σοφοκλῆς ἐν Φαίδρᾳ, καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἑκάβῃ. Sophoclis locus est apud Brunck. Lexic. Soph. p. 47. ἀλλ' εἰσὶ μητρὶ παῖδες, ἄγκυραι βίου. Mox πατρίου edidi, licet omnia exemplaria πατρῴου habeant. Cum enim Attici πάτριος et πατρῷος promiscue usurpent, cur ad licentiam poeticam, nulla necessitate cogente, provocemus? Vide infra 1084. Porson.

77. τὴν χιονώδη Θρῄκην.] Sic Androm. 215. Θρῄκην, χιόνι τὴν κατάῤῥυτον.—

81. Si ad verbum reddas interpretatio erit: *Nunquam mens mea adeo indesinenter horret, trepidat.* i. e. non solet mens mea adeo indesinenter horrescere et trepidare. Vox ἀλίαστος ducta est versu Homerico Il. Ω. v. 549. μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν. Musgr.—

85. Κασάνδραν dedit ex MSS. Kingius; Vulgo Κασάνδρας. Sed Helenum mortuum fingere in hac fabulâ videtur Euripides. Nihil vero opus est cum MSS. quibusdam καὶ pro ἢ legere. Recte enim infertur verbum plurale, sive duo singularia nomina conjunguntur, sive disjunguntur. Alcest. 367. Κατῆλθον ἄν· καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων Οὔθ' οὐπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων Ἔσχον. Porson. Equidem dubito an Θείαν Ἑλένου ψυχὰν ἢ Κασάνδρας, sc. ψυχὰν pro ipsis Heleno et Cassandra solenni periphrasi posuerit poeta. Eodem modo Κασάνδρας κάρα pro ipsa Cassandra occurrit infra. v. 670. et θεῖον Ἰοκάστης κάρα habet Sophocles Œd. T. 1235. Helenum enim longe post hæc inter vivos esse apparet ex Virg. Æn. III. 294.

87. βαλιὰν ἔλαφον, *cervam maculis distinctam.* βαλιὰν, κατάστικτον. *Hesych.* Utramque adjectionem στικτὸς et βαλιὸς de cervo usurpant poetæ; quem usum copiosè illustrat Arnald. Lect. gr. p. 200. hoc ipso loco laudato. Ammon. Beck. Vocem in sensu velocitatis adhibitam esse apud Suidam, v. βαλιάν, observat Monkius, ad Hipp. 218. (217.) Λήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ανεμῶν.

88. Notam distinctionis post ἀνάγκᾳ pono, ut οἰκτρῶς cum σφαζομέναν construatur. Musgr.

95. σπουδῇ ἐλιάσθην, *festinans perfugi*. Schol. ἐλιάσθην, προσέφυγον. Hom. Il. XXII. 12. σὺ δὲ δεῦρο λιάσθης.

105. Λέγεται δόξαι, *decretum esse dicitur*. Est autem δόξαι vocabulum solenne de effatis atque decretis concionum, quæ apud Athenienses maximam partem sic incipiebant: δέδοκται τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ut vel ex Demosthene notum. Ammon.

107. Omnes MSS. et edd. vett. magno consensu ὅτε. Primus ὅτι conjecit Canterus, quod probavit Musgravius, in textum intulerunt Brunckius, Ammonius, et Beckius. Parum recte. Plus enim est, si quis simul et rem ipsam et rei tempus, quam si rem solam memorat. Οἶσθα hic idem est quod μέμνησαι. Infra Hecubæ roganti, Οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος; Ulysses primo respondet, Οἶδα, deinde Μεμνήμεθα. Aristophan. Av. 1054. Μέμνησ' ὅτε τῆς στήλης κατετίλας ἑσπέρας: Vesp. 353. Μέμνησαι δῆθ' ὅτ' ἐπὶ στρατιᾶς κλέψας ποτὲ τοὺς ὀβελίσκους, Ἵεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους ταχέως, ὅτε Νάξος ἑάλω; Οἶδ', ἀλλὰ τί τοῦτ'; Sophocles junxit Οὐ μνημονεύεις ἡνίκα—Χὤτ' αὖθις—Aj. 1273—1283. Et ne quis putet in loco e Vespis ὅτ' pro ὅτι poni, discat vocalem in ὅτι nunquam a Comicis elidi. Quod sæpe monuit ad Aristophanem Brunckius. Homer. Od. Π. 424. Ἦ οὐκ οἶσθ' ὅτε δεῦρο πατὴρ τεὸς ἵκετο φεύγων; In hac phrasi idem sunt οἶδα, μέμνημαι, μνημονεύω. Athenæus VI. p. 241. E. ἀλλ' ἐγὼ μνημονεύω, ὅτε ὁ Κόρυδος ὀβολοῦ ἦν. Cicero Epist. ad Div. VII. 28. *Memini cum mihi desipere videbare.*—Ibid. ξὺν pro σὺν ediderunt Brunckius et Beckius, ubicunque per metrum et numeros licuit, quos et ego, non monito lectore, secutus sum. Porson. —In hac phrasi fortasse τοῦ χρόνου ellipsis est. ἢ οὐ μέμνῃ, (sive οὐκ οἶσθα) τοῦ χρόνου, ὅτε. Vide Matt. Gr. Gr. §. 548. 6. —Similis est Stheneli apparitio apud Apol. Rhod. Arg. II. 920. Cf. etiam Senecæ Troad. 168. seqq.

108. ἔσχε pro κατέσχε, *cohibuit.*

109. λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας.] i. e. ὧν τὰ λαίφη ἐπερείδεται προτόνοις. Matt. Gr. Gr. §. 422. Hesych. πρότονοι· οἱ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρώραν καὶ πρύμναν ἔμπροσθεν.

111. Ovid. Met. XIII. 445. *Immemoresque mei disceditis, inquit, Achivi? Obrutaque est mecum virtutis gratia nostræ? Ne facite; utque meum non sit sine honore sepulcrum, Placet Achilleos mactata Polyxena manes.*

112. Schol. τὸ στέλλω σημαίνει δ. στέλλω τὸ κοσμῶ, ἀφ' οὗ καὶ

στολή. στέλλω τὸ πέμπω, ἀφ' οὗ καὶ ἀποστολή. στέλλω τὸ πλέω, ἀφ' οὗ καὶ στόλος, ὁ πολλῶν ἀπόπλους νεῶν· στέλλω καὶ τὸ κρύπτω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περιστείλαντες, ἀντὶ τοῦ κατὰ γῆν κρύψαντες, ἤγουν θάψαντες. Sed hæ quatuor notiones in unum resolvi possunt. στέλλειν nihil aliud est in sensu primario, quam *instruere*. Hom. Il Δ. 294. Οὓς ἑτάρους στέλλοντα καὶ ὀτρύνοντα μάχεσθαι. Odyss. B. 287. "Ος τοι νῆα θοὴν στελέω, καὶ ἅμ' ἕψομαι αὐτός, *qui navem tibi instruam*. Æsch. Pers. 182. στείλας στρατόν, *cum exercitum instruxisset*. Eurip. Troad. 169. Στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον, *reditum apparant*. Hinc στέλλεσθαι, media voce et passiva, significabat *instrui ad proficiscendum:* et dein, *proficisci:* mox etiam, facili transitione, *induere, obtegere*. Blomfield.

113. συνέπεσε Ald. contra metrum. συνέπεσσε King. contra sensum. συνέπαισε est ex conjectura Musgravii. Æschylus Prom. 885. Θολεροὶ δὲ λόγοι, παίουσ' εἰκῆ Στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης. Ubi Scholiastes: τεταραγμένοι δὲ λόγοι, ὡς ἔτυχῃ, προσπαίουσι τῶν κακῶν κλύδωνι. Porson. Musgravius similem notat metaphoram apud. Sil. Ital. II. 45. *Collidit dissona corda seditio.*

116. δοκοῦν. *Cum non videretur*. Nominativus est participii impersonaliter sumptus. Sic v. 501. infra. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 564.

118. ἀνέχων, *honorans*. Soph. Aj. 210. a Musgravio laudatus: Παῖ τοῦ Φρυγίου σὺ Τελεύταντος, Λέγ', ἐπεὶ σὲ λέχος δουριάλωτον Στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας. Porson. τῆς μαντιπόλου, *artis vaticinandi peritæ*, Cassandræ. *Baccha* autem appellatur, quia vates spiritu divino afflati, distorto vultu, spumamque effundentes discruciabantur, dum vaticinia emitterent, variasque in partes rapiebantur, ceu Bacchæ, atque insanientes. Rectè itaque Plato: ἡ μαντικὴ ἐστι μανική. Ammon.

120. Τὼ Θησείδα δ', ὁ. 'Α. *Thesidæ, Athenarum suboles.* Nomina erant Acamas et Demophon, notante Scholiaste ad h. l. et Soph. Philoct. v. 562. ubi appellantur Θήσεος κόροι. Uterque pugnabat ante Trojam: Homerus autem nullam plane eorum mentionem injicit, quia nullas ducebant militum cohortes. Atheniensibus solus præfectus erat ὁ τακτικώτατος Menestheus. Il. IV. 327. Ammon.

127. κατατείνειν λόγον est *magno studio et contentione dicere*. Plato de Rep. II. p. 592. A. κατατείνας ἐρῶ. Idem p. 597, C. ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω. Musgr.

129. κόπις, *rhetor*. Lycophr. 763. ubi Scholiastes; κόπις,

ὁ ῥήτωρ καὶ ἔμπειρος. Idem ad v. 1464. κόπις δὲ ὁ ῥήτωρ, παρὰ τὸ κόπτειν τοὺς λόγους, κόπτις, κόπις, ἢ ὁ ἔμπειρος. Hesychius: κοπίζειν, ψεύδεσθαι. MUSGR.

132. δούλων σφαγίων οὕνεκ', *serviles propter victimas.* Sic recte vocabulorum ordinem constituit Heathius, rejecta Canteri constructione, δούλων οὕνεκα, σφαγίων ἀπωθεῖν. Centies enim vel in Euripide v. δοῦλος occurrit adjectivè, id quod duobus tantum *Troadum* locis confirmabo, v. 511. δοῦλον πόδα, *servilem pedem,* et ζυγὸν δοῦλον, *jugum servile,* v. 682. AMMON.

138. ὅσον οὐκ ἤδη.] Ad verbum, *tantum non jam;* i. e. mox, statim. Eadem phrasi utitur Xenophon, Hell. VI. καὶ γὰρ ἐλέγετο, ὅτι Ἰφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη. STIBLINUS.

139. Ald. et plerique MSS. μαζῶν. Ex membr. μαστῶν dedit Brunckius, hinc Magistri præceptum confirmans, μαζὸς et μαστὸς distinguentis. PORSON, BECK.

140. χερὸς ὁρμήσων.] ἀντὶ τοῦ μεθ' ὁρμῆς αἱρησῶν. ÆMIL. PORT.

143. κήρυσσε, *invoca, inclama, magna voce, et quali* κήρυκες uti solent. Sic adhibuisse videtur Æsch. Choëph. 122. κηρύξας ἐμοὶ τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας. BARNES.

144. γαῖαν contra metrum esse monet Porsonus, qui legit γαίας, conferens Hippol. 195. Κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας. ubi Brunckii membranæ habent γαῖαν.

146. ὀρφανὰν Ald. et MSS. plerique. Sed ὀρφανὸν alii et Scholiastes, qui male comparat ἀργὸς in feminino. Nulla enim alia hujus verbi forma apud Atticos extat. Vide Kusterum ad Aristoph. Nub. 53. Similior forma est στεῤῥὸς infra 294. γενναῖος 587. PORSON. Vide ad. Hipp. 435.

149. Mos erat apud veteres Virginibus plurimum auri gestare. Homerus Il. B. 872. Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πολεμόνδ' ἴεν ἠΰτε κούρη. Aristoph. Av. 671. Ὅσον δ' ἔχει τὸν χρυσὸν, ὥσπερ παρθένος. Sed longè aptissimus locus est Lycophronidis apud Athenæum. XIII. p. 564. B. οὔτε παιδὸς ἄῤῥενος, οὔτε παρθένων τῶν χρυσοφόρων, οὔτε γυναικῶν βαθυκόλπων καλὸν τὸ πρόσωπον. Cujus indicium debemus Gilberto Wakefield Diatrib. extemporal. in Hecub. p. 14. PORSON. Aurum, quod gestatura sit Polyxena, intelligit Censor in *Montly Review, Jan.* 1799. de gemmis, quas adhibere solebant morituri. Vide Herac. 560. Supp. 1061. Melior tamen videtur Porsoni explicatio.

158. φροῦδος. subaud. ἐστι.—*Evanuit, abiit,* ut passim apud Tragicos.

160. στείχω pro στείξω, præsens pro futuro ponitur. Vide Viger. de Idiom. p. 165. ed Oxon.

Porsonus et alii habent ἧσω, ab ἕω, *sedeo.*

161. Notat distinctionem inter θεὸς et δαίμων hic et Med. 1381. Blomfieldius ad. Æsch. Prom. 85. quem videas.—

162. ἐνεγκοῦσαι, i. e. *ferentes,* ut nuncium; non *tolerantes,* ut onus. MUSGR.

168. Aristoph. Nub. 1164. ὦ τέκνον, ὦ παῖ παῖ. ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε σοῦ πατρός. Ubi Schol. MS. in Bibl. publ. Cant. No. 3. 15. ἐνταῦθα παίζει τὸν Εὐριπίδην. τοῦτο γὰρ ἐκείνου ἀπὸ τοῦ τῆς Ἑκάβης δράματος. PORSON.

176. ἐξέπταξας activo sensu usurpatur, ut apud Homer. Il. XIV. 40. πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. Vide Porson. ad Orest. 284.

178. Cf. Phœn. 1336. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου.

188, 9, 90. Constructio horum versuum valde ambigua est. Videbit tamen, si quis animum attenderit, πρὸς τύμβον non debere a Πηλείδα divelli. Unde sequitur, legendum esse κοινὰ et γνώμα casu recto, non κοινᾷ et γνώμᾳ in dativo, ut in Aldino, et Editis deinde omnibus, legitur. Deinde γέννα, utcunque infrequens sit, pro vocativo accipiendum. Extat tamen eodem casu Orph. Hymn XII. v. 7. MUSGR.

201. Lectionem συνδουλεύσω contra King. defendit Heath. servitutem per se quidem regiæ virgini esse molestam, sed cum matre servire gratum esse piæ filiæ, et συμβουλεύειν (συμβουλεύσω enim posuit King.) esse, non *ministerio,* quod tamen filiæ conveniat, sed *consilio,* adjuvare. BECK.

202. Specie levem, re gravissimum errorem reliqueram, οὐριθρέπταν. Recte ὀρειθρέπταν N. In Aristoph. Av. 277. Τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀρειβάτης; quod edidit Brunckius, habet MS. Ravennas ὀριβάτης, sed est contra linguam. PORSON.

203. μόσχον. Ipsam Polyxenam intelligo. Vid. supra v. 139. et infra. v. 521. MUSGR.—

211. Confer. Troad. 641. τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν. Soph. Antig. 463. Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

212. ἐκύρησεν, *sanxit, decrevit.* HEATH.

213. In hac locutione σπουδῇ ποδὸς (cf. Rhes. 85. Androm.

862) ultima vox, quæ otiosa videri possit, periphrasi inservit, quod tragici styli est. Vid. omnino quæ Markl. notavit ad Supp. 91. Similiter in periphrasi multæ aliæ voces adhibentur, ut δέμας. Or. 107. 1190. Soph. Trach. 910. Beck.

216. κρανθεῖσαν, *sententiam transactam, peremptam.* Reiske.

217. ἔδοξ' Ἀχαιοῖς κ. τ. λ.] Majore cum gravitate nunc pronuntiat ipsa forsan decreti verba. Ammon.

218. χῶμα. *Agger.* ὕψωμα γῆς, ἢ ὄχθη. Hesych. Veterum tumuli terræ aggestus erant, (Anglice, *barrows*) et χοῦσθαι dicebantur. Soph. Ant. 80. τάφον χώσουσ' ἀδελφῷ. Blomfield. πρὸς ὀρθὸν χῶμ' *ad tumulum,* sc. adspicientes. Vide Matt. Gr. Gr. §. 591. δ.—Cf. infra. 517.

219. πομπὸς est ὁ προπέμπων καὶ ὁδηγῶν, auctore Tho. M. in v. πομπὸς, ubi hunc locum laudat. Beck.

222. δράσεις Ald. et plerique MSS. sed δρᾶσον confirmat Scholiastes, cujus hæc verba sunt: οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὁριστικῶν. Μένανδρος· Οἶσθ' ὅ,τι ποίησον ἀντὶ τοῦ ὅ,τι ποιήσεις. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ Εὐριπίδης, οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ἀντὶ τοῦ δράσεις, ἐξήνεγκεν. Porson.—Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, *Scin' igitur, quæ tibi facienda sunt?* Anglice, *Knowest thou what thou hast to do?* Sic Plautus Ruden. III. 5. 18. a Koenio ad Gregor. p. 7. allatus: *Tange, sed scin' quomodo?* Ratio hujus formulæ eadem esse videtur ac si dicatur, vocum transpositione factâ, δρᾶσον, οἶσθ' ὅ. Matt. Gr. Gr. §. 511. 4. Herman. ad Viger. p. 587. ed. Oxon.

225. Τι edd. et MSS. sed τοι habet Aug. 2. et hanc particulam in gnomis amant Tragici. Porson.

231. Cf. Soph. Trach. 52. Νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν Γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι τόσον.—

233. σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών. Interpretor: *oportet enim Te finem dicendi facere.* Vel ad verbum, *oportet enim Tibi jam peroratum esse.* Alludere videtur Poeta ad solennem perorandi formulam. Julianus Ep. 35. in fine: εἴρηται, φασὶν οἱ Ῥήτορες, ὅ γ' ἐμὸς λόγος. Æschyl. Eumen. 713. εἴρηται λόγος. Musgr. Perorandi formula, εἴρηται λόγος, occurrit apud Nostrum Or. 1196. Phœn. 1012. infra 1260. εἴρηται γάρ. Brunck.

238. Videtur legendum φόβου. Musgrav. δόλου. Illud si probas, ad supplicem refer, si hoc, ad speculatorem. In Med. 266. φόνου dedit Aldus, licet alterum præbeant MSS. In versu

præcedente si cui copula prior displiceat, pro δυσχλαινίᾳ τ' ἄ. legat δυσχλαινίαις ἄμορφος, quod elegantius est, et ab ipso Euripide usurpatum. Hel. 416. PORSON. Recte se habet vulgata lectio. φόνος est pro αἷμα ut sæpius. v. *Hesych.* V. *D'Orville ad Charit.* p. 374. Ulysses enim, ut Trojanos dolo deciperet, αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δάμασσε, ut ipse narrat in Odyss. IV. 244. quod Euripides ita accepisse videtur, ut et vultum vulneraverit. Plutarch. de Fort. Rom. T. VII. p. 258. αἷμα συμμεμιγμένον ἱδρῶτι σταλάζοντες. Æsch. Choëph. 1058. de Furiis: κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. JACOBS.

243. ὥστ' ἐνθανεῖν γ. σ. π. χ. ε. *Ita ut, velut mortua, vestibus tuis inhæreret manus mea.* Solent enim, qui res arduas et vitam in primis expetunt, tam firmiter amplecti genua, ut nullo pacto divelli possint, nisi videant, preces eorum non retundi. AMMON.

248. κακίζεσθαι est *vituperari ut malum*, κακύνεσθαι *revera malum esse.* Plato: τρόπον ὃν κακύνοιτο, p. 1054. E. MUSGR.

250. Magis Atticam formam δύνᾳ, Porsonus reposuit, pro δύνῃ. Schol. ad Il. Ξ. 199. in codice Townleiano: δαμνᾷ· οἱ μὲν ὁμοίως τῷ πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ. οἱ δὲ δώριον αὐτὸ ἀπὸ τῦ δάμναμαι· ὅτως 'Αρίσταρχός φησιν ἐπίστα (l. ἐπίσται) δύναι· ὅλον δὲ ἐπίστασαι:—Schol. ad Od. Λ. 220. in MS. Harl. 5674. πειρᾷ ἐμεῖο γεραιὲ καὶ ἐκφωνουμένου του ἶ, ὡς τὸ δύναι παρ' 'Αττικοῖς.

251. Σπέρμα ubi pro γένος ponitur, maximam partem contemptus et indignationis notionem involvit. Iphig. in Aul. v. 510. τὸ μαντικὸν σπέρμα et v. 514. τὸ Σισύφειον σπέρμα, ubique in malam partem explicandum erit. AMMON.

255. Σόφισμα *inventum callidum* putat esse Musgravius: mihi de argumento futili, sed veri specie nitente, sumendum videtur. AMMON.

257. χρῆν Ald. et MSS. quod rectum videtur, si pro χρῆναι sumatur cum Eustathio ad Od. K. p. 1647, 37. χρεὼν ed. Brunck. Iterum Eustathio ad Il. I. p. 751, 54. καὶ τὸ χρῆναι δὲ ἀπαρέμφατον, ὃ καὶ χρῆν μονοσυλλάβως λέγεται παρά τε 'Ευριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ. PORSON. τὸ χρῆν, juncto infinitivo cum articulo, substantive ponitur pro ἡ μοῖρα. AMMON.

260. Malè Canterus τίνει, quod esset, *pœnas ob cædem luit*, τείνει est *dirigit*, metaphora ab arcu sumta. In Æschyli loco Choëph. 649. τείνει μύσος. Ald. Robortell. PORSON. Vide Musgrav. ad Suppl. 674.—

262. πρόσφαγμα Ald. προσφάγματα edd. recentes, quod confirmant multi MSS. πρόσφαγμά τι sine causa conjicit Beckius. Vide ad Orest. 1046. PORSON.

265. ὑπερφέρειν pro *excellere* Sophocl. Œd. T. 381. C. 1007. Aristarchus Stobæi Ecl. Eth. p. 171. ed. Grot. Herodotea loca IV. 74. VIII. 138. 144. IX. 96. congessit Portus. Eodem sensu προφέρειν Med. 1081. PORSON.

271. τῆς γεραιᾶς. Ita legendum vult Porsonus. τῆσδε Aldus. Mediam syllabam corripit γεραιὰ in Hipp. 169. sed nusquam alibi in Iambicis, Trochaïcis, vel legitimis Anapæstis. Sæpe tamen in melicis γεραιὸς, δείλαιος, et similia leguntur penultima brevi. Edidit Porsonus τῆσδε γραίας, ex Valcknærii emendatione.

274, 5. Duplices sunt preces, quibus utitur Hecuba, alteræ ad Ulyssen directæ, μή μου τὸ τέκνον ἀποσπάσῃς: alteræ ad Achæos absentes, *(potius ad Ulyssis comites, qui illi propè adstabant,)* quos tamen in illo emollire sperat rogando, μηδὲ κτάνητε. AMMON.

276. Orest. 66. Ταύτῃ γέγηθε κἀπιλήθεται κακῶν. PORSON.

277. Simillimam ex alia Euripidis fabula sententiam habet Alexander Rhetor. p. 578. 2. ed. Ald. Ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν· ἥδε μοι τροφὸς, Μήτηρ, ἀδελφὴ, δμωὶς, ἄγκυρα, στέγη. PORSON.

278. πόλις, *patria*. Herac. 14. καὶ πόλις μὲν οἴχεται. MUSGR.

281. Κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', sc. εὐτυχῶν.—

284. Et hic et infra 505. 516. Ἀχαιϊκὸς ediderunt Brunckius et Beckius, qua ratione impulsi, nescio. Atticum est alterum, in quo MSS. certe plerique consentiunt. Nam viri optimi Francisci Oudini, qui in Misc. Obs. Nov. Vol. V. p. 431. α in his verbis corripi contendit ex Attico isto *Judaïcum* apud Juvenalem XIV. 101. nulla ratio habenda est. PORSON.

285. φθόνος. *Ira Deorum* sive *Nemesis*. Iphig. Aul. 1084. μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ. Vide etiam annotata ad Rhes. 339. Simile Græcorum institutum commemoratur Heraclid. 958. MUSGR.

290. λέγῃ omnes edd. vett. et MSS. cum Gellio XI. 4. et Strobæo, p. 173. Sed λέγῃς tacite correxit Muretus Opp. Tom. III. p. 593. Quod docti plerique probarunt. Cum enim personam circumlocutione significant Græci, quam citissime ad ipsam personam revertuntur. Homerus igitur nunquam ait, Βίη Ἡρακληείη, ἥπερ, sed βίη Ἡρακληείη, ὅσπερ.

Extat quidem, Il. T. 415. Νῶϊ δὲ καί κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν, Ἥνπερ ἐλαφροτάτην φάσ' ἔμμεναι, sed Τόνπερ ἐλαφρότατον præbet Scholiastes Apollonii Rhodii II. 276. Sic paullo ante Hecuba, cum dixisset φίλον γένειον, intulit ἐλθὼν, non ἐλθόν. Qui λέγῃ cum τὸ ἀξίωμα construunt, Euripidem Italorum vel Gallorum hodiernorum idiomate uti volunt. *Si* VOTRE GRANDEUR *savoit lire,* ELLE *verroit bientôt, que je ne* LUI *ai rien dit, que de véritable.* Alia ratione vulgatam defendit Heathius, ut scilicet λέγῃ sit mediæ vocis. Sed exempla aliena affert ex Homero; nunquam λέγομαι pro λέγω dicunt Attici. In Sophoclis loco Œd. C. 1186. λέξεται est passivum, ut semper apud Tragicos. Photius MS. Λέξεται. λεχθήσεται. Confer infra 889. PORSON.

291. πείθει MSS. quidam, quod tempus convenit cum νικᾷ Gellii. Si hanc lectionem præfers, verte: *vincere solet,* non *vincet.* Hos tres versus ita reddidit Ennius. *Hæc tu etsi pervorse dices, facile Achivos flexeris; Nam opulenti cum loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta eademque oratio æqua non æque valet.* PORSON. νικᾷ, quam Gellius pro πείσει adhibet, memoriæ fraude scripta esse videtur, cum loco e Troad. v. 725. fortasse confusa: νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων.—

292. αὐτὸς sine articulo non valet *idem,* sed *ipse.* ὡὑτὸς igitur citat H. Stephanus in Præfatione ad Thesaurum Linguæ Græcæ. Edidi autem ὡὐτὸς ex Dawesii præcepto et analogiæ rationibus. PORSON. Simili ratione scripsisse Atticos ἁ'νὴρ, ἅ'ναξ, ἁ'γὼν, ἅ'νθρωπος, &c. monet Monkius ad Alcest. 1005 (998.) Tales vero crases ignorantes Librarii, articulum sæpe, metro linguaque repugnantibus, omisere.—

293. Τίς ἐστιν dedit Porsonus e Gregorio de Dialectis, p. 26. Sæpe interrogativam expulit negativa. De sententia conferas Æsch. Prom. 165. Τίς ὧδε τλησικάρδιος Θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ; Τίς οὐ συνασχαλᾷ κακοῖς Τεοῖσι, quod, monente Blomfieldio, videtur adumbratum esse ex Homerico τίς ἂν τάδε γηθήσειεν; Il. I. 77.

295. Primo θρήνοις, deinde γλήνους conjicit Musgravius. Nihil opus. Tales pleonasmi apud Tragicos abundant et interdum reciprocantur, ut noster Troad. 613. dixit θρήνων ὀδυρμοί. Sic κοίτας λέκτρον Med. 434. λέκτρων κοίτας. Alc. 944. Singulare est Sophocleum Ant. 424. ὡς ὅταν κενῆς Εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος. [His addas Hipp. 1156. ἁρμάτων ὄχος. Supp. 664. ἁρμάτων ὀχήματα. Soph. Antig.

674. μάχῃ δορός. Æsch. Pers. 549. λέκτρων εὔναι.] Præterea γλήνους metrum vitiaret. Dawesius canonem paullo temerius, ut solet, statuit, nullam syllabam a poeta scenico corripi posse, in qua concurrunt consonantes βλ, γλ, γμ, γν, δμ, δν. Hæc regula, plerumque vera, nonnunquam ab Æschylo, Sophocle, Aristophane violatur; ab Euripide credo nunquam. In Med. 1246. si tamen sanus est, Choricæ licentiæ concedendum ἔβλαστεν. Troad. 1261. ἐλπίδας ἔν σοι κατέγναψε βίου, lege κατέκναψε. Electr. 1018. corruptum credo. PORSON. Sed vide ad Elect. in loco citato.

296. τῷ θυμουμένῳ cum φρενὶ jungendum putat Valck. sed recte interpretes *præ ira.* Sic τὸ ἡδόμενον et τὸ χαίρον. Plut. Op. Mor. p. 2000. τῷ σεβομένῳ καὶ τιμῶντι. Ibid. p. 2020. BECK. MUSGR.

297. ποιεῦ φρενί.] i. e. *Existima, finge in animo.* Non ut interpres, *reddas in animo.* Sic καλὸν ὁ Ἄγις ποιούμενος. Plut. Vit. p. 1463. Id. p. 1488. δικαίαν ἐποιεῦντο τὴν ἀξίωσιν. MUSGR. Eodem modo *facio* utuntur Latini. Cic. de Nat. D. I. 8. *Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo atque ædificari mundum* facit.

306. Verte, *Dignus Achilles, qui a nobis honorem accipiat.* Alcest. 447. ἀξία δέ μοι Τιμῆς. Aristoph. Ach. 633. Φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής. Pac. 918. Πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Τρυγαῖος ἀθμονεὺς ἐγώ. quæ duo Aristophanis loca male sollicitavit Dawesius, et in priore obsequentem habuit Brunckium. PORSON. Addas etiam Arist. Plut. 877. πολλοῦ γ' ἄξιος Ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεὸς ἐσθ'. quod profert Elmsleius ad Acharnens. in loco citato.

308. βλέποντι.] i. e. *viventi.* Iph. T. 701. Troad. 636. et alibi passim. Sic apud Latinos Terent. Eun. I. 1. 28. *Vivus, Vidensque.*

φίλῳ χρώμεσθ'.] i. e. *pro amico habemus.* MUSGR.

310. εἶεν. Respondet Anglicæ interjectioni *Well!*—Orest. 762. Phæn. 1615. Med. 389. Alcest. 311. Iph. A. 1172. Iph. T. 453. Hel. 761. Ion. 278. Herc. F. 1185. Elect. 623. Semper fere sequitur adversandi particula δὲ, vel ἀλλὰ, cui respondet *but* apud Anglos. Vide Viger. de Idiom. Gr. 186. ed. Oxon.

316. ἀξιοῦν absolute positum pro *honorare,* ut Heraclid. 913. Sophocl. Aj. 1114. οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας. PORSON. Locus ex Heracl. est: ὦ Ὑμέναιε, δισσοὺς Παῖδας Διὸς ἠξιώσας. ubi vide Elmsleium. Addas: Orest. 1160. Ἀγαμέμνονος τοι

παῖς πέφυχ', ὃς Ἑλλάδος Ἦρξ' ἀξιωθείς. 1203. καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη: quos locos etiam affert Censor in *Month. Rev.* 1799. Vox autem hoc sensu paullo rarius occurrit.

320. "Homericum ἠδὲ (ait Valckenærius ad Phœniss. 1683) non erat Attico obtrudendum Tragico." Non meminerat vir summus se locum ex Herc. Fur. 30. Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον ἐκγόνω Διός. supra laudasse ad Phœniss. 609. PORSON.

326, 7. Recte Heathius ἡγεῖσθε et θαυμάζεθ' modo imperativo accipit, non indicativo, ut Interpres. Non dissimile est illud Demosthenis in Leptinea, nescio an hinc expressum: μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε παύσαιντο, εἰ ἄρα εὔξασθαι δεῖ, τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας, μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες, et quæ sequuntur, p. 43. ed. Tayl. MUSGR.

329. Porsonus Aldinam lectionem πεφυκέναι reposuit, τολμᾶν pro τολμᾷ scribens, quod Brunckius etiam probavit, ita ut ordo verborum esset: ὡς κακόν ἐστι τὸ πεφυκέναι δοῦλον, καὶ τὸ τολμᾶν α. μ. χ. ν. τ. β. Similis constructio reperitur in Orest. 468. εἶα. τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.—

331. οὑμοὶ Ald. pro quo οἱ 'μοὶ Brunckius, neque in re levis momenti refragatus sum. Sed utrumque rectum puto, hoc per elisionem fieri, hoc per crasin. PORSON.

332. Vulgo ῥιφέντες. Sed ῥιφθέντες mavult Brunckius, propterea quod aoristum primum præferre solent Tragici. PORSON. Bona Brunckii observatio, si non habeatur pro regula. Ῥιφεὶς etiam extat in Melanissæ fragment. XXVIII. τὸν ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖ. quamquam hic quoque ῥιφθέντα legi posset. Sed sic ἐζύγην minime rarum est, et κρυβεὶς extat in Soph. Aj. 1145. HERMANN. Vide Porson. ad Phœn. 972. Verbi ῥίπτω in hoc sensu communis usus. Hipp. 213. Μανιάς ἔποχον ῥίπτουσα λόγον. 231. παράφρων ἔρριψας ἔπος. Troad. 738. ῥίπτειν ἀράς. Ita etiam Virg. Ecl. V. 62. *Ipsi lætitia voces ad sidera jactant Intonsi montes.* Indicat vox aliquem cum impetu quodam violenti dicentem.

340. τοὔμπαλιν Ald. ἔμπαλιν MSS. multi et Eustathius ad Il. A. p. 129, 14. nullo ad sensum discrimine, ad numeros maximo. Quid velim, melius fortasse intelligetur, si dicam, paucissimos apud Tragicos versus occurrere similes Ionis initio, Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανόν. PORSON. Notandus est rarior vocabuli usus, quod syllaba longa in medio quinto pede clauditur, voce trysyllaba versum finiente.

342. πέφευγας τ. ε. ι. Δ. *Effugisti,* i. e. *Noli timere supplicationes meas.* Hanc interpretationem etiam a Scholiaste commendari video: ἐκπέφευγας τὴν ἐμὴν ἱκεσίαν. Supplices,

aliique, qui enixe quid rogabant, per numen Διὸς ἱκεσίȣ auxilium implorabant, ut Philoctetes apud Soph. v. 484. νεῦσον, πρὸς αὐτȣ̃ Ζηνὸς ἱκεσίȣ, τέκνον Πείσθητι. His repulsam dare, si adnui poterat precibus eorum, summum nefas existimabatur. AMMON.

343. γε (pro σοι, quod Aldus habet) ex membran. dedit Brunckius. Imitatione sua γε confirmat Cleanthes apud Epictetum Enchir. 77. Ἄγȣ δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύγ' ἡ πεπρωμένη, Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος· Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω, Κακὸς γενόμενος, ȣ̓δὲν ἧσσον ἕψομαι. Fortasse melius scripsisset uterque, Κακὸς (κακὴ) φανȣ̃μαι, κȣ̓δὲν ἧσσον ἕψομαι. PORSON.

347. πρῶτον βίȣ. An legendum τρόπις βιȣ̃. Nonnus Lib. XLI. v. 14. ἔστι πόλις Βερόη βιότȣ τρόπις. Aristoph. Vesp. 30. τὴν τρόπιν τȣ̃ πράγματος. in quæ sic Scholiastes: τρόπιν δὲ ὡσανεὶ ἔλεγε τὴν ῥίζαν—οἱ δὲ, τὴν ἀρχήν. MUSGR. Conjectura Musgravii confirmatur loco Platon. Legg. VII. p. 633. E. in Bibl. Crit. P. iv. P. 28. BECK.

349. γάμȣ Ald. γάμων Brunckii membr. PORSON. Pluralis magis convenit tragicæ majestati dictionis; est etiam h. l. εὐφωνότερος. BECK.—

352. μέτα.] i. e. παρθένοις μέτα, quod poeticè pro μετὰ παρθένων: quare non est, quod hic Canterus legat μέγα, licet μέγ' ὄλβιος legatur alias; Non enim est utriusque par ratio. BECK.

353. πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον. De hac constructione vid. Matt. Gr. Gr. §. 542. Obs. 4. b.

354. νῦν δ' εἰμὶ δȣ́λη. Iisdem verbis utitur Tecmessa apud Soph. Ajac. 489.

355. Rara participii substantivi cum alio participio conjunctio. Homerus tamen, Il. T. 80. ἐπιστάμενόν περ ἐόντα. Aristophanes Ran. 733. Οὔτε γὰρ τȣ́τοισιν ȣ̓̃σιν ȣ̓ κεκιβδηλευμένοις. Menander Stobæi IV. p. 53, 38. Ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς εὐνοȣ́μενός τις ὤν. Adde Aristot. Φυσ. Ακροασ. III. 13. Frequens est apud recentiores. PORSON.

356. De duplici ἂν vid. Matt. Gr. Gr. §. 599.

357. ὅστις. Notandum est relativum singulare, quod ad vocem pluralem δεσποτῶν refert. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 474. et Monk. ad Hipp. 78.—Similis numerorum mutatio apud N. T. Scriptores occurrit: 1 Cor. vii. 36. 1 Tim. ii. 15. Addas exemplo Latino e Tibullo in Monkii nota transcripto, Ter. Eun. Prol. 1. *Si* quisquam *est, qui placere se studeat bonis Quamplurimis, et minime multos lædere, In* his *poeta hic nomen profitetur suum.* Heaut. II. 4. 13. Cujus

mos maxime est consimilis vestrum, hi *se ad vos applicant.* Vid. Erfurdt. ad Soph. Antig 699.—

358. Est sane, quod glorietur Polyxena, Hectorem fratrem habuisse; sed quod *multos alios* habuerit fratres, quodnam sit illud decus, non satis video. Vellem legere: τὴν Ἕκτορός τε, κἀγαθῶν πολλῶν, κάσιν· *Hectoris, multorumque fortium virorum, sororem.* Brunck. Frustra. Porson. Quis enim Pariden, Deiphobum, aliosque Polyxenæ fratres meminisse recuset? Hesych. Κάσις· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀγέλης, ἀδελφοί τε καὶ ἀνεψιοί. καὶ ἐπὶ θηλειῶν οὕτως ἔλεγον Λάκωνες, καὶ Εὐριπίδης Ἑκάβῃ.—

359. Sic Ald. Edd. quædam προθεὶς, quod sensui minus convenit. Porson. Noster ἀνάγκην προστίθης, Herc. Fur. v. 692. Idem Meleagro apud Stobæum Tit. LXVI. ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν. Musgr.—

ἀνάγκην σιτοποιὸν, *necessitatem pistoriam;* h. e. frumenti grana in mola manuali, seu versatili, conterendi necessitatem. Hoc enim negotii plerumque mulieribus dabatur, ut vel ex Homero notum Odyss. XX. 108. ubi duodecim servæ, una post alteram, molam versabant, ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν. Ammon.—

360. σαίρειν δῶμα, *scopis verrere domum.* Hunc laborem etiam Hermione adsignat Andromachæ. Vid. Androm. 166. Ammon.

κερκίσιν τ' ἐφέστάναι.] Rem textoriam curare muliebre erat negotium, quo etiam feminæ ingenuæ, imo et reginæ occupabantur, quod vel Penelopæ artificium docet. Ammon. Scholiast. Barocc. Κερκίσιν· Ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, κερκίδες κυρίως ὄργανα τινα δι' ὧν συνέχοντο τὰ ὑφάσματα.—

364. φέγγος ὀμμάτων periphrasis est pro *ipsis oculis;* quod moneo, ne quis putet, φέγγος esse lucem externam, cujus ope videmus. confer. v. 1011. Musgr.

366. διέργασαί μ' ἄγων, *duc me ad immolationem.* Διεργάζεσθαι enim et ἐπεξεργάζεσθαι idem est ac ἐπισφάζειν, ut bene notat Scholiastes Sophoclis ad Antig. 1288. Respondet itaque v. ἐκπράσσειν infra v. 510. quod, ut et Latinorum *conficere*, de nece atque cæde usurpatur. Ammon.

367. τις eodem modo collocatur in Æsch. Prom. 21. Ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν Ὄψει. Soph. Trachin 3. οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴ τῳ κακός. Porson.

376. Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπισημος. Ducta est imago a sculptura in lapide seu argento, quod ἄσημον appellabatur, si cœlum nondum expertum fuisset. Ammon.

389. πόμ' MSS. et edd. sed hæc forma Atticis erat incognita. Quod hoc uno argumento satis probatur. Multa sunt loca, in quibus metrum πῶμα flagitet; nullum, ubi πόμα postulet, pauca, ubi admittat. PORSON.

395. ὅμοια emendatio est Reiskii pro ὁποῖα, quod habent Ald. et MSS. a Brunckio et Beckio recepta. Pro ὅπως B. οὕτως. Sed re perpensa, huic emendationi diffidere cœpi, et vulgatam defendi posse hodiè censeo. Plerumque quidem ὅπως vel ὅπως μὴ cum secunda persona, aliquando cum tertia, rarius cum prima. Aristophanes Eccles. 296. Ὅπως δὲ τὸ σύμβολον λαβόντες ἔπειτα πλη—σίοι καθεδούμεθα. Plene dixit post paullo, Ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομαι τούσδε τοὺς ἐξ ἄστεος. Antiphanes Athenæi III. p. 123. B. Ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδέν' ὄψομαι. Retinenda etiam videtur vulgata Troad. 147. lectio, frustra a Musgravio sollicitata. Μάτηρ δ' ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν Ὄρνισιν, ὅπως ἐξάρξω 'γὼ Μολπάν. PORSON. Nobis quidem non est in dubio, quin Aldina ὁποῖα sit vera lectio, licet omnes fere recentiores Reiskii emendationem receperint. ὅμοια pro ὁμοίως legi deberet cum dativo, ut in Phœn. 169. ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἀελιόυ. Plutarch. op. Mor. p. 293. Ed. Steph. κυνῶν λύκοις ὠρυομένων ὁμοῖα. quæ loca Musgravius in contrariam partem malè adduxit. Addas Herod. III. 8. ὅμοια τοῖς μεγίστοις.

400. χαλᾶν est *indulgere*, ut explicuit, hunc locum laudans, Abresch. in Æsch. L. III. p. 27. Soph. Œd. C. ὅτε νῦν χαλᾷς. 840. χαλᾶν λέγω σοι. Metaphora ab Auriga sumta qui equis habenas remittit. Cf. Orest. 688. sqq. Aristoph. Av. 381. οἵδε τῆς ὀργῆς χαλᾶν εἴξασι. Vesp. 726. τὴν ὀργὴν χαλάσας. pro quo in Ranis dixit v. 712. τῆς ὀργῆς ἀνέντες. JACOBS.—τοκεῦσιν, i. e. *Hecubæ*. Sing. pro. Plural.—

405. ἃ πείσει.] supple τοῖς κρατοῦσιν εἰ μαχεῖ. PORSON.

μὴ σύ γ'. Expressio frequentissima, quæ, omisso verbo præcedente, in oratione deprecatoria usurpatur. Phœn. 532. μὴ σύ γ'. ἄδικος ἡ θεός. Soph. Œd. C. 1441. μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ. Matt. Gr. Gr. §. 465. 2.—

408. πανύστατα Ald. Hiatum tollunt multi MSS. et Alc. 207. ubi idem distichon repetitur. PORSON. Cf. etiam Soph. Œd. T. 1183. ὦ φῶς, τελευταῖον σε προσβλέψαιμι νῦν. Antig. 808. νεατὸν δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελιόυ, κοὐ ποτ' αὖθις.—Aj. 857. Καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω, Πανύστατον δή, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.—

410. Pro δέχου Porsonus edidit δέχει, quod sensus requi-

rit, et cui MSS. lectiones favere videntur. Attica forma librarios exercuit, ut et in Orest. 400. ubi vulgo legitur ἀποτρέπου.—

418. Ante Brunckium erat: ἡμεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμοιροι δὴ τέκνων. Is ex membranis edidit, Ἡμεῖς δε πεντήκοντα γ' ἄμμοιροι τέκνων. Cum vero ἄμμοιροι verbum sit suspectæ fidei, meliorem lectionem ei tribuit Beckius, ἄμμοροι. Totum versum, ne quid dubites, totidem apicibus exhibet Eustathius ad Iliad. Z. p. 639, 57. PORSON. De quinquaginta Priami filiis consentiunt Homer. Il. VI. 243. Virg. Æn. II. 503. præter quos filias etiam habebat duodecim secundum Homerum, ubi supra: quinquaginta autem secundum Virgilium: vide Heynii notam ad Æn. II. 501.

422. Valde invenustum est duplex epitheton, ἀώρου ἀθλιάς. Detraxi igitur literam, suadente Marklando ad Iphig. T. 1490. Orest. 1022. Ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου, Θανάτου τ' ἀώρου. PORSON.

427. Consuetudo apud nos etiam obtinens, ut consanguinei et cognati morientis oculos claudant. Plin. N. H. Lib. XI. c. 37. *Morientibus operire oculos, rursusque in rogo patefacere, magno ritu sacrum est, ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectare fas sit, et cælo non ostendi nefas.* AMMON.

428. Hinc duxit colorem Plutarch. Conf. ad Apoll. p. 107. A. εἰ γὰρ προήδειμεν, κἂν προεξετήκοντο τινὲς ταῖς λύπαις, καὶ πρὶν ἀποθανεῖν, ἐπεθνήκεισαν. Bibl. Crit. Amst. P. IV. BECK.

429. ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις Brunckius monet esse Enallagen, pro ἀμφιθεὶς κάρα πέπλους. Simili structura ἀμφιθεῖναι ponitur Rhes. 209. Med. 782. In Rheso 27. ἁρμόσατε ψαλίοις ἵππους non dissimiliter dictum pro ἁρμ. ψάλια ἵπποις. BECK.

432. Fr. Jacobus legit, ὄμμ' ἔτ' ἔστι μοι. Melius vero compositum composito opponitur, quam simplici. De ὄνομα et ὄμμα vide ad Orest. 1075. PORSON.

438. In ὡς Reisk. subintelligit. ἀπολομένην. *Ita pereo, ut pereuntem Helenam utinam viderem.* BECK.

441. αὖρα edd. fere omnes. Recte mutavit accentum Kingius, cum secunda hujus vocis producatur. Aristoph. Ran. 317. αὔρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη. Quem locum citat Scholiastes. Tragicus apud Tatian. p. 35. Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον. Sosicrates apud Athenæum XI. p. 474. B. Αὔρα κόρη Σκείρωνος ἡσύχῳ ποδί. PORSON.

ποντιάς.] Pind. ποντιὰς ἅλμα Nem. IV. Antistr. 2 γέφυραν

ποντιάδα. Isthm. IV. Stroph. 2. Multa hujusmodi adjectiva feminina habent Poetæ, ut ἀγριὰς, λευκὰς, ἐρημὰς, pro ἀγριά, λευκὴ, ἐρήμη. MUSGR.

443. λίμνας, *maris.* Quo sensu occurrit Hip. 147. 739. Troad. 446.

445. δουλόσυνος pro δοῦλος vel δούλη alibi non legi. δεσπόσυνος pro δεσπότης extat in Epigrammate apud Ruhnkenium Ep. Crit. I. δεσποσύνα quoque Iphig. Taur. v. 425. γειτοσύνης pro γείτονος Anthol. p. 19. MUSGR.

448. Vulgo, ἔνθα τὸν κ. Alii τῶν. Utrumque delendum. Sæpe Articuli nullo jure in choros invasere. PORSON.

451. Musgravio νάσων ἔνθα dici videtur, ut ἐνταῦθα γῆς, et similia; et Brunckius ita verba construit, ἢ πορεύσεις με ἔνθα νήσων, pro εἰς τῶν νήσων ἐκείνην, ἔνθα—Quare autem ἔνθα cum νήσων aliter est jungendum, quam cum Δωρίδος et Φθιάδος, v. 447. ubi eadem adhibetur constructio? Nobis sane ὅρμον repetendum esse videtur, adeo ut νήσων ὅρμον, *insularum portum*, intelligamus.

454. ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ.] De hac fabula præter Scholiastem. vid. Homeri Hymnos in Apollinem et Dianam; item Callimachi Hymnum in Dianam; et Theognida in principio. Plin. I. 16. scribit, suo tempore in Delo palmam antiquissimam ab Apollinis ætate conspectam esse. BARNES.

457. ἄγαλμα vulgo de partus levamine explicant, quia parturientem Latonam laurui, palmæve innitentem sibi cogitant, ex Hom. Hym. in Apoll. 117. ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε. Melius vertitur *decus lætificum, ornatus, oblectamentum; ἀγάλλεσθαι* enim est *delectari;* Od. III. 433. AMMON.

459. τε ante θεᾶς deleri vult Reisk. sed τε alieno loco positum est ob metri necessitatem. Ordo enim verborum est: πότερόν τε σὺν Δηλιάσι κούραις, Ἀρτέμιδος θεᾶς καὶ χρυσεάν ἄμπυκα, καὶ τόξα εὐλογήσω; Ex Brunck. BECK.

460. Schol. Pind. in Olymp. V. ἄμπυξ μὲν γὰρ κυρίως ἀνάδημα τῆς κεφαλῆς τε καὶ λῶρος χρυσῷ καὶ λίθοις πεποικιλμένος. in Stroph. 1. Videatur et Scholiastes alter. MUSGR.

461. sqq. In magnis Panathanæis eximium vestimentum, cui Minervæ et alia fortia facta intexebantur, cum solenni pompa offerebatur Palladi. Ad hasce picturas variis coloribus distinctas in primis idoneum erat Titanum certamen, in quo Minerva, junctis ante currum equis, (Ion. 1570.) in subsidium patris approperabat. Peplus ipse a virginibus texebatur, septimum annum jam attactis et undecimum non excedentibus, quibus duæ præficiebantur, ἀρρηφόροι nuncupatæ.

Vide Meursii Panath. c. 17, 18. atque Heyn. ad Cir. v. 21. AMMON.

466. ἀνθοκρόκοισι πήναις, *Staminibus croceo tinctis.* Usurpatur autem κρόκεος de quovis splendido et lucido colore: unde Ἠως κροκόπεπλος. et κρόκεα πέταλα, Ion. 888. Recte itaque Grævius: ἀνθοκρόκοι πῆναι, *licia diversorum*, sed lucidorum, *colorum.* AMMON.

469. Κοιμίζειν, *sopire, occultare;* φλόγμῳ κοιμίζειν. *fulmine* ita *prosternere*, ut quasi sopiti inertes jaceant. Phœn. 185. AMMON.

473. Edidit Kingius δορίληπτος, quod tandem recepi. Deinde ὑπ' omittunt MSS. fere omnes; quidam superscriptum pro interpretatione habent. Edidi igitur πρὸς quod facile elapsum est propter literas præcedentes. Supra 102. Δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν. PORSON.

477. Hesychius: θεράπνη, θεραπαινὶς, δούλη. Apollon. Rhod. Lib. I. ἀνέσαν δὲ πύλας προφανέντε θεράπναι. MUSGR. Vulgo, θεράπαιναν contra metrum.

478. Pro genitivo accipiunt Ἅιδα Scholiastes et Musgravius. Iota subscribunt editi. Sed in his rebus MSS. frustra appellantur. PORSON. Ita Supp. 1024. Περσεφονείας θαλάμους.—Sensus loci est: *Permutans mortis thalamos;* i. e. Servitutem sc. *vice mortis accipiens.*

483. sqq. Cf. Claudian. in Ruf. I. 19. *Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem, Curarent Superi terras, an nullus inesset Rector, et incerto fluerent mortalia casu.* Quinctilian. Inst. Orat. VI. 1. *Quis non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis alius in me est vitæ usus, quam ut incusem Deos, superstes omnium meorum? Nullam terras despicere providentiam tester?*

484. ἄλλως omnes MSS. αὐτοὺς ex Reiskii et Musgravii conjecturâ edidit Brunckius. Sed non eo vitiosa est vulgata, quod ἄλλως et μάτην junguntur. Ipse enim Musgravius in supplemento ex Aristophane protulit εἰκῆ ῥᾳδιώς, διακενῆς ἄλλως, διάπαντος ἀεὶ. Sed deesse pronomen aut nomen videtur; nisi dixeris, ἀνθρώπους supplendum ἐκ κοινοῦ, quod tamen durum esset. Si ἄλλως omnino mutandum est, melius paullo fore videtur ἡμᾶς. PORSON. Nobis certe non displicet ἄλλως μάτην. Scholiastæ in Arist. Plut. 25. ubi πάνυ σφόδρα legitur, verba sunt hæc; σύνηθες Ἀττικοῖς παράλληλα τιθέναι τα ἰσοδυναμοῦντα, δηλῆται δὲ ἕν τι ἐξ ἀμφοτέρων. Si quid igitur mutandum, malimus cum Hermanno τούσδε pro τήνδε legere, Musgravio etiam non improbante. Haud ita infrequenter ὅδε pro οὗτος

usurpatur, ut in Soph. Phil. 86. Ἐγὼ μὲν ὃς ἂν σῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, Λαερτίου παῖ, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ, quem citat Hermannus, σῶν pro vulgata τῶν legens.

492. ἀλλ' ὅμως θανεῖν ἔχρῃζον citat Hermias Scholiis in Platonem apud Rhunkenium ad Timæum v. οὐκ ἔτος, ut legisse videri possit, ὅμως δ' ἔχρῃζον ἂν Θανεῖν. H. Stephanus quoque Fragm. vet. Poet. Lat. p. 118. ἀλλ' ὅμως θανεῖν citat. Vitio memoriæ uterque. Vertit Ennius apud Nonium v. *Evenat. Senex sum, utinam mortem oppetam, priusquam evenat, Quod in pauperie mea senex graviter gemam.* PORSON.

496. Constructio Homerica est Il. K. 82. Τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος; MSS. enim optimi cum Eustathio οὗτος pro οὕτω habent. PORSON.

499. Nihil mutandum. Paullo tamen rarior utriusque pronominis ellipsis. PORSON. Thucyd. I. 112. καὶ ἑξήκοντα μὲν νῆες ἐς Ἄιγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος. De constructione autem vid. Matt. Gr. Gr. § 594. 2. Valck. ad Eur. Hipp. 934. 1352. Male Wakefieldius σ' ante Ἀγαμέμνονος supplet.

502. ἐγκονεῖν est ita *festinare*, ut pulvis undique excitetur. Vid. Herc. Fur. 515. Soph. Aj. 811. AMMON.

506. Tragici τί λέξεις adhibent pro τί λέγεις; quo proprie indicari monet Hermannus ad Viger. p. 592. ed. Oxon. *quo tandem progrediere, hoc facto initio.* Cf. Med. 1300. Formam Euripidi peculiarem censet Valcknær. ad Hipp. 353.

Meminerint tirones Dawesiani Canonis; Si mulier de se loquens pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem. PORSON. Hunc celeberrimum Canonem optime illustravit Kiddius in Editione sua, p. 549. quem vide.

509. τοὐπί σ'. Anglice. *As far as concerns you.* Vid. Matt. Gr. Gr. § 282.

513. κερδᾶναι δάκρυα esse *elicere lacrymas* censet Reiske. BECK.

517. πρὸ τύμβου.] Ad Achillis sepulcrum ultionis nomine mactari videtur Polyxena, quia ipsi causa mortis fuerat. vid. ad v. 607. Sic Plato jubet Serviam, qui liberum interfecerit, occidi πρὸς τὸ μνῆμα τοῦ ἀποθανόντος. De Legg. IX. p. 934. D. Apud Nonnum quoque Bacchus de Tauro, Ampeli interfectore, XI. p. 201. Ἄξομαι εἰς σέο τύμβον, ἀώριε, ταῦρον ἀλήτην. MUSGR. Conferri potest Iphigeniæ immolatio, Iphig. A. 1539. sqq.

520. Electi post Talthybium stabant juvenes, qui, si

Polyxena forte, mortis timore correpta, a tumulo aufugeret cædem evitatura, vi cohiberent virginis reluctationem. Nota enim res, tristissimum fuisse apud veteres omen, si terrefacta ab altari recedebat victima, et non sponte potius caput porrigebat. *Sueton.* Tit. c. X. *Tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat.* In victimis humanis majori adhuc cautione opus erat, quia hostiæ istæ non nisi coactæ morti succumbere credi poterant. Vinculis autem eas constringere vetitum erat: id quod patet ex. Iphig. T. 454. ubi Orestes et Pylades, Dianæ immolandi, compedibus antea liberantur. AMMON.

523. ἔῤῥει, *fudit.* Sic οἶνον ἐπέῤῥεον, *vinum infundebant.* Philostrat. Vit. Apollon. III. 8. Idem ἐλαίϰ ἐπιῤῥοὴ, *olis infusio.* III. 16. Plutarchus: καταῤῥέϰσι μικρὸν τὸν ὄρον, *serum exiguum adstillant.* Op. Mor. p. 1807. Adde Theocritum V. 124. et 126. Scholiastes Nicandri ad Alexiph: 537. ἀπὸ τϰ σώματος ὑγρασίαν ῥεῖν εἴωθε.—Πακτωλὸς ὁ ῥέων τὸν πλϰτον habet Clem. Alex. p. 219. MUSGR.—Eodem modo multa verba intransitiva formam activam induunt. Sic infra v. 1054. πᾶ πόδ' ἐπάξας σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ; Vid. Porson ad Orest. 1411. Ita quoque apud Latinos, Virg. Georg. I. 104. *Cumulosque* ruit *male pinguis arenæ.*

527. σῖγα. Adverbia adjectivorum vice haud raro usurpantur. Orest. 1032. ἅλις τὸ μητρὸς αἷμ'. Iph. T. 977. ἅλις τὸ κείνης αἷμα. Herod VI. 109. ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι. Xen. Cyrop. IV. 1. 18. μαθήσονται, χωρὶς γενόμενοι, ἡμῖν ἐναντιοῦσθαι.

530. μϰ edd. omnes, sed μοι citat Scaliger ad Propert. IV. 7. 36. Constructio Homero familiaris, ut Iliad. B. 186. Δέξατό οἱ σκῆπτρον. O. 87. Θέμιστι δὲ καλλιπαρήω Δέκτο δέπας, et alibi. Pindarus apud Platonem Menone, T. I. p. 458. 34. Οἷσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιϰ πένθεος δέξηται. Æsch. Choëph. 760. Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί· ubi Hesiodi locum Theog. 480. laudat Abreschius. Ipse Euripides apud Clementem Alex. Strom. V. p. 688, 19. σὺ δέ μοι Θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας Δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν. PORSON.

541. ἐφράσθη. Aor. 1. pass. in medio sensu haud raro occurrit. Hesych. ἐφράσθη· συνῆκεν, ἔγνω, ἐνοήσεν. Vide Matt. Gr. Gr. §. 493. e.

543. Iphig. A. 1535. Πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων ἐμϰ· Σιγῇ παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

547. Sic Clytæmnestra se a mortuis ludibrio habitam queritur. Æschyl. Eumen. 96. Eteoclem contra, exequiis

rite peractis, honorem quoque apud inferos consecuturum significat Antigone. Soph. Ant. 25. Musgr. κεκλῆσθαι αἰσχύνομαι. Notandus est infinitivus post verbum αἰσχύνομαι. Ea enim verba, quæ quamvis animi affectionem exprimunt, semper fere participio junguntur. Soph. Œd. T. 635. Οὐδ' ἐπαισχύνεσθε, γῆς Οὕτω νοσούσης, ἴδια κινοῦντες κακά; Xenoph. Cyrop. III. 3. 35. ὑμῖν παραινῶν αἰσχυνοίμην ἄν. Conf. infra v. 947. Matt. Gr. Gr. §. 551.

548. Hes. T. II. p. 1381. Ἐπεῤῥόθησαν. ἐπήχησαν, ἐπεβόησαν. Beck.

550. ὑστάτην, *ultimam*, sc. quam Agamemnon dixerat.

551. Homeri illud exprimit, οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Beck.

554. Schol. λαγόνες λέγονται τὰ κατώτερα μέρη τῶν μαστῶν.

555. Inepte Kingius ἀγάλματα. Recte corpus pulchrum simulacro, ut pulchriori, comparatur. Philostrat. p. 715. C. ed. Morell. λείπεσθαι δὲ αὐτοῦ τοσοῦτον, ὅσον τῶν ἀγαλμάτων οἱ καλοὶ λείπονται. Hinc Petronius Arbiter: *Laterique applicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem.* Vid. et Ovid. Metam. XII. 398. Max. Tyr. Dissert. VII. Musgr.

556. MSS. quidam κατθεῖσα, non malè. Cum dicebam, *non male,* haud volui receptæ lectioni, quam sanam esse sciebam, hanc præferre; tantum hoc dicebam, κατθεῖσα per se bene Græcum esse. Sed Vir doctissimus et humanissimus (quem Aristotelis de Poetica libri interpretem esse suspicor) censet, καταθεῖναι dici tantum de rebus, quæ a nobismetipsis disjunguntur et separantur. Hujus igitur objectioni satisfacere conabor. Cum Latini dicant, *deponere, caput, corpus, latus, mentum, oculos, vultum,* quidni idem Græcis licuerit? Si hujus usus rariora sunt exempla, id fit non propter veram verbi vim, sed propter effectum, qui plerumque consequitur. Cum Pandarus arcum suum εὖ κατέθηκε τανυσσάμενος, ποτὶ γαίῃ Ἀγκλίνας, Iliad Δ. 112. non eum e manibus omnino dimittebat. Cum Diomedis equi Eumelo proximi instarent, ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην, Iliad Ψ. 381. an capita sua abscidebant atque abjiciebant? Non opinor. Porson.

558. Senec. Agam. 972. *sive te jugulo juvat Mersisse ferrum, præbeo jugulum volens: Seu more pecudum colla resecari placet, Intenta cervix vulnus expectat tuum.* Ovid. Met. XIII. 458. *At tu jugulo vel pectore telum Conde meo, jugulumque simul pectusque retexit.*

560. εὐπρεπὴς codices quidam, quod deterius est. Sæpe

confunduntur εὐτρεπὴς, εὐπρεπὴς, ἐκπρεπής. Non male supra 266. ἐκπρεπεστάτη conjicit Brunckius. Porson.

562. Merito Dawesius (Misc. Crit. p. 217.) Kingium ridet, qui ex MS. Barocc. hiantem lectionem σιδήρῳ αἵματος prætulerit. Nempe αἵματος supra κρουνοὶ in versu sequenti scriptum librarii oculos irretivit. Porson. Citat Kiddius ad locum Dawesianum, (ed. suæ p. 390.) Æsch. Pers. 507. Ὅστις τάχιστα πνεῦμ' ἀπέῤῥηξεν βίᾳ. Virg. Æn. IX. 580. Spiramenta *animæ letali vulnere rumpit.*

563. Cf. Ovid. Fast. II. 833. de Lucretia: *Tum quoque jam moriens ne non procumbat honesta Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.* Plinius etiam, Epist. IV. 11. ipsum Euripidis versum in narratione sua de Vestali Cornelia citavit.

569. De more folia et flores alicui, honoris causa, injiciendi consulendus Kusterus ad Suidam v. ἀκροδρυά. Adde et Pindarum Pyth. IX. in fine. Musgr. Videas etiam Scholiasten ad locum.

574. εἶ est *ibis*, non *es*. Porson. Hesychius: εἶμι, πορεύσομαι. Infra. v. 1172. πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις αμείψομαι.—Futuram hujus verbi significationem optime illustravit Kiddius ad Dawes: M. C. p. 126.

575. λέγω conjecit Heathius, quod multo melius est ad sensum. Sed si imperfectum omnino retinere oportebat, non erant quod triumpharent augmenti hostes; cum legi posset, τοίαδ' ἔλεγον ἀμφὶ σῆς. Nodum solvit Morellus, et, non monito lectore, edidit, τοῖος ἀμφὶ σῆς λόγος. Porson. τοίαδ' ἔλεγον ἀμφὶ σῆς probat etiam Censor eruditus, (*Monthly Review*, 1799.) sed Heathii conjectura melior. De augmento ab Atticis poetis nunquam omisso, vide Dawes. M. C. p. 468. ed. Kidd. et ibi notata.—Conjicit Wakefieldius δέχου.

578. ἐπέζεσε pro nominativo habet ἀναγκαῖον, accusativum adsciscit πῆμα. Vid. Cyclop. 301. Sententia est: *Deorum necessitas gravem Priamidis et patriæ meæ calamitatem hanc immisit.* Musgr.

581. sqq. Milton. P. A. IV. 75. *And, in the lowest deep, a lower deep, Still threatening to devour me, opens wide, To which the Hell I suffer seems a Heaven.*

583. διάδοχον κακὸν Heathius, διαδόχοις κακῶν Musgravius conjiciunt. Utrumque bene, nisi vulgata esset optima. Idem est, ac si dixisset, ἣ κακὰ κακοῖς διαδέχεται. Similia sunt Sophoclis Aj. 866. Πόνος πόνῳ πόνον φέρει. Æschyli Pers. 1046. Δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς. Porson. Suppl. 72. Ἀγὼν ὅδ' ἄλλος

ἔρχεται, γόων γόοις Διάδοχος, ubi γόοις recte Valckenær. ad Phœn. p. 134. Androm. 786. κακὸν κακῷ Διάδοχον.

586. Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες. *Contra vero intemperantiam* doloris sc. *ademisti.* τὸ λίαν est ὑπερβολὴ, *exsuperantia alicujus rei,* ut in Nostri Hippol. 264. ubi Monkius confert Orest. 694. Phœn. 584. et monet ultimam τοῦ λίαν syllabam apud Atticos produci, primam vero esse communem; Porson. Præf. ad. Hec.

587. sqq. Oppositio est inter agrorum et hominum naturam. Fruges quandoque e pravo solo optimæ proveniunt, et in bono degenerant, prout diversa est cœli temperies. At inter homines bonus semper bonus, malus semper malus. Huc male referuntur Accii versus, quorum diversa sententia est ap. Cic. Tusc. II. 5. *Probæ etsi in segetem sunt deteriorem datæ Fruges, tamen ipsæ suapte natura enitent.* BRUNCK. Veteres Euripidem reprehendisse, quod Hecubam, fœminam et in summo mœrore positam, philosophantem induxerit, docet Theon Progymn. p. 4. Heins. laudatus Heathio: Τὸν δὲ Εὐριπίδην καταμεμφόμεθα, ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ. BECK.

588. Aldus et Multi MSS. εὔσταχυν male. Coactum enim et frigidum esset καρπὸν e 590. assumere. Callimach. H. in Dian. 130. Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη Τετραπόδων. PORSON.

591. οὐδὲν ἄλλο πλὴν.] De solenni hac locutione vide Dawes Misc. C. p. 403. ed. Kidd. et ibi notata.

595. Rectè Porsonus post Brunckium ἔχει γε μέντοι edidit, quia sæpissime hæ tres particulæ in Sophocle et Euripide junctæ occurrunt, γέ τοι τι nunquam.—De sententia cf. Iph. A. 551. Τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι Μέγα φέρουσιν εἰς ἀρέταν.

596. μάθοι Aldus. μάθῃ postulat syntaxis, et ita plures MSS. PORSON.

597. Quanquam scio Euripidem paullo esse negligentiorem in iisdem vocibus repetendis, hic tamen scripsisse eum puto μετρῶν. Elect. 52. Γνώμης πονηρᾶς κανόσιν ἀναμετρούμενος Ἴστω τὸ σῶφρον. (Το σῶφρον ἴστω.) Sic et Aristoph. Av. 1005. Apollon. Rhod. I. 724. Et sane si quid mutandum, nihil dubito quin μετρῶν verum esset. Nunc autem in vulgata acquiesco. Codicis Townleiani Schol. ad. Iliad. Z. 351. εἰ ᾔδει πρὸς τὸ φυλάσσεσθαι μὴ ἐμπίπτειν εἰς αὐτά· οἶδε τὸ γ' αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών. PORSON.

598. Sententia est. *Et hæc quidem frustra ejaculata est*

mens mea.—ἐτόξευσε pro ἐξετόξευσε accipit Reisk. Simili sensu occurrit ἐξηκόντισα, Supp. 456.

600. De voce θιγγάνω et similibus omnino consulendus Monk. ad Hipp. 1442. (1434.)

602. Iph. A. 903: Ναυτικὸν Στράτευμ' ἄναρχον, κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρασύ.

603. κρείσσων πυρός. Idem proverbium, quo magnitudo mali significatur, extat apud Soph. Œd. T. 177. Κρείσσων, *Superior*, sive *violentior quam ut superari possit.* Eurip. Supp. 845. κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ. Thucyd. II. 50. κρεῖσσον λόγου. II. 64. ἐλπίδος κρεῖσσον. Similiter Herod. II. 148. λόγου μείζονες. Ita et Cicero ad Atticum VII. 6. *Opinione violentior.* Vide Herman. ad Viger. p. 574. ed. Oxon.

604. Nonnullis in MSS τ' ἄγγος pro τεῦχος legitur, quod pro glossema habet Brunck: et τεῦχος de vase liquidum continente Musgravius effert ex Ion. 1184.

606—609. Parenthesi inclusos puta, et βάψασα, ἀγείρασα τε junge. PORSON.

607. νύμφην vocat Polyxenam, utpote Achilli ante mortem desponsatam. Vid. Hygen. Fab. 110. Philostrat. Heroic. p. 715. Lycophron. 323. Tradit quoque Philostratus, Achillem ἐν τοῖς ὑπὲρ τούτων ὅρκοις inermem occisum esse. MUSGR. Νύμφην τ' ἄνυμφον, π. τ. α. In ejusmodi oppositionibus gaudent Tragici. Soph. Phil. 534. ἄοικον εἰσοίκησιν. Elect. 1154. μήτηρ ἀμήτωρ. Æsch. Pers. 682. νᾶες ἄναες.

609. τί γὰρ πάθω; De hac formula vide Valcknær. ad Phœn. 932. et quæ Blomfieldius notavit ad Æsch. Pers. 909.

614. ὦ σχήματ' οἴκων. Interpreter: *O fastus generis.* Sic τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα, Diodor. Sic. Lib. XIX. c. 70. MUSGR. Periphrasis potius videtur pro simplici οἶκοι. Sic Alcest. 931. σχῆμα δόμων. Soph. Phil. 952. σχῆμα πέτρας.

615. Distinctionem incautus posueram non post ἔχων, ut debui, sed post κάλλιστά τ'. Sed κάλλιστα εὐτεκνώτατε dictum est, ut μέγιστον ἐχθίστη Med. 1313. πλεῖστον ἐχθίστος, Soph. Phil. 631. πλεῖστον κάκιστος. Œd. C. 570. κάκιστα δυσσεβεστάτων. Œd. C. 1190. PORSON. Duplicis comparativi forma occurrit supra 376. Hipp. 485. Æsch. Supp. 287. Soph. Ant. 1210. quæ contulit Blomfieldius ad Æsch. Theb. 670. Singulare addas exemplum Soph. Antig. 86. πολλὸν ἐχθίων. Bentleius autem affirmat, Atticos nunquam πολλὸν adverbialiter sumsisse, undè Porsonus πλεῖον ἐχθίων conjicit, et Parrius

μᾶλλον legere jubet. Occurrit tamen πολλὸν ἀμείνων et similia apud Homerum. Exemplum attulit Monkius ad Hippol. 486. Cicer. Ep. ad Atticum XII. 38. *Maximè liberalissima.* Notissima est ista Dei Opt. Max. sanctissima appellatio, *Most Highest.* In πλεῖστα subintellige τέκνα, ut Reiskius monuit.

618. στερέντες.] Syncope pro στερηθέντες. Formam hanc et lexicographis et Græcæ linguæ rudimentorum conditoribus omissam fuisse non adeo mirum, quæ librarios sæpe fefellit. Bacch. 1315. ὦ πάτερ, ἐγὼ δέ σου στερεῖσα φεύξομαι. Male ibi Aldus edidit στερηθεῖσα. In Phœn. 1263. optime Reisk. reposuit: δισσοῖν στερείσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν. Ut et Suppl. 794. scribendum esse monuerunt docti viri: νῦν δ' ὁρῶ σαφέστατον κακὸν, τέκνων φιλτάτων στερεῖσα. Hel. 95. πῶς; οὔτι που σῷ φασγάνῳ βίον στερεῖς. Cf. Iph. A. 346. Iph. T. 460. El. 740. BRUNCK. στερέντες pro στερεθέντες positum vult Beckius, ab inusitato στέρω. Νίκης τε στέρεται, πρός τ' ἄλγεσιν ἄλγεα πάσχει. Hesiod. Sed melior Brunckii derivatio.

620. τίμιος κεκλημένος, *dominus vocatus.* Theophrast. Char. X. εὐωχοῦ τίμιε. quem ad locum Casaubonus docet, ut apud Romanos superiores dignitate *domini* salutabantur, sic eos apud veteres Atticos τιμίους audivisse. AMMON. Sed Musgravio κεχλημένος hic abundare videtur, ut supra v. 475. Herc. Fur. 487. Soph. Elec. 232.

622. Ald. et MSS. quidam κεῖνος δ' ὁ. Sed hujusmodi particulis addendis, mutandis, delendis millies metrum corrumpitur. Sic mox 672. Harl. κοὐκέτ', qui tamen hic δ' ignorat. Ennium apud Cic. de Fin. II. 13. *Nimium boni est, cui nil mali est,* comparat Muretus V. L. V. 13. a Brunckio citatus. PORSON.

628. ἐτάμεθ'.] Aorist. 2. vocis mediæ verbi τέμνω, *seco.*

634. κοινὸν idem hic significare videtur, quod ἀμφότερον. Sensus est: *Utrumque, et ex propria amentia, et ab aliis, malum exitiale Trojam invasit.* MUSGR. Hæc interpretatio sensui vix satisfacere potest. κοινὸν *commune* vel *publicum* significare, et post ἄλλων, cum Reiskio, συμφορῶν intelligi videtur, ita ut sententia sit: *Commune malum exitiale e privata* sc. Paridis, *Amentia Trojam invasit, et calamitas ex calamitatibus orta.* Cf. v. 679. infra.

635. Σιμοέντις, teste Strabone, fuerat latior campus, ad Simoentem fluvium, locus certaminum inter Græcos et Trojanos. AMMON.

639. ἀνὴρ βώτας.] Ita Iph. A. 178. βουκόλος appellatur Paris; Unde Horatius *Pastorem* eum vocat, Od. I. 15. 1.

640. ἐπὶ δορὶ, καὶ φ. κ. ε. μ. λ'.] Anglicè vertas: *With the consequence of war, slaughter, and devastation.* De hac præpositionis ἐπὶ significatione vid. Matt. Gr. Gr. §. 585. β. Cum levi errore citat Hesychius: Μελάθρων λῶβαι. τῶν οἴκων αἱ βλαβαί.

648. θῆλυν σποράν.] Adjectiva masculina haud raro pro femininis adhibentur, utpote duas tantum terminationes apud veteres Scriptores habentia. Hom. Il. T. 97. θῆλυς ἐοῦσα. Matt. Gr. Gr. §. 436. 2. Videas etiam Thom. M. p. 449. ubi, nostrum locum plane respiciens, hæc habet: ἡ θῆλυς δὲ παρ' Εὐριπίδῃ.

650. Scholiastes ita interpretatur: τί ἐστι τὸ βούλημα τῆς σῆς κακοφήμου βοῆς; unde Fr. Jacobus legere vult, τί δ' αὖ τὸ λῆμα σῆς—Sed vulgatæ lectionis verba præponit Scholiastes, neque eum puto aliter legisse: ellipsin autem pro captu suo explere voluisse. Neque credo λῆμα unquam nisi de personis dixisse Græcos. PORSON.

651. εὕδει, *cessant, silent.*

652. Elegantius scripsisset ad numeros, ἐν κακοῖσι δή. HERMANN.

654. δόμων ἄπο. Porsonus dedit δόμων ὕπερ. Vide ad v. 53.

660. νεκρὸς masculino genere pro cadavere semper dicitur. Sed Ammonius, ἀνὴρ οὐχ ὁ τυχὼν, suspicatur legendum esse, νεκρὸν τόδε, quoniam in v. νεκρὸν, ubi pro cadavere sumitur, semper intelligendum est σῶμα, ait, docente Bosio. Deinde pergit: "Favet mutationi etiam metrum." Imo hac emendatione metrum corruit, nisi insuper transponas, τόδε Πολυξένης ἐμοί. PORSON.

665. Βακχεῖον, *furiosum, fatidicum.* De furore vatum vide supra ad v. 118. et locum egregium Æneid. 6. 46. sqq. AMMON.

674. νόμοι βακχεῖοι, siquidem ulli sunt ita dicti, numeri Bacchii sunt, i. e. ad Bacchum aliquo modo pertinentes. MUSGR. Aliquid fortasse inter βακχεῖον et ὄρθιον νόμον affinitatis existat, de quo vid. Blomfield. Gloss. ad. Æschyli Pers. 395. necnon, ad Sept. Theb. 954.—Quod Heathius affirmat, verbum κατάρχεσθαι tantum Genitivo jungi, minimè pro vero est habendum. Ores. 948. κατάρχομαι στεναγμόν. Hom. Od. III. γέρων δ' ἱππήλατα Νέστωρ Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρ-

χετο. Plat. Euthyd. p. 28. θαυμαστόν τινα κατῆρχε λόγον. Vide Brunck. ad Soph. Elec. 522.

681. ἐπισχήσει, *illucebit*, vel *adveniet*. Pausanias : ὡς ἐπέσχεν ἡμέρα. p. 62. ed. Sylb. vid. et p. 139. Musgr.

686. Constructionem verbi Κυρῶ, *invenio*, cum Accus. Brunck. illustrat e Rheso 113. 691. Æsch. S. Theb. 701. Beck.

700. Sic πέρα δεινῶν Pausan. IV. 5. p. 291. (471.) quod recte tuetur Facius. Porson. Iph. T. 819. θαυμάτων πέρα καὶ λόγου πρόσω τάδ' ἐπέβα.

707. δεσπότου δέμας. De hac, cæterisque Tragicorum periphrasibus, vid. Matt. Gr. Gr. §. 430. 6.

710. ἐφ' οἷσπερ κ. τ. λ. *Eadem lege, quam mihi Talthybius renuntiavit.* Heath.

714. ἥκω μεταστελῶν σε præfert Valckenærius ad Phœniss. 1327. (1377.) Sed particula minus rectè omittitur, et ἀποστελῶν ad sensum melius. E concione enim in tentorium suum reverterat Agamemnon, unde Hecubam dimittere poterat, ut cadaver filiæ tolleret et sepeliret; nec necesse fuit, ut eam comitaretur, quod si facturus fuisset, dicere eum debuit ἥκω μεταστελῶν σε. Mendose μεταστέλλων in Phœnissarum edd. quibusdam, quam disjunctionem non patiuntur Tragici Senarii. Porson. Brunck.

716. ἐπὶ σκηναῖς. Prev. monet esse *juxta tentorium*. Beck.

719. δύστην' ad Hecubam ipsam intelligi, imprimis vero ad Polydorum referri videtur.—Sensus est: *Infelix Polydore! (te autem infelicem* dicendo, meipsam quoque infelicem *dico) quid igitur infelix ego Hecuba faciam?*

723. ὀδύρῃ Aldus et omnes MSS. quod cum metro repugnaret, sensus jactura in ὀδυνῇ mutavit Morellus. Debebat saltem ὀδυνᾷ. Sed rectè Musgravius δύρῃ, advocato Hesychio, δύρεσθαι, ὀδύρεσθαι. Eustathius ad Il. B. p. 218, 19. εὑρίσκεται δὲ καὶ τὸ ὀδύρεσθαι δύρεσθαι. Nec magis mirum utrumque δύρεσθαι et ὀδύρεσθαι Atticis in usu fuisse, quam utrumque κέλλειν et ὀκέλλειν, μόργνυμι et ὀμόργνυμι, cum similibus non paucis. Æsch. Prometh. 271. Καί μοι τὰ μὲν παρόντα μὴ δύρεσθ' ἄχη. Male ibi elisionis, qualem nesciunt Attici, signum apponunt editiones. Apud eundem Pers. 584. metrum flagitat Δυρόμενοι γέροντες. In nostri Med. 161. 'δυρομένα edidit Brunckius, quasi ο ab ου elidi posset. Porson. Eadem est ratio in κλάζω, ὀκλάζω; σταφὶς, ὀσταφὶς, et alia quædam. Eustath. ad Il. Z. p. 650. 46, Κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ἐκ τοῦ Ἰλεύς γέγονεν ὁ Ὀιλεύς· ὁμοίως τῷ κέλλω, ὀκέλλω, κλῶ,

κλάζω, ὀκλάζω. Sed verbalia ὀδυρμὸς, ὄδυρμα et similia nunquam ὀ amittere monet Elmsleius.

725. ἄλγος ἂν προσθείμεθα. Sic Aldus et pleræque edd. Sed ἂν recte duplicant Brunckii membr. Brunckius edidit ἄλγος αὖ π. αν. male. PORSON. De duplici ἂν vid. Matt. Gr. Gr. §. 599. et Herman. ad. Vig. p. 632. ed. Oxon.

726. Conf. Hipp. 345. ὀ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.—

731. εἰς ταυτὸν ἥκεις. Solennis apud Tragicos expressio. Orest. 1269. Supp. 275. Hipp. 272. ubi notata videas.—Ad κλύειν repetatur βούλομαι.

735. De Ellipsi prepositionis πρὸς vide ad Orest. 660. PORSON.

737. μαστεύουσα, *quærens;* Metaphora ab infantibus sumpta, nutricis mammas appetentibus.—

739. Ridet Plautus Asinar. II. 2. 8. *Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.* Quod notavit Vir. egregius, Josias Mercerus ad Nonium v. *Meret.* PORSON.

741. ἐπάρκουσαν Ald. et edd. ἐπάρκεσιν MS. Reg. Soc. quod præferendum videtur. ἄρκεσις occurrit apud Sophoclem Œd. Col. 73. ἐπάρκεσις 447. Alteram formam apud Tragicos non memini invenisse. PORSON. Vide ad Orest. 791.

743. Hunc versum sic convertit Ennius apud Nonium v. GUTTATIM. *Vide hunc meæ in quem lacrumæ guttatim cadunt.* PORSON.

744. τὸ μέλλον.] *Quod fieri debet.* v. Ion. 1002. HEATH.

757. Istud γε, quod nihil ad sensum aut elegantiam confert, omittunt MSS. nonnulli. Legendum videtur Τίνος πρὸς ἄλλου, quod et melius quæstioni respondet. Supra 685. πρὸς τίνος ἀνθρώπων. Supp. 404. οὐ γὰρ ἄρχεται Ἑνὸς πρὸς ἀνδρός. PORSON.

766. Recte Wakefieldius interpunctionem post σὺ delere jussit. HERMANN.

769. λέγεις alii, quod si repones, non gravabor. Comparat Brunckius Terentianum: (Adelph. IV. 7.) *Ipsa si cupiat Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam.* Aptius videtur illud Trabeæ apud Ciceronem Tusc. Disp. IV. 31. *Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.* PORSON.

777. Aldus et fere omnes MSS. πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων. Sed quoniam neutrum plurale adjectivi πρῶτος nominibus propriis singularibus nunquam sine articulo refertur, Brunckius τὰ πρῶτα ex membranis suis edidit, duplici anapæsto minime offensus. Alii alias conjecturas obtulerunt, quas, ut frigidas

aut pravas, enumerare nolumus. Porsonus πρῶτος ὢν pro πρῶτα τῶν dedit, eo potissimum adductus, quod participium ὢν non subaudiri potest, ubi duo membra sententiæ ita, ut hic, conjunguntur. Cf. Aristoph. Plut. 751. Vesp. 503. Pac. 633. 685. Haud dubio πρῶτα adverbii sensum in hoc loco sumere nequit.

778. λαβὼν προμηθίαν *suscepta cura pueri educandi.* Hunc verissimum loci sensum commendat Alcest. 1064. ἐγὼ δέ σου προμηθίαν ἔχω. AMMON.

779. εἰ pro ἐπεὶ, sumendum esse monet Brunckius.

782. Respicere Euripidem ad Pindari dictum, νόμος δ' ὁ πάντων βασιλεύς, monet Wyttenbachius in Biblioth. Crit. Vol. I. Part IV. p. 35. PORSON.

783. θεοὺς ἡγούμεθα.] i. e. ἡγούμεθα εἶναι. MUSGR. θεοὺς ἡγεῖσθαι dixit etiam Noster Bacch. 1327. Elect. 579. Aristophanes Eq: 32. Βρέτας; τὸ ποῖον ἐτέον; ἡγεῖ γὰρ θεούς. PORSON. Eodem sensu usurpatur verbum νομίζω. Eurip. Frag. 1. τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

784. ζῶμεν ὡρισμένοι nihil aliud est quam ὁρίζομεν, *distinguimus,* ζῆν enim pro v. substantivo usurpari satis constat. Sensum igitur hunc esse dico: *Quia leges habemus, Deos esse existimamus. Unde enim profecta esset constans illa et immutabilis de bono et malo, de justo et injusto, opinio, nisi leges essent alicubi, omnibus rebus et ipso Deorum numine majores?* JACOBS.

785. ἀνελθών. Markland. ad Suppl. 562. idem hoc monet esse, quod eo loco ὡς εἰς ἔμ' ἐλθὼν νόμος, sine emphasi verbi compositi ἀνελθών. BECK.

788. Hunc versum etiam adhibuit Euripides in incerto dramate apud Stobæum ed. Grot. p. 165. PORSON.

790. Ejicere hunc versum, et deinde legere vult ἰδοῦ τε Wyttenbachius, p. 36. Male. Refert enim siquis alius acumen et ingenium Euripidis. Hecuba brevem et concinnam malorum suorum adumbratura imaginem, Ulyssem, (*Agamemnona*) rogat, ne hæc breviter exposita audire dedignetur. Pictoris autem exemplo utitur, qui, ut totam tabulam visu comprehendere possit, paulo longius ab ea regredi necesse habet. PORSON. JACOBS.

795. "An legendum ποῖ μετεξάγεις; Quanquam corripi potest syllaba, licet μ' pro μοι ponatur," inquit Musgravius. Imo μ' pro με ponitur. Sensus esse videtur: *Quo meum pedem subducis; i. e. quo me cogis te sequi?* Nempe Agamemnon, Hecubæ nolens annuere, nec tamen palam negare

ausus, pedetentim a scena recedere conatur. Duplex accusativus neminem offendet, nisi qui in Atticis poetis hospes sit. Exemplis tamen a Brunckio allatis ad Æschyl. Theb. 836. et alibi, unum adde, Aristoph, Thesm. 491. Στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρα. PORSON.

796. ἔοικα. Confert Blomfieldius Æsch. Prom. 1043. Supp. 906. Eumen. 898. Choëph. 913. Soph. Aj. 1239. Nostri Orest. 756.

799. Hunc locum in animo habuisse videtur Quinctilianus I. 12. 18. *illam (ut ait non ignobilis Tragicus) reginam rerum Orationem.* Non hunc locum, sed Ciceronis de Oratore II. 44. in animo habuit Quinctilianus; Cicero autem a Pacuviana Hermione sumsit, *O flexanima atque omnium regina rerum Oratio.* Et Ciceronis et Pacuvii verba citat Nonius v. *Flexanima.* Nostrum respexit Pacuvius. PORSON. Cicero ad. Q. F. Lib. I. *Nihil præstabilius est, quam posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere, et, quo velit, deducere.*

805. Nihil causæ erat, quare Musgravius ἐπ' αἴσχεσι mallet. Ἐπ' αἰσχροῖς sane est *Turpi conditione*, ut in Hippolyto, v. 511. quem affert. Sed est etiam *propter* et *ad turpia*, ut in Androm. v. 1088. ἥκων ἐπ' αἰσχροῖς. Ἀισχρὰ quæ hic dicit, ad filiam Cassandram spectant. HERMANN.

809. σῇσι πλευρῇς Ald. et edd. Aut σοῖσι aut πλευροῖς alii; retinent hi πλευραῖς, illi σῇσι. In Sophoclis Ajac. 1253. vulgo Μέγας δὲ πλευρὰς βοῦς. MSS. plures πλευράν. Sed recte MS. apud Brunckium, Stobæus, et Eustathius ad Od. E. p. 1524, 51. habent πλευρά. PORSON. Vide ad Orest. 213.

811. Hunc locum citans Scholiastes ad Sophoclis Ajac. 520. hac nota perstringit, ὁ δέ γε Ἐυριπίδης μαστροπικώτατα εἰσάγει τὴν Ἑκάβην λέγουσαν. Sed hac re nihil offensus Ennius vertit: *Quæ tibi in concubio verecunde et modice morem gerit*, apud Nonium in v. *modicus.* PORSON.

813. κείνης δ' ἐγὼ Ald. et, ut puto, omnes MSS. Sed edidit Brunckius κείνης δὲ σύ, vereor ne μαστροπικώτατα. PORSON. χάρις decepit Brunckium, quod de Venerea voluptate intellexit. Id hic εὔνοιαν significat. HERMANN.

819. εἰ per se solum aliquando *utinam* significare dicit Viger. p. 402. ed. Ox. Soph. Œd. T. 863. Ἐι μοι ξυνείη φέροντι Μοῖρα.—Nostri Androm. 1008. εἰ δαίμων τάδε δὴ κραίνοι.—Sæpius tamen εἰ in sensu optandi γὰρ conjunctum habet, quod post alios observavit Valckenær. ad. Phœn. 761. εἰ

γάρ ἐμοὶ τοσήνδε θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν. Orest. 1093. 1202. 1575. 1609. Hipp. 1400. Alcest. 91. 1082. Supp. 367. Iph. T. 1188. Elect. 668. Ita etiam *si* adhibetur apud Latinos: Virg. Æn. *O mihi præteritos referat si Jupiter annos.*

820. κόμαισι.] Forte κόραισι, *pupillis oculorum.* Ideo minus convenit κόμαισι, quia in luctu comas tonderi Feminis et capita radi mos erat. Vid. Troad. v. 141. Musgr. Pro κόμαισι primo κόραισι, deinde κνήμαισι conjecit Musgravius. Accuratior oppositio esset, si legeremus κώλοισι. Sed cum omnes MSS. et edd. tum Etymologus M. p. 26. 54. et Tzetzes Chil. I. 515. vulgatam lectionem confirmant. Est et alia ratio, quæ κόραισιν excludat. Primo optat Hecuba vocem habere in iis partibus, quæ natura vocem non habent; deinde ut partes istæ simul fleant et loquantur. At κόραι cum natura ad flendum aptæ sint, ab hac enumeratione abesse debent. Porson. Nihil certe mutatione opus. Talibus conjecturis semper plus phantasiæ, quam utilitatis inest. Vide Valckenær. ad. Phœn. 311.

821. Hoc in loco Scholiastem non laudo, qui exponit, quasi optaret Hecuba Vocem in brachiis, in manibus, in comis, in pedibus, aut in Dædali artibus; cum sensus longe alius sit; optat enim, ut vel Dædali arte, vel Dei alicujus, hæc ei contingant. Quare expono; *Utinam, inquam, hoc mihi fiat, vel Dædali arte vel Deorum alicujus.* Barnes.

822. Vide infra ad 1135. Porson.

825. πάρασχε Ald. et MSS. quod temere barbarum vocat Brunckius, cum sit analogiæ regulis consentaneum. Non valde usitatum esse fateor; occurrit tamen κάτασχε in Herc. Fur. 1181. Sed vide ad Orest. 1322. Infra 878. ἐπίσχ' Aug. 3. Porson. Omnino tamen lectu dignæ Brunckii observationes. Ita scribit: "πάρασχε quid sit, nescio. Græcum non est. A παρέχω Aor. 2. est παρέσχον, imperativus παράσχες. Præsentis imperativus πάρεχε. A παρίσχω autem πάρασχε, unde formatur etiam aor. 2. παράσχες. Frequentissime occurrunt ἴσχε, σχές· κάτισχε, κατάσχες. Sic ἐπίσχες, μετάσχες, ὑπόσχες. πάρασχε mera est barbaries." Ad Orest. 1322. Porsonus ipse κάτισχε legendum censet in Herc. F. 1181.

830. οἱ χρόνοι ex conjectura Musgravii edidit Brunckius. Porson. Sed vulgata nulla auctoritate mutari potest, nec sensus mutationem requirit. Οἱ νόμοι de legibus justitiæ, v. 827. commemoratis intelligi possunt, quæ ita τὰς ἀνάγκας

διώρισαν, *necessitudines ordinant*, ut aliquis alios sibi amicos obtineat, alios autem inimicos.—Cf. etiam. v. 836. infra.

837. Sensus est: *Si modo appareat, ut tui causa puniatur Polymestor.*

840. ἔστιν γὰρ ῆ. *For in a certain degree.* Matt. Gr. Gr. §. 482. Obs. 2.

844. πρὸς ταῦτα, *ad hæc, his ita existentibus.* HEATH.

847. οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν. Aristot. Rhet. II. 21. Mox πόλεως multi MSS. solenni errore. Arrian in Epictet. II. 13. Οὐκ ἔστι δ' ἐν σοὶ πόλεος ἡγεμὼν ἀνήρ. Versus est Senarius. PORSON. Vide ad Orest. 389.

863. κεκεύθουσ' MSS. quidam; quod si Græcum est, est Doricum. PORSON.

865. φονέα. Ultimam hujus vocis, quæ ex Grammaticorum monito produci debebat, ter corripit Euripides, hic et Elect. 604. 767. Quibus addit Piersonus ad Mœrin. p. 192. Euphorionem apud Athenæum XI. p. 503. A. Addo ipse Philemonem ibid. VII. p. 307. E. ubi κεστρέ' ὀπτὸν occurrit; vocalis enim elidi non posset, nisi corriperetur. PORSON. Poetæ vero nonnunquam horum casuum duas ultimas syllabas, versu cogente, sicut genitivorum in έως, in unam contraxere; quod trionum gratia monuit Monkius ad Hipp. 1148 (1143.) Cf. Phœn. 913. 1165.

868. μέμφομαι, *minus validum existimo.* HEATH.

871. γενέσθαι τόνδ' ἐμοὶ Ald. γενέσθω edidit Brunckius ex membr. Per ellipsin fortasse defendi posset lectio vulgata; sed, quoniam et alibi variatur, Iph. T. 589. Troad. 730. γενέσθω nunc admisi. PORSON. Infinitivus haud dubio pro tertiâ personâ imperativi nonnunquam adhibetur, subaudito verbo χρή. Il. I. 285. Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι. Conf. v. 286. Sed hujus ipsius formulæ tria tantum exempla, quæ supra memorantur, inveniri possunt, in quibus MSS. auctoritas lectioni γενέσθω abunde favet.

873. πλασθεῖσα Ald. et MSS. Sed altera forma, quæ alibi apud Euripidem occurrit, melior videtur, et ita Brunckius. PORSON. πλαθεῖσα, a πελάω, et per Syncopen πλάω, *propinquo.*

883. οὐριάς Ald. et plerique MSS. Sed οὐρίους Porsonus post Brunckium edidit, qui hanc lectionem, ut magis Atticam, e membr. restituit, laudato Soph. Phil. 855. ubi οὐρίῳ πλάτῃ. Sed οὐριάς πομπῆς. Iph. A. 341.

889. λέξει. De futurorum formis passive significantium exquisitam vide Monkii Annotationem ad Hipp. 1458.

890. νέφος. Ita Hom. Il. IV. 274. νέφος πεζῶν. et apud Latinos; *jaculantum Nubes,* Stat. Theb. IX. 120. *Nimbus peditum,* Virg. Æn. VII. 793.

892. Cf. Soph. Ant. 124. στεφάνωμα πυργῶν Ἡφαῖστον πευκάενθ' ἑλεῖν.

894. Rectè demum κηλῖδ' οἰκτροτάταν pro vulgato οἰκτροτάτᾳ reposuit Porsonus, quod cum constructionis rationi repugnaret, tum elisionis ι finalis in dativo singulari exemplum præberet: de quâ vid. doctissimum Elmsleium ad Heracl. 693.

898. κίδναται verti debet *spargi solet.* HEATH. σκίδναται MSS. quidam. Anceps de hoc judicium: sed nemo dubitare possit, quin κίδνατο male ediderit Kingius. Virg. Æn. II. 268. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit, et dono Divûm gratissima serpit.* PORSON. Conf. etiam vv. 250. sqq.

900. Aut repetenda est vox ἔκειτο e versu præcedente, aut intelligenda ὑπῆρχεν, aut simile quid, adeo ut ξυστὸν ἐπὶ πασσάλῳ parenthetice sumatur.

906. ῥυθμίζω. *Constringo, Concinno.* Metaphora a verbis desumpta quæ in rhythmum rediguntur et coercentur. BLOMFIELD.

907. ἀτέρμονες αὐγαὶ *ingentem* significant splendorem. Scholiastarum inepta est interpretatio. Neque opus emendatione. HERMANN. Hesychius: ἀτέρμονες, ἄριστοι.—

908. Levissima menda tamdiu servari non debebat ἐπιδέμνιος. Lege ἐπιδέμνιον, et verte, *torum vestibus stratum.* PORSON.

914. μονόπεπλος.] Πέπλος, teste Polluce, Lib. VII. de utraque veste dicitur, cum superiore quam περιβόλαιον vel ἱμάτιον vocant Græci, tum inferiore, quam χιτῶνα, Latine *tunicam.* Jam virgines Lacænæ περιβόλαιον quidem gestabant, χιτῶνα vero minime. (Schol. in hunc locum. Mimas Pythagoreus in Dissert. περὶ καλοῦ κ̀ αἰσχροῦ.) Unde cum femora earum, amiculis non satis tecta, oculis hominum paterent, nudæ incedere Plutarcho per catachresin dicuntur. Accuratius Euripides Androm. 598. ubi πέπλοι ἀνειμένοι sunt togæ illæ laxæ, quæ unicum Lacænarum gestamen erant. Quid igitur dicit Trojana? nempe se præ festinantia superiorem tantum vestem, Doricæ virginis ritu, induisse. Apollonius paria de Medea tradit, Lib. III. θύρας ὤϊξε δόμοιο Νήλιπις, οἰέανος. Μονοχίτων quoque in simili re habet Diodor. Sic. Lib. XVII. c. 35. Conferre potest, qui plura cupit, Scholiasten Pindari in

Nem. I. Antist. 3. Historiam Candaulis apud Herodotum I. c. 8. MUSGR.

920. Connectendum est in constructione ἀποσκόπους' cum ἄπειπον, v. 923. *Et urbem respiciens, tandem desivi præ dolore; diris tum quidem devovens Helenum et Paridem.* MUSGR.

921. Pindarus Nem. V. Antist. 3. Τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον Ἀιεὶ κυμάτων.—Ubi Scholiastes, ποῦς νεὼς τὸ πηδάλιον. Quæ interpretatio et huic loco melius, quam Heathiana illa, convenire videtur. MUSGR. Cf. infra 999.

925. αἰνόπαριν, *damnosum Pariden*: Δύσπαριν, Il. III. 39. AMMON. Sic etiam occurrunt αἰνόμορος et δύσμορος, *infelix*. δυσελένας etiam in Orest. 1372.

929. οἰζὺς scripsi, ut semper Attici, no ὀϊζύς. PORSON.

937. Plato: ὥτε εἰς τὸ πρόσθεν ὐδὲν προβαίνων τῷ χαλεπῶς φέροντι. p. 734. F. MUSGR.

940. προκόπτοντ'. De hoc verbo vide ad Hipp. 23.

950. Hic versus spurius videtur. Tolerabilior paullo videretur, si aut post 951 poneretur, aut hic legeretur κἂν pro ἐν, ibi οὐκ pro κοὐκ. PORSON. Recte tamen Brunckius ad Sophoclis Electram, v. 480. monet, in hujusmodi locis casum, qui male adhibitus videtur, a verbo regi, quod is, qui loquitur, in mente habet, licet alio verbo utatur. Ita hic αἰδώς μ' ἔχει ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσα est αἰδοῦμαι ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσα. HERMANN. Vide Matt. Gr. Gr. §. 561. 1.

951. Eandem locutionem adhibuit etiam Euripides Iph. A. 804. χαῖρ', οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ. Paullo diversus est loci Sophoclei Œd. T. 528. sensus: Ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενός. diversus etiam Ovidiani Met. II. 776. *Nusquam recta acies.* Pro *intrepido vultu* occurrit apud Lucanum IX. 904. *Qui potuere pati radios, et* Lumine recto *Sustinuere diem,* quem nimis serviliter imitatur Claudianus Præf. ad III. Consulat. Honorii. *Et* Recto *flammas imperat* ore *pati.* Hæc addas iis, quæ vir summus Bentleius congessit ad Horat. Carm. I. 3. 18. PORSON.

955. Destituit Wakefieldium memoria, cum τίς χρεία σ' ἐμῆ Græcum esse dubitaret, et scribi vellet χρεία 'στ' ἐμῆ. Facile vel illud recordari poterat, χρεὼ βελῆς ἐμὲ καὶ σέ, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Κερδαλέης. Omissum in hac locutione ἔχει. Soph. Phil. 646. ὅτη σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει. HERMANN. Prævivit Homerus Iliad. K. 43. et 85. MUSGR. Vide Porsonum ad Orest. 656.

956. τί χρῆμα, subaud. διά. Anglicè, *why*, *wherefore*. Alcest. 530. Herac. 628. 641. 704. Notanda autem est Differentia, interrogationis nota non in fine versus, sed statim post τί χρῆμα collocatâ; tunc enim Anglicè vertendum, *what's the matter?* ut in Orest. 1568. Hipp. 906. Androm. 883. Suppl. 91. Cyclop. 99. Idem valet τί χρεός; Heraclid. 95. Apoll. Rhod. III. 12.

971. Virgil. Æn. III. 341. *Ecqua tamen puero est amissæ cura parentis?* BARNES.

972. κρυφίως Ald. κρύφιος multi MSS. et sic edidit Kingius. Sæpe adverbia et adjectiva commutantur. In Aristoph. Eccl. 283. ὀρθρίοις pro ὀρθρίως lege ex ed. Juntina 1515. et Suida. v. ὑπαποτρέχειν. PORSON.

979. Inanem de hoc loco suspicionem mihi moverat, quod plerumque apud Euripidem, qui fraudem meditantur, ἀμφιβόλῳ sermone uti solent: quem aliter Auditores, aliter Interlocutor accipiat. Vid. Orest. 1321. Iphig. T. 1205. Helen. 1216. 1236. Et sic ipsa Hecuba supra v. 969. Hujusmodi ἀμφιβολίαν, quæ utramque sententiam clare et perspicue præbeat, frustra hic quæras. Sed nimius fuerit, qui talem ἀκρίβειαν ubique exegerit; sufficitque, ultimis versiculi verbis, ὡς σὺ νῦν ἐμοὶ φιλεῖ, subesse Ironiam, clare ab Auditoribus intellectam, dum interea Polymnestori omnia simplicia et αὐθέκαστα viderentur. MUSGR.

987. Sic plerique MSS. Levi errore Aldus Ἰλιᾶς. Hoc adjectivum e Steph. Byzantino recte se habere Brunckius ostendit. PORSON.

992. Cum vulgo olim legeretur, πέπλων ἐντὸς, ἢ κρύψασ' ἔχεις; Valckenærius ad Phœniss. 712. veram lectionem restituit, πέπλων ἐντὸς ἦ κρύψασ' ἔχεις;—Ἦ sic, non in principio, sed post aliquot verba collocatum etiam infra occurrit v. 1248. μορφῆς ἐπῳδὸν ἦ τι τῆς ἐμῆς ἐρεῖς. HERMANN.

994. Ita scribendum, sublata in fine interrogationis nota. MUSGR.

999. Bene Heathius: "τὸ πόδα hic significat funem quendam, quo vela navis attollebantur, demittebantur, et hac vel illac vertebantur. Hinc λύειν πόδα, et κινεῖν πόδα est *vela facere*. Vid. Eustath. ad Hom. Odyss. E. 260." MUSGR.

1003. ἐς Ald. et sic vel εἰς omnes prope MSS. Delent Brunckius et Beckius. Forsan ἄντλον πεσὼν, non ἐμπεσών. ἐς ἄντλον ἐμπεσὼν familiari propius est Sermoni: sed illud apud Tragicos usitatum. Vide supra 50. 908. Aristoph. Pac. 139. Τί δ' ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος. Thesm. 1133. Πεσεῖν ἐς

εὐνὴν κ) γαμήλιον λέχος. Quorum versuum prior e Nostri Bellerophonte, secundus ex Andromeda desumtus videtur. Mox poteris quidem legere ἐκπεσεῖ, sed melius ἐκπέσῃ, ut ἣν vel ὅταν subaudiatur. Brunckius qui ἐκπέσῃ retinuit, *excides* interpretatur: Hermannus, qui ἐκπεσεῖ edidit, pro tertia persona capit. PORSON. Locus hic sanè difficillimus, et qui Interpretes mire vexavit. Fortasse ita constituendus est: δώσεις δίκην, ὡς ΌΤΑΝ τις, λέχριος ἐμπεσὼν ἐς ἄντ. ἀλ. ἐκπεσῇ φ. κ. α. β. ἐκπεσῇ cum Hermanno pro tertiâ personâ accepto.

ἄντλον cum ἀλίμενον conjunctum nihil profecto, nisi mare, significare potest, nec aliter Æschyl. Sept. Theb. 802. ἄντλον *aquam* significare docet Scholiastes Nicandri ad Ther. 546. nec aliter interpreter apud Pind. Olymp. IX. Epod. 2. MUSGR. Hesychius: Ἄντλον. θάλασσαν.

1005. ἀμέρσας βίον non est ἀμερθεὶς βίȣ, sed *vitam suam perdens, corrumpens.* Odyss. XIX. 17. Ὄφρα κεν ἐς θάλαμον καταθείομαι ἔντεα πατρὸς, Καλὰ, τά μοι κατὰ οἶκον ἀκηδέα καπνὸς ἀμέρδει. Iliad XIII. 340. ὄσσε δ' ἄμερδεν Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων. Sic etiam Hesiodus in Theogon. v. 697. Alia exempla hujus verbi cum accusativo conjuncti multa vide in Misc. Obss. Vol. II. p. 204. seq. Ἀμέρδειν ex μέρος factum est, et proprie significat *parte aliqua privare,* inde omnino *detrahere, perdere.* HERMANN.

Polymnestor duplici crimine tenebatur, ἀδικίας sc. et ἀσεβείας: nam et hominum jura et Jovis hospitalis numen cæde Polydori violaverat. Unde et Agamemnon duplici nomine ulciscendum esse innuit; v. 835. Καὶ βȣλομαι θεῶν θ' ἕνεκ', ἀνόσιον ξένον, Καὶ τȣ̃ δικαίȣ, τήνδε σοι δȣ̃ναι δίκην. Ait igitur Chorus: *ubi contingit, eundem justitiæ et Deis esse addictum, exitiale semper illud malum esse:* sive, ut plenius elegantiusque a magno Hemsterhusio redditur: *ubi,* id est, *in quo,* vel, *in quem cadit et concurrit, ut ob crimen commissum simul et humanæ justitiæ et Deorum vindictæ sit obnoxius, ac velut oppignoratus, illi certissimum exitium imminet.* Hunc sensum, inquam, reddunt verba, si pro ȣ̃ legatur ȣ̓, i. e. ὅπȣ· συμπεσέειν, *in unum coire, coincidere,* habetur Herodot. II. 49. MUSGR.

1016. ἀναῤῥήξω μυχȣ̀ς, *irrumpam* vel *disrumpam recessus.* ἀνὰ in compositis *aperiendi* notionem habet, ut in ἀνοίγω, ἀναπετάω, ἀνίεμαι. Aratus Phœn. 639. Νήσȣ ἀναῤῥήξασα μέσας ἑκάτερθε κολώνας. Nonnus Lib. XXXVI. Μὴ βυθίων φλέβα πᾶσαν ἀναῤῥήξειεν ἐναύλων. MUSGR.

1018. Hes. Ἀκμὴ. καλεῖ· καιρὸς καλεῖ. v. Ruhnk. in Auctar. BECK.

1023. Θρῆκα omittunt MSS. nonnulli. Sanissima est vulgata. Idem est ac si scripsisset, καθεῖλες Θρῆκα ξένον καὶ κρατεῖς. Herc. 820. Γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος. Apud Athen. XIV. p. 641. C. Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος; Θρῂξ ξένος vocatur Polymnestor etiam 757. 873. Sæpe verba ad sensum non necessaria inculcant scribæ, nec tamen raro omittunt voces, sine quibus sententiam bene procedere opinantur. Porson.

1026. Exemplis, quæ conduxi ad Phœniss. 1708. adde Lycophron. 1102. Τυφλαῖς μαστεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς. Porson.

1035. κατ' ἴχνος, interpretatur glossa, ὁμοίως τῷ ἴχνει. Sed legendum videtur, καὶ κατ' ἴχνος, ut ἴχνος simpliciter pro *pede* capiatur. Bacch. 1086. ἔφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην, Ἡ δ' ΙΧΝΟΣ αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦσι δὲ Πλευρὰ σπαραγμοῖς. Catull. Nupt. Pel. et Thet. LXIII. 162. *Candida permulcens liquidis* Vestigia *lymphis*. (Nunc malim καὶ tantum pro κατ'.) Porson. Locus Anglicè intelligendus est: *Crawling, like a beast, upon my hands and feet*. Sæpissimè ἴχνος pro pede usurpat Euripides, quod monet Hermannus.

1044. Quærat fortasse aliquis, cur Polymnestor Solem præ cæteris Diis ad tollendam cæcitatem invocet. Mihi verisimile sit, Orionis historiam Poetæ animo hic observatam esse, de qua vide Lucianum περὶ οἴκου. Theonem in Arati Phœn. 322. Hygin. Poet. Astron. Lib. II. c. 33. Musgr.

1051. ἀρνύμενος. Hesychius: ἀρνύμενοι, ἀντικαταλλασσόμενοι, ἀντιπρασσόμενοι, et mox ἄρνυται, ἀντικαταλλάσσεται. Arat. Phœn. 637. Θήρης ἀρνύμενος ξείνῳ χάριν Οἰνοπίωνι. Sic lego pro κείνῳ. Theon. in locum: ἤγουν περιποιούμενος, ἀντικαταλλασσόμενος. Musgr.

1057. πᾶ στῶ, πᾶ βῶ, πᾶ κάμψω, G. quod si probas, insuper transponendum, ut supra 1033. Hæc verba junxit etiam Sophocles, Aj. 1237. Ποῦ βάντος, ἢ ποῦ στάντος; ubi Ποῖ βάντος recte habere videtur Brunckii codex, licet ceteri et Schol. ad 1273. ποῦ dent. Philoct. 833. ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει. Noster Alcest. 881. Ποῖ βῶ; πῆ στῶ; ubi ποῖ στῶ Lasc. quod fortasse ex πᾶ depravatum. Ποῦ enim quietem notat; ποῖ motum; πᾶ in utramvis partem sumitur, ut monuit Scholiastes ad Aristophan. Plut. 447. ubi hujus dramatis versum 1033. citat. Sæpissime in his et similibus terminationibus variant librarii. Sunt etiam loca, in quibus fere dubites utrum præferas. Paullo supra 1001. legi etiam posset οἴπερ. Iph.

T. 113. 119. ὅποι accipiendum, quasi esset ἐκεῖσε ὅπῃ, quomodo in Sophocl. Philoct. 481. ἐμβαλῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων, Ἐις ἀντλίαν, εἰς πρῷραν, εἰς πρύμναν, ὅποι Ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν. Sed ποῖ cum verbo εἶναι conjunctum non tolerandum arbitror. Porson.

1059. στέλλων φᾶρος valet *velum contrahens*. Sic στείλασα λαῖφος Æsch. Suppl. 731. στείλαντα τὴν ὀθόνην Clem. Alex. p. 310. A. τὴν ὀθόνην στεῖλαι Lucian. Charon. Superest ut sensum declaremus, quo id dixerit Polymestor. Postquam ergo Troadas aliquamdiu, iræ obtemperans, insecutus erat, novus animum incessit timor, ne forte in Tentorium, se absente, redeuntes, puerorum cadavera discutiant. Mutat ergo consilium, et ad ea protegenda, Troadumque contumelias arcendas, reverti cogitat. Nautæ igitur cum in portum se recipientes vela contrahere soleant, ea metaphora, unde abierat Polymnestor, rediturum se indicat. Musgr.

1061. κοίταν non modo *cubile* valet, sed, ut videtur, etiam *thalamum*. Sophocles κοίταν δ' ἔχει νέρθεν Œd. Col. 1778. quod Euripidi est Περσεφονείας—θαλάμης Supplic. 1024. Clem. Alex. p. 160. B. γελώνης πεποικιλμέναι κοίτης κλισιαδές. Confer etiam Sophoclem Electr. 196. Nostrum Hippol. 744. Alcest. 944. Musgr.

1064. δέδωκεν Ald. et MSS. pars. Sed mollius alii ἔδωκεν. Porro ἔθηκεν Lib. P. quod per se bonum esset. Sed sumtum est ex v. 706. Alterum confirmant Sophocles Electr. 1382. Καὶ δεῖξον ἀνθρώποισι ΤΑΠΙΤΙΜΙΑ Τῆς δυσσεβείας οἷα ΔΩΡΟΥΝΤΑΙ θεοί. Herodotus IV. 80. τοῖσι δὲ παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι. Porson.

1078. μέλαθρον.] Vox Astrologis familiaris. Sic ὑπὲρ δυτικοῦ δὲ μελάθρου. Nonnus VI. p. 116. ἀστέρες ὁππότε πάντες ἐνὶ σφετέροισι μελάθροις, Id. p. 122. ubi alia. Denique ἀστερόεν δῶμα, p. 141. Musgr.

1083. ξυγγνωστὰ, subaud. ἐστι pro ξυγγνωστὸν, Sing. pro Plural. quod sæpe Græci adhibent. Ita ἀχθεινὰ pro ἀχθεινὸν v. 1216. infra. Sæpius tamen verbalia ita usurpantur. Soph. Œd. C. 883. ἀνεκτέα. Antig. 677. ἀμυντέα, 678. ἡσσητέα. Sic apud Latinos, Virg. Æn. I. 667. *Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur, odiis Junonis iniquæ* nota *tibi*. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 443.

1084. Aldus et MSS. ζωῆς. Alteram formam reposui ob metrum ex C. qui ζωῆς habet, sed ο eadem manu suprascriptum. Siquis cum Brunckio primam in ζωῆς corripi posse

contendat, judicio suo fruatur. Incertus Tragicus apud Stobæum, p. 483. ed. Grot. Οὐδὲν γὰρ ἄλγος, οἷον ἡ πολλὴ ζόη. Sic etiam adjectivo ζοὸς utebantur. PORSON.

1086. λέλακε, *Sonuit.* a λήκω verbo inusitato. Infra v. 667. BLOMFIELD.

1088. ἴσμεν Ald. et MSS. Sed ᾖσμεν Etymologus M. p. 439, 1. Nempe pro ᾔδειμεν, ᾔδειτε, ᾔδεισαν Attici contracte dicebant ᾖσμεν, ᾖστε, ᾖσαν, quas formas multis locis restituit Piersonus ad Mœrin. p. 174. et Addend. PORSON.

1097. Subaud. Μόνον, cujus vocis Ellipsis haud est infrequens. Exemplis a Monkio adductis ad Hipp. 358. addas e N. Test. Matt. xxiv. 8. Mark ix. 37. John xii. 44. Philem. 17.

1111. ὕποπτος active. Æschylus Prom. 890. τοῖς πεδαρσίοις κτύποις Πιστὸς, τινάσσων χειρὶ πυρπνοόν βέλος. Soph. Œd. C. 1031. Ἀλλ' ἔσθ', ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε. Trach. 446. Ὥστ' εἴ τι τῷ 'μῷ τἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ Ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι. Vide Phœn. 211. et adde ἀμφιπλήκτων. Sophocl. Phil. 688. PORSON. Adde etiam καλυπτὸς Soph. Antig. 1011. πιστὸς Thucyd. III. 30. et πιστὸς iterum Æsch. Pers. 55.

1129. Sic codices omnes recte legere, et frustra se torquere Musgravium in versu emendando, monet Brunckius, qui locum ita explicat: κερκίδος nomine simul radium, simul ipsum ὕφασμα designari (Steph. Thes. Indice, col. 1198. F.) ut ἱστὸς textorium instrumentum et telam notat. Rem autem ita se habere: partem captivarum mulierum artificiosam texturam et colorem pallii Polymnestoris mirari se simulantes, id ab illius humeris tollere et ad radios solis conversum oculis lustrare; alias ad conspectam hastam seu spiculum Thracicum obstupescentes telum e Polymnestoris manu sumere et hospitem γυμνὸν τιθέναι διπτύχου στολίσματος. Additas voces τούσδε πέπλους interpretationis vice ad declarandam illorum significationem κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός. BECK.

1130. ὑπ' αὐγὰς λεύσσουσαι.] Plutarchus Op. Mor. p. 822. ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θέω. Ibid. p. 1107. ὑπ' αὐγὰς διαπτύξας. MUSGR.

1131. κάμακα. *Hastam.* Vide ad Phœniss. 1418.

1132. Δίπτυχον στόλισμα, *pallium, et hasta.* In Suppl. v. 661. Λαιὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορί. HERMANN.

1135. γένοιντο Ald. γένοιτο, quod paullo melius est, habent quidam MSS. Siquis tamen discipulorum meorum non intelligit, quid sibi velint tenebricosa ista verba, *quod paullo melius est*, sic habeat. Rem tritam nimis et vulgarem for-

tasse quibusdam annotare videtur; ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται. Scilicet in ipsis Grammatices elementis docemur, *neutra pluralia verbo singulari gaudere*, mox vero hanc regulam complures exceptiones admittere. Quantum equidem judicare possum, veteres Attici hanc licentiam, si scilicet licentia appellanda est, ut plurale verbum neutro plurali subjicerent, nunquam usurpabant, nisi ubi de animantibus ageretur. Sed si plurale verbum sine discrimine adhibere licuisset, an credibile est tam commoda licentia tam raro abusuros? Occurrerent tum, opinor, plurima hujus usus exempla, quæ per metrum refingere nullo modo possemus. Nunc pauca ea, quæ occurrunt, generalem regulam singulari sua ratione stabiliunt potius, quam convellunt. Recte dixit Euripides Herc. F. 47. τέκνα μὴ θάνωσι. In talibus vero locis, qualis est is, quem præ manibus habemus, *paullo meliorem* puto numerum singularem, si probent codices; sine codicibus nihil mutandum. Porson. Quare, certe non videmus. Vide autem Matt. Gr. Gr. §. 299. et ipsum Porsonum ad Orest. 593.

διαδοχαῖσιν Ald. et plures MSS. mendose. Nec tamen nimis numerosa est vulgata lectio, quippe quæ omni cæsura careat, quod apud Euripidem valde rarum est. Legendum puto διαδοχαῖς τ' ἀμείβουσιν χεροῖν, vel ἀμείβονται, quorum utrumque æquè usitatum est et sensui commodum, utrumque facillime in ἀμείβουσαι corrumpi potuit. Non deerunt fortasse, qui vulgatam lectionem eo nomine defendant, quod verbum cum participio conjunctum verbis est duobus per copulam conjunctis elegantius. Hanc objectionem paucis infra ad 1155. attingam. Porson.

1136. Vide Monk. ad Hipp. 448. (446.)

1143. ἤνυον Ald. et MSS. Vide ad Phœn. 453. Porson.

1144. Heath. vertit: *Quod vero erat extremum exitium, exitio majus quiddam, perpetraverunt atrocia.* Beck.

1155. Vulgo, ἢ νῦν λέγων ἔστιν τις, ἢ μέλλει λέγειν. Brunckius τις ἔστιν e membr. τις omittit MS. Reg. Soc. Porsonus dedit ex Stobæo Grotii, p. 308. ἢ νῦν λέγει τις, ἢ πάλιν μέλλει λέγειν, eo adductus, quod non raro accidit, ut vox πάλιν, vel perderetur, vel corrumperetur. Wakefieldius autem legendum censuit, ἢ νῦν λέγων ἔστ' ἢ πάλιν μέλλει λέγειν. "Qui hanc præferunt," inquit Porsonus, "tribus potissimum argumentis fortasse nitentur. Prima quod pronomen τις inutiliter abundat; deinde quod ab uno codice abest, in altero sedem mutat, quæ res ambæ suppositum esse fidem faciunt: quod

denique periphrasis λέγων ἔστιν elegantius est quam simplex λέγει. Sed de primo observandum est, librarios sæpissime ea verba omittere, quæ salva sententia afutura credunt, et cum τις vix unquam sensui sit prorsus necessarium, id hanc sortem præ ceteris plerisque verbis expertum fuisse. Sophoclis Trach. 3. supra citavi ad Hec. 367. Sexies repetit τις in tribus versibus Philemon, p. 358. Noster Orest. 1211. Φύλασσε δ' ἤν τις πρὶν τελευτηθῇ φόνος, Ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς Ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. Aliquando, fateor, hoc pronomen sine causa, addidere scribæ, ut in Aristoph. Vesp. 11. Κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως (τις) ἐπεστρατεύσατο. Sed multo sæpius aut ejecerunt, aut corruperunt.—Neque est quod quis arbitretur eo pronomen spurium esse, quod locum mutat. Aristophanes in Acharn. 568. Εἴτ' ἔστι τις Ταξίαρχος, ἢ στρατηγὸς, ἢ τειχομάχος ἀνὴρ, βοηθησάτω τις ἀνύσας. Sic olim editi. Sed Brunckii et Invenizii MSS. εἴτε τις ἔστι. Aut igitur primum τις expungamus, quia sedis est incertæ, aut secundum quia male repetitum? Minime gentium.—Postremo, erunt fortasse, qui λέγων ἔστιν elegantius putent, quam simplex λέγει. Pars elegantiæ non minima est ipsa varietas: et quatenus hanc assequitur oratio, hactenus sane jucundior ad animum et aures accidit. Verum nihil tam reconditæ aut eximiæ elegantiæ hæc varietas habere mihi videtur, quin eam librarius paullo doctior in alterius locum substituere posset. Hoc exemplo non dissimili illustrem, quod in nota ad 1135. promisi. Elegantius est participium cum verbo, copula omissa, conjunctum, quam duo verba cum copula conjuncta. Recte igitur, opinor, cum Brunckio 565. edidi, κρύπτουσα pro κρύπτειν τε, unde legendum in Æschyl. Pers. 1059. Καὶ στέρν' ἀράσσων ἐπιβόα τὸ Μύσιον."

1158. ἀεὶ Stobæus. Recte hujus vocis penultimam communem esse statuit Piersonus ad Mœrin, p. 231. Porson. Primam corripit in Æsch. Pers. 639. Agam. 55. Soph. Œd. C. 1767. Sæpius tamen prima producitur.

ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχών. Anglicè, *Whoever happens to be with them.* Notat Blomfieldius ad Æsch. Prom. 973. hanc vim τοῦ Ἀεὶ apud Scriptores Atticos, præsertim oratores, frequentissimam esse, sæpius tamen minus perspectam interpretes in errorem duxisse.

1160. μέμψαι habet Stobæus Grotii, melius μέμψῃ ceteræ editiones, certe Gesneri prima, qua utor. Sed μέμφῃ dimidia fere pars codicum, quod nullo modo tolerari potest. Recte dicitur μὴ μέμφου, μὴ μέμψῃ, non recte dicitur μὴ

μέμφῃ. Levis error in Aristoph. Av. 1533. Ὑμεῖς δὲ μὴ σπένδησθε, pro σπένδεσθε, et in Eurip. Iph. A. 1130. μὴ κάμνῃς λέγων pro μὴ κάμῃς, omnes editores fugit. Jam μέμψαι, non est illud quidem prorsus solæcum, sed adeo rarum, ut similia ex paucis tantum locis, eaque ut singularia, enotarint Grammatici. PORSON.

1161. Restitui utcunque mendosam Aldi, et omnium MSS. lectionem. οὐδὲν εἰσ' Musgravius, quem sequitur Brunckius. αἱ μὲν οὐκ edidit Beckius. Fortasse sanus est hic versus, et legendum in sequenti, cum Reiskio, τῶν καλῶν. Utut hæc sunt, liberam eligendi potestatem lectoribus reliqui. Reiskianæ emendationi non male objicit Hermannus, καλὴ de femina vix dici, nisi cum ad corporis dotes spectat. Quocirca hodie malim, parte Musgravianæ conjecturæ adsumta, legere, πολλαὶ γάρ· αἱ μὲν οὐδὲν εἰσ' ἐπίφθονοι. Pronomina sæpe sine causa ejecere librarii, sæpe sine causa addidere. Recte ἡμᾶς, quod exciderat, restituit Brunckius Sophocli Electr. 1403. Male Invernizius e MS. Ravennæ edidit Aristoph. Nub. 1458. Ἡμεῖς ποιοῦμεν ταῦθ' ἑκάστοθ', ὅντιν' ἂν Γνῶμεν, pro Ἀεὶ ποιοῦμεν, quod satis firmabit ejusdem fabulæ versus 1282. Nec spernendum puto ἡμᾶς pro ἄλλως supra 484. PORSON.

ἐπίφθονοι, *culpandæ*. ἐπίφθονον, *reprehensione dignum*, Hippol. 497. Schol. Thucyd. ad I. 75. ἀνεπίφθονον, ἄμεμπτον. Idem ad I. 82. ἀνεπίφθονον, ἄψογον, ἀμώμητον. MUSGR.

1166. σαθρὰ proprie dicuntur fictilia, quæ inter coquendum rimam egerunt. Hinc Plato Theæteto: διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς, εἴτε σαθρὸν φθέγγεται, p. 131. D. Idem Philebo: εἴπῃ, τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν. Vide et Suidam v. Πυρορραγές. MUSGR.

1173. Ald. πῶς φῄς, et sic plures. Sed Brunckii membr. ὃς φῄς quod recepi. Simillima orationis conversio in Sophocle Œd. Col. 1354. PORSON.

Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν, pro Ἀχαιοὺς πόνου ἀπαλ. διπλοῦ. Vide Matt. Gr. Gr. §. 331. b.

1187. χάριν θέσθαι, vel τίθεσθαι, vel etiam θεῖναι dicitur *gratiam in aliquem conferre*. Elect. 61. Ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει. Bacch. 677. Χάριν τ' ἄνακτι θῶμεν. Dixit Herodotus VI. 41. δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι. VII. 178. χάριν ἀθάνατον κατέθεντο. BLOMFIELD.

1190. *Cum in nulla amplius vitæ fortuna versaremur.* Confer Phœniss. 1281. Ion. 1469. MUSGR.

1191. Vertendum cum Hermanno, *Eamque rem urbs ab*

hostibus incensa *fumo prodidisset*. Καπνῷ defendit Abresch. ad Æsch. I. p. 350.

1193. φανῇς G. N. quo admisso ὡς esset pro ἵνα. Porson.

1195. φῇς, *fateris*, hoc est, *diffiteri non potes*. Quare nihil erat, quod scholiastes poetam incogitantiæ argueret, quia Polymnestor de auro nihil est locutus. Ita enim ista locutionis formula capienda, non quod jam dixit aliquid de pecunia, sed quod interrogatus diffiteri non posset. Beck.

1200. κ̉ μὴν τρέφων μὲν παῖδά γ' ὥς σ' MS. Reg. Soc. non male, si alii consentirent. Ad lectionem R. alludit et M. παῖδ' ὥς σ' ἐχρῆν. Sic ordo verborum planior fieret, neque ista particula otiosa esset, quam toties post κ̉ μὴν, ἀ μὴν, καίτοι, et similia, sed intervallo interjecto, addunt Attici. Vide ad Phœniss. 1622. Porson.

1214. Valckenærius ad Phœniss. 207. τἄχρηστα legi censet; sed verba satis manifeste ad præcedentem Hecubæ orationem spectant. Per χρηστὰ πράγματα Heathius intelligit *justi honestiquæ rationes, quæ pro Hecuba militabant.*

1225. Vulgatum μὴ ἀδικεῖν recte Brunckius in μὴ 'δικεῖν mutârat, quanquam is vulgatam scribendi rationem defendit ad Soph. Philoct. 760. Æschylus in Eumen. 86. Ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ 'δικεῖν. 668. φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ 'δικεῖν Σχήσει κατ' ἦμαρ κ̉ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς. 746. Τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει. Hermann.

1241. Idem vaticinium alibi dederat Euripides apud Plutarch. de Is. et Osir. p. 379. E. Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει. Quem ridet Aristophanes apud Eustathium ad Od. Γ. p. 1467, 35. κ̉ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρον γενήσομαι. Porson. Vid. quomodo Hecuba in canem sit conversa, ut et omnem hujus fabulæ poeticam Historiam, Ovid. Metamorph. L. 3. Fab. 2. Locus inde dictus Κυνόσσημα, sive Κυνὸς σῆμα. vid. Jul. Polluc. L. 15. c. 5. et Strabo. Geogr. L. 13. et Troica. Beck.

1243. De Oraculo hoc Bacchi vide Herodot. VII. 111. (ibique Wessel.) et Macrob. Saturn. I. 18. Musgr.

1246. βίον Ald. et MSS. quod manifeste mendosum. μόρον Brunckius et Ammonius in textum intulerunt. Sed μόρος apud Tragicos plerumque *mortem* significat. Melius igitur videtur Musgravius conjecisse πότμον, quod confirmat eadem varietate lectionis apud Sophoclem Antig. 83. Porson. Sanè θανοῦσα ἐκπλήσω βιόν ridiculum, ζῶσα ἐκπλήσω βιόν tautologicum foret: sed neutrum horum est, si ἐνθάδε θανοῦσα, et ἐνθάδε ζῶσα, ἐκπλήσω βίον dicitur. Hermann.

1247. Continuandus sensus est cum v. 1249. ut sit τύμβῳ σῷ ὄνομα κληθήσεται Κυνὸς σῆμα. Quod in vulgatis legitur, ὄνομα σὸν, historiæ adversatur: non enim Hecubæ nomen tumulo inditum est. MUSGR.

1248. ἤ τι Ald. Ingeniosa est Reiskii conjectura, ἢ τύχης ἐμῆς ἐρεῖς; PORSON. Sed vide ad v. 992.

1252. ἀπέπτυσ'. Veteres, cum aversabantur aliquid, in sinum despuere solebant. "*Despuere*, idem quod *spuere*, in primis deorsum; symbolum erat deprecantium et abominantium aliquid." Gesneri Thes. Ling. Lat. Theocr. Idyl. VI. 39. Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ita etiam Idyl. XX. 12. Soph. Antig. 653. Ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τι δυσμενῆ. Tibull. I. 2. 9. *Despuit in molles et sibi quisque sinus.* et 56. *Ter cane, ter dictis despue carminibus.* Plura congessit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 1106. Monkius ad Hipp. 610. (609.) λόγον vel μῦθον suppressum censet; conferens Iph. Aul. 863. Πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον. Helen. 664. Ἀπέπτυσα μὲν λόγον. Plaut. Asin. I. 1. 26. *Teque hercle obsecro, ut quæ locutus despuas.*

1254. Facile quis pro μή πω conjecit μή ποτε. Sed μή πω eodem sensu Attici per λιτότητα quandam aliquando usurpant. Sophocles Elect. 403. Οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή, quod citat Suidas v. κένεον. PORSON. Vult Hermannus μήπως. Hesych. μήπως, μήποτε. Æsch. Agam. 1262. Οὔκ, εἴπερ ἔσται γ'. ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως.

1255. Porsonus καὐτόν γε edidit, quod certe melius ad sensum est.

1256. τί pro συ E. quod notandum est, haud probandum. Similis comminatio in Hel. 1638. quem locum, cum sit paullo corruptior, plenius adscribam. Ἀρχόμεσθ' ἄρ', ἠ κρατοῦμεν. Ὅσια δρᾶν, τὰ δ' ἔκδικ' οὔ. Κατθανεῖν ἐρᾷν ἔοικας. Κτεῖνε, σύγγονον δὲ σὴν Οὐ κτενεῖς ἡμῶν ἑκόντων, ἀλλ' ἔμ', ὡς πρὸ δεσποτῶν Τοῖσι γενναίοισι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν. PORSON.

1259. Recte vulgo ἀλγεῖς ἀκούων; Brunckius et Porsonus qua causa signum interrogationis deleverint, non capio. Vide v. 1232. HERMANN.

1261. Pœnæ ratio nota fuit apud Græcos Romanosque. Odyss. XVIII. 84. Iro minantur proci, se in navem nigram illum conjecturos, et ad crudelem Epiri regem, Echetum, missuros esse. Apud Sueton. Titus delatores et mandatores pœnæ loco *in asperrimas insularum evehi* jussit; c. 8. AMMON.

HECUBÆ FINIS.

NOTÆ

IN

ORESTEM.

NOTÆ IN ORESTEM.

VERS. 1. Hos tres priores versus sic convertit Cicero, Tusc. IV. 29. *Neque tam terribilis ulla fando oratio est, Nec fors, neque ira cælitum invectum malum, Quod non natura humana patiendo ferat;* quæ pleraque adoptavit Grotius in Stobæo suo, p. 408. In primo versu male Ciceronem reprehendunt Muretus Var. Lect. VIII. 16. Leopardus Emend. VIII. 21. Ii, scilicet, reddunt, *Nihil tam terribile est, ut verbo dicam,* quod esset, ὡς εἰπεῖν ἔπος (qui pedestri sermone esset, *Nihil tam terribile dici potest* (Vid. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. 720.) Sed *fors* non bene exprimit πάθος, et in tertio versu debebat potius, *Cujus onus non tollere cogatur humana natura.* PORSON. MUSGR. Cf. Soph. Ant. sub initio.

4. Hunc versum male ceperunt quotquot sunt interpretes. Ὀνειδίζω et hic et v. 85. significat *efferre, amplificare oratione.* Sic et Herodotus VIII. c. 143. ὥστε οὐδὲν δέῃ τοῦτό γε ὀνειδίζειν. Dio Chrysostom. p. 321. D. Ed. Morell. οὐχ ὁ λόγος αὐτὸ ἐξονειδίζει. Sensus est: *felix ille; quem cum felicem appello, non nimis magnifice de fortuna ejus loquor.* MUSGR.

5. De Tantali pœna alii alia narrant. Plerique cibum et potum semper prope adesse aiunt, quæ quoties gustare conatur, labia ejus vel manus effugiunt. In hoc Odysseæ vulgatas editiones sequuntur; sed istum locum ut spurium ejecit Aristarchus, testante Pindari Scholiaste. Et profecto videntur omnia ista Od. Λ. 567—626. poëtæ opus esse Homero recentioris, antiqui tamen. Scholiastes ineditus ad Od. Λ. 567. νοθεύεται μέχρι τοῦ, ὣς εἰπὼν ὁ μὲν αὖθις ἔδυ δόμον Ἄϊδος εἴσω. Idem ad 602. τοῦτον ὑπὸ Ὀνομακρίτου πεποιῆσθαι φασίν. ἠθέτηται δέ. Quod si is Onomacritus idem est, quem Herodotus VII. 6. narrat in exilium ab Hipparcho actum, quod Musæi oracula interpolârit, profecto jam tum hic locus in quibusdam Homeri exemplaribus exstiterit necesse est. Non inficior equidem, Pausaniam versus hos ut genuinos agnovisse. Sed

ejus auctoritas eo minoris est in hujusmodi quæstione, quod etiam hymnos, qui sub Homeri nomine feruntur, pro genuinis agnoverit. Poëtis tamen ab Homeri ætate proximis ignota esse videtur hæc historia. Archilochus enim, et Alcæus, Aclman, et Pindarus, (Olymp. I. 91. et ibi Scholiast.) Tantalo rupem impendentem narrant; quos et Euripidem secuti sunt Plato, Hyperides, Plutarchus, Antipater, Hierocles, Sopater, Libanius, et incertus auctor apud Suid. v. ἐπειδή. Lucretius III. 993. *Nec miser impendens magnum timet aëre saxum Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens.* Cicero de Fin. I. 18. *Accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet.* Tusc. Disp. VI. 16. *Quam vim mali significantes poëtæ, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt.* Idem tamen ex poëta in ejusdem operis I. 5. citaverat, *Mento summam aquam attingens enectus Tantalus siti.* PORSON. ὡς λέγουσι, ideo additur, quia in Tantali malis, vix credibile erat, ipsum esse Jovis filium. MUSGR.

8. Istud μὲν, cui non respondet δὲ, innuit Electram parum credulam esse. PORSON.

9. Hunc versum et Phœniss. 750. citat Etymologus, p. 477, 14. observans priorem in ἴσος apud tragicos et comicos semper corripi; quod de simplice ἴσος fere verum est; compositum ἰσόθεος primam producit in Æschyl. Pers. 80. PORSON. Familiaritatem indicari his verbis (Κοινῆς τραπ. κ. τ. λ.) Facius monet, et laudat Hecub. 776. BECK.

12. στέμματα malè de regiæ potestatis insigni intellexit Kingius. Græci enim, cum hoc significare volunt, non στέμμα dicunt, sed διάδημα. Vide Diod. Sic. Lib. XX. c. 54. ubi clare inter στέφανον et διάδημα distinguit. Quare melius est de lana, quæ colo circumvolvitur intelligere, et sic rectè per ἔρια exponit Scholiastes, qui et variam lectionis memorat ἔρις pro ἔριν. Male. Dea est Clotho, quam superfluum fuisset hic nominare, officio ejus tam perspicuè designato. ἔριν vero et πόλεμον in eodem versu stare possunt, ut παῖδα et βρέφος Phœniss. v. 22. iterumque Ion. v. 16. MUSGR. PORSON.

26. Attici dicunt Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, κυναγὸς, ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς, per α, non per η. Phrynichus a Valckenærio laudatus: κυνηγός· τοῦτο τοὔνομα οὕτω πως μεταχειρίζονται. οἱ μὲν τραγικοὶ ποιηταὶ τρισυλλάβως λέγουσι καὶ δωρίζουσι, τὸ η εἰς α μετατιθέντες, κυναγός. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τετρασυλλάβως τε προφέρουσι, καὶ τὸ η φυλάττουσιν, οἷον κυνηγέτης. Rectè, opinor, κυνηγέτης reliqui Hec. 1150. Attici enim, quanquam dicunt Ἀθάνα, non dicunt Ἀθαναία, sed Ἀθηναία. Sed, si quis κυναγέτης

malit, non valde repugnem. Photius, Lex. MS. Ὀδαγὸς, διὰ τῦ ἄλφα, οὐχ ὁδηγός. Porson.

30. φέρων sex MSS. Vulgo φέρον. Similem constructionem vocis ἐναντιόν vid. infra v. 613. ut et vocis φίλον Supplic. 1074. Musgr.

35. οὐδὲ πεσὼν edidit Musgravius, ex octo, ut ipse ait, MSS. sed suspicor in numero erratum esse. Licet opimum anapæstum hæc lectio offerat, recte tamen vulgata defenditur ex v. 150. neque ὀδὲ πεσὼν dici potest, cum revera conspectus fuerit Orestes in lectulo jacens. Sensus est: *cadens in lecto jacere solet, sed maternus sanguis mox illum exagitat,* quasi scriptum esset, ὁ δὲ ἐν δεμνίοις κεῖται, ἕως ἂν αὐτὸν τὸ μητρὸς αἷμα τροχηλατῇ. Porson. Brunck. Vide etiam Brunck. ad Aristoph. Nub. 126. et cf. v. 44. infra.

36. Hes. τροχηλατεῖ· ἐλαύνει. Cf. Iphig. Taur. 82. Beck.

37. Cf. infra v. 400. et vid. Monk. ad Hipp. 99.

40. Scaliger et Reiskius καθήγισται, nulla necessitate. Vide infra v. 419. Iphig. T. 1008. Musgr.

42. Balnea Græcis æque necessaria erant ac alimenta, unde inter maximas eorum necessitates referuntur. Brunck.

46. Ἄργει, sc. *Argivis;* Vid. ad Hec. 217.

47. Cum graviorum criminum reis non solum sub eodem tecto esse vetitum erat, sed etiam ab eorum colloquio abstinendum. Beck. Hor. Od. III. 3. 26. *Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub iisdem Sit trabibus, fragilemve mecum Solvat phaselon.* Cf. et Æsch. Theb. 601.

πυρὶ δέχεσθαι valet πῦρ ἐναύειν. Cf. Suidam v. ἐναύειν, quæque dat Wesselingius, Vir Summus, ad Diod. Sic. Lib. XIV. c. 37. Musgr.

48. Κυρία ἡμέρα.] De hac locutione, vide Viger. de Idiom. Gr. p. 78. ed. Oxon.

49. Edidit Ἀργεία Beckius, quo auctore, nescio. Infra quoque dixit Noster, 1647. ψῆφον διοίσουσ'. Herodotus, IV. 138. οἱ διαφέροντες τὴν ψῆφον. Ψῆφον διαφέρειν dicitur de pluribus, qui suffragium ferunt, alius in aliam sententiam. Porson.

50. De lapidationis usu apud veteres vid. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Agam. 1606; hunc locum et infra 432. conferri jubet, quibus addas etiam vv. 59. 603. 851.

54. Sic omnes MSS. Sed Sevini conjecturam probat Musgravius, recepit Brunckius, ἐκπερῶν. Et sane aliquando permutantur hæc verba. Sed rectum est ἐκπληρῶν. Ipse Musgravius citat Hel. 1570. Πλήσασα κλιμακτῆρας εὐσφύρου ποδός. Ion. 1107. πανταχῆ γὰρ ἄστεος Ζητῶν νιν ἐξέπλησα. Et hoc

frustra sollicitatur. Dicitur quis id spatium explere, cujus varias partes oberrat. Tibullus, I. 4. 69. *Et tercentenas erroribus expleat urbes.* PORSON. ἐκπερᾷν est *exire, transire, traducere,* quorum unumquodque ab hujus loci sententia alienum est. HEATH.

56. Musgravii conjectura πολύκτονον cum sensu non male congruit. Vide infra 1135.

57. φυλάξας νύκτα.] Sic φυλάξας νηνεμίαν Arrianus, p. 98. Ed. Gronov. MUSGR.

62. παραψύχην offendit Brunckium, quod penultimam corripit, cum tamen ψύχω et derivata eam producant, ut Theocr. in Hyla. 54. BECK. Sed παραψυχὴ penultimam corripit, utpote ab aoristo secundo deductum. Eadem est ratio in διατριβὴ, a διατρίβω. PORSON.

64. Cur N finalem in ἐπέκλωσεν v. 12. et similibus addiderim, nemo nisi qui communi sensu plane careat, requiret. Sed erunt fortasse nonnulli, qui minus necessario hoc factum arbitraturi sint in παρέδωκεν. Rationes igitur semel exponam, nunquam posthac moniturus. Quanquam enim sæpe syllabas natura breves positione producunt tragici, longe libentius corripiunt, adeo ut tria prope exempla correptarum invenias, ubi unum modo exstet productarum. Sed hoc genus licentiæ, in verbis scilicet non compositis, qualia τέκνον, πατρὸς, ceteris longe frequentius est. Rarius multo syllaba producitur in verbo composito, si in ipsam juncturam cadit, ut in πολύχρυσος Andr. 2. Eadem parsimonia in augmentis producendis utuntur, ut in ἐπέκλωσεν sup. 12. κεκλῆσθαι Sophocl. Elect. 366. Rarior adhuc licentia est, ubi præpositio verbo jungitur, ut in ἀπότροποι Phœn. 586. Sed, ubi verbum in brevem vocalem desinit, eamque duæ consonantes excipiunt, quæ brevem manere patiantur, vix credo exempla indubiæ fidei inveniri posse, in quibus syllaba ista producatur. Ineptus esset, quicunque ad MSS. in tali causa provocaret, cum nulla sit eorum auctoritas: id solum deprecor, ne quis contra hanc regulam eorum testimonio abutatur; MSS. enim neque alter alteri consentiunt, neque idem MS. sibi ipse per omnia constat. Quod si ea, quæ disputavi, vera sunt, planum est, in fine vocis addendam esse literam, quam addidi. PORSON.

66. Cf. Hec. 276.

68. 69. ὁρμεῖν sive ὀχεῖσθαι ἐπὶ ἀγκύρας dicunt Græci, ut in notissima Demosthenis sententia, οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ubi subaudiendum ἀγκύρας monet Harpocration. Et,

cum spes aptissime per ancoram significetur, facillima translatione dicunt, ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, unde in proverbium abiit. Aristoph. Eq. 1241. Λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα. Idem apud Athen. XII. p. 551. C. ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα. Plato, Legg. III. 669. B. HSt. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης. Plutarch. T. II. p. 1103. E. καί τοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν διαλυθείσης ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖται τινὸς, ὡς γῇ προσέξων τὸ σῶμα καὶ διανηξόμενος· quæ frustra in versus redigere conatur Valckenærius, Diatrib. p. 240. Phrasin variavit Noster, dicendo ἀσθενοῦς ῥώμης pro ἐλπίδος λεπτῆς, quod non minus commode metrum admisisset. Sed amat proverbia paullum mutare Euripides, ut infra 883. 'Ασθενὴς ῥώμη iterum occurrit Heraclid. 643. Hel. 277. Ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ὤχει μόνη. Porson. Epist. ad Hebræos. VI. 18. κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν.

73, 74. Horum versuum sententia facilis, constructio impedita. Heathius ex Scholiaste ἔχει pro ἔφυ. Sed vix puto Scholiasten ita legisse; tantum exponit ἔφυ per ἔφυτε, et hoc per ἔχετε. Exempla phraseos, πῶς εἰμὶ, attulit Musgravius, sed ex minus probatis auctoribus, Luciano, Æliano, Juliano. Addit Scholiastes: ἀγνοοῦντές τινες τὸ ὅδε ἀντὶ τοῦ ὅστις φασίν. ἔστι δὲ ὅδε διὰ μέσου δεικτικόν. Fortasse illi ὃς legerunt. Nihil sane melius video, quam ut ita legatur, et hæc sit constructio, πῶς (ἐστε vel ἔχετε) σύ τε κασίγνητός τε σὸς 'Ορέστης, ὃς ἔφυ μητρὸς φονεύς; Quod ad πῶς attinet, similiter adhibetur Cycl. 206. Πῶς μοι κατ' ἄντρα νεόγονα βλαστήματα; Ἦ πρός γε μαστοῖς εἰσί; Sed non ausus sum ὃς, quod nulla disertâ auctoritate munitum est, in textum recipere. Sin aliquis post me audacior recipit, faciet non solum patiente, sed etiam approbante me. Porson.

79. ὅπως δ' ἔπλευσα Ald. et omnes MSS. δὴ ex Reiskii conjectura edidit Brunckius. Sed cum in hac formula particulam istam admissam non meminerim, delevi. Mox ἦγε pro ἄγε Kingius edidit ex R. quod ideo notavi, ne quis, regulam nostram de anapæstis impugnaturus, codicum auctoritatem desideret. Infra 522. Sophocl. Œd. C. 1209. Porson.

85. οὐκ ὀνειδίζω, *non augeo oratione.* Pertinet hoc ad vocem νεκρὸς, quæ præcesserat. *Cum eum mortuum dico, non nimis flebiliter de malis ejus loquor.* Vide supra ad. v. 4. Musgr.

86. σὺ δ' εἶ μ· Ald. Recte Dawesius σὺ δ' ἢ, quod confirmant tres Musgravii MSS. unus Brunckii. Mirum est Mus-

gravio hanc lectionem displicuisse, qui ἢ substituit, et 88. sine causa addi ἐν vult. PORSON. Utrum his verbis exprobratio, an tacita auxilii imploratio contineatur, dubitat Prev. sed vel ex versione ipsi apparere poterat, sensus exprimi, qui in hac rerum conditione non poterant non excitari. BRUNCK. Vide Valckenær. ad Phæn. 1637. citatum a Monkio ad Alcest. 714.

87. Pro ἥκετον dat ἥκεις Eustathius ad Il. A. p. 146, 12. K. 809, 37. Od. T. 1856, 14. in postremo loco addens, ὅπερ ἀστείως ἡ Ἠλέκτρα ἐκεῖ περὶ Ἑλένης φησί. Sane numeri suavius ad aures accidunt, et structura tum apud Græcos, tum apud Latinos, usitata est. Noster apud Æschinem c. Timarch. p. 154, 11. ed. Reisk. Κἀγὼ μὲν οὕτω, χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς, Λογίζομαι τἀληθές. Quis non meminit Horatiani? *quibus ipse meique Ante Larem proprium vescor*. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 298.

91. ἀπείρηκ' ἐν Ald. Syllabas conjunxi; Electra enim sua mala parvi pendit, neque ea memorat, nisi quatenus ex fratris morbo oriuntur. Deinde Græci non dicunt, ἀπειρηκέναι, ἀπειπεῖν ἐν κακοῖς, sed sine præpositione, ut Hec. 923. ἀπεῖπον ἄλγει. Alia ratio est loci Androm. 87. PORSON. Demosth. Olynth. III. p. 10. ed. Manut. ἀπειρηκότων χρήμασι. De diversâ horum verborum cum dativo et accusativo significatione, vid. ad Alcest. 505.

93. ἄσχολος.] Ellipsis est. Desideratur enim εἰμί. Similem vide Phœniss. v. 969. Confer etiam Dorvill. ad Chariton, p. 49. MUSGR.

94. βέλει omnes fere MSS. et Schol. pro βέλῃ. PORSON. Ita infra vv. 208. 1573.

96. Vide ad v. 123. infra.

103. Reiskius legit, Ἄργει πᾶν ἀναβοᾷ σε στομά. Brunck. nihil mutari vult, sensum esse, δεινὸν γάρ ἐστιν ἐκεῖνο, ὅ δέδοικας· καὶ γὰρ ἀναβοᾷ σὺ τῷ Ἄργει διὰ στόμα. BECK.

107. Ἑρμιόνης δέμας. Periphrasis. Vide ad Hec. 85.

109. Τροφάς. Schol. ἀντὶ τοῦ χάριν τῆς ἀνατροφῆς, ἧς ἀνέθρεψεν αὐτήν.

115. μελίκρατ'. Libamina aquæ melle commixta. Hom. Od. K. 518.

123. De ψυχαγωγίαις veterum omnino consulendus est Rhunken. ad Timæi Lex. p. 114. Libamina mortuis fiebant ex vino, lacte, oleo, melle et aqua; quorum prima mentio fit in Iliad Ψ. 219. Χρυσέου ἐκ κρητῆρος, ἔχων δέπας ἀμφικύπελλον, Οἶνον ἀφυσσάμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν Ψυχὴν

κικλήσκων Πατρόκλῆος δειλοῖο. His accedebant serta, et Capillorum concinni. Sophocl. Elect. 893. Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους Πηγὰς γάλακτος καὶ περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός— ἐσχάτης δ' ὁρῶ Πυρᾶς νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον. Eurip. Iph. T. 618. Πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ, Ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν κατασβέσω· Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος Ξουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν. Supra v. 114. Ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον Μελίκρατ' ἀφὲς γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην. Alcæus Messenius, Brunck. Anal. I. p. 490. Antipater Ibid. II. p. 26. Heliodor. Æthiop. VI. p. 301. Apuleius Met. III. p. 137. *Tunc decantatis spirantibus fibris libat vario latice; nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano; libat et mulsa.* Cum his conferas Virgil. Æn. III. 66. Blomfield. νερτέρων δωρήματα, *offerings of the dead,* i. e. *offerings to the dead.* De hac constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 313.

127. καλῶς κεκτημένοις Fac. putat idem esse, ac καλῶς ἔχουσι, scil. κατὰ τὴν φύσιν, *qui natura pulchri sunt;* φύσιν autem esse *naturalem* corporis et partium ejus Formam. Beck. Λέγεται φύσις καὶ τὸ φυσικὸν προτέρημα· οἷον κάλλος ἤ τι τοιοῦτον. Tho. Mag. v. φύσις, hoc loco laudato.

128. ἴδετε. Ita Scholiastes ad Æschyl. Agam. v. 545. indicante Heathio. Editi minus recte εἴδετε, *vidistis.* Musgr. Brunckius monet in recente luctu moris fuisse caput ad cutem radi; (Eurip. Helen. 1187.) in veteri tantum aliquot concinnos abscissos esse: Soph. Elect. 449. Beck. Scholiastis ad Agam. v. 545. hæc sunt verba: ἔθρισεν. ἐθέρισεν, ἔκειρε. κοινῶς δὲ ἔθριξεν, ἀφεῖλεν. ἀφ' οὗ καὶ ἡ θρίξ. καὶ Εὐριπίδης, ἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθριξεν τρίχας. Sed legendum ἀπέθρισεν. Helen. 1188. Κόμας, σίδηρον ἐμβαλοῦσ', ἀπέθρισας. Incertus Anthol. IV. 12. ὡς μή τι θράξῃς τῶνδε, μήτ' ἀποθρίσῃς.

137. μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. Sæpius eandem rem inculcare solent, quibus animus valde commovetur. Neque offendit hujusmodi repetitio, modo vocabulum varietur. Sic etiam Phœniss. 1335. τίν' εἴπω μῦθον, ἢ τίνας λόγους; Similis ratio est eorum, quæ affirmative primo, dein negative, enunciantur, ut ἄνομα δρῶντα κ' οὐ δίκαια. Iph. Aul. v. 389. Musgr.

138. πρευμενής, *mitis, gratus.* a veteri adjectivo πρεὺς, postea πρηὺς, Attice πρᾶος, et μένος. Hæc vox apud Euripidem frequenter occurrit, apud Æschylum rarius, (Pers. 225. 229. Agam. 813. 1637.) apud Sophoclem, credo, nusquam. Locus

Æsch. Pers. 225. suspectæ fidei est, et obelo a Porsono notatus. Plura videas apud Blomfield. Gloss. ad Pers. 225.

140. Pro λεπτὸν varia lectio in Scholiis λευκόν: sic et Dionysius Hal. in edd. sed in MSS. λεπτόν. Λεπτὸν quoque Laërtius, VII. 172. quod argumento ejus melius convenit, licet Illustrius, Laërtium exscribens, λευκὸν habeat; λευκὸν tamen magis poëticum videtur, ut infra λευκὸν ὄνυχα 949. Si hoc legis, σῖγα, σῖγα, jungendum est cum τίθετε; si λεπτὸν præfers, σῖγα, σῖγα, sententiam per se absolvit. Porson.

141. τιθεῖτε Ald. et MSS. Cum versus hic forte fortuna iambicus esse videtur, viri docti parem reddere antitheticum 152. certatim anniti. ποίαν pro τίνα Kingius bis ex *optimo* suo, quod ex Triclinii interpolatione profectum videtur. τίν' ὦ τ. ε. τίν' ἤδη σ. Musgravius. τύχαν τίν' ἂν λέγοιμι Brunckius ex conjectura edidit. Sed in hoc bis peccavit. Multo enim minori molimine poterat, neque ordine, neque verbo mutato, τιν' ἂν τ. εἴποιμι. Sed profecto legendum τίθετε, et versus est trochaicus trimeter catalecticus, ab aliis acephalos iambicus vocatus. Hephæst. p. 19. Nec me fugit, Brunckium pluribus in locis Sophoclis et Aristophanis τιθεῖς, ξυνιεῖς, et similes barbarismos, aut reliquisse aut intulisse. Attici dicebant τίθημι, τίθης, τίθησι. Ubicunque τιθεῖς legitur, legitur ex errore scribarum ει et η permutantium. Exempla proferri debebant, ubi, versu cogente, τιθῶ, τιθεῖ, τιθοῦμεν, τιθεῖτε, Attici adhibuerint. Unde enim fit, ut hæc forma, tam metro commoda, nusquam fere occurrat, nisi ubi metro sit prorsus inutilis? At enim, inquit, τιθεῖ habet Euripides, Cycl. 523. Ὅπȣ τιθεῖ τις, ἐνθάδ' ἐστὶν εὐπετής. Μεθεῖτε bis habet Aristophanes, Ran. 1337. 1346. quod ex pristina verbi forma ἕω deductum est. Verum in priore loco legendum τιθῇ, quam constructionem, suppresso ἂν, amant tragici. Ion. 1046. ὅπου δὲ πολεμίȣς δρᾶσαι κακῶς Θέλῃ τις, pro ὅταν melius habet Stobæus, LII. (LIV.) p. 360, 41. Electr. 976. Ὅπȣ δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί; ὅπȣ λάβῃς fragm. incert. 103. Sophocles apud Plutarch. T. II. p. 34. A. 767. A. Ὅπȣ προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος. Aristophanis loca fortasse jure omisissem; sed ne quid intactum, quod ad rem pertinere videatur, relinquam, lege utrobique Μέθεσθε, in media voce, quæ longe aptior, ut λαβομένω 1332. μεθῆσθον 1333. ἐχόμεθα 1334. λάβεσθε 1343. Porson.

142. ἀποπρὸ κοίτας, *procul a lecto*. Vox ita conjunctim legitur infra v. 1432. ut et ἀπόπροθεν apud Homerum. Iliad.

K. 209. αὖθι μένειν παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν. et διαπρὸ infra v. 1486.

144. ὅπως πνοὰ Ald. et MSS. ὡς πνοιὰ dedi partim ex conjectura Kingii. Mox ὑπόροφον primum in ὑπνοφόρον mutatum voluit, deinde vulgatum defendit Musgravius. Sensus videtur esse: *Edo vocem, qualis est submissior calami sonus.* PORSON. Quod docet Scholiastes, ὄροφον arundinis speciem quandam significare, Grammaticorum fere omnium testimonio firmatur, nec dubitare sinunt verba hæc ex Aristotelis vel Theophrasti Physicis a Polluce prolata χ. 170. καλάμου, ὀρόφου, θεναλλίδος, στροβίλου, πίτυος. MUSGR.

145. Poetæ veteres somnum fistula nonnunquam conciliari perhibent: ut Plato Antholog. H. Steph. p. 27. Incertus ibidem: ὕπνον ἄγω καλάμοις. Statius Theb. I. 185. *Suadetque leves cum fistula somnos.* Nonnunquam contra impediri, ut Theocrit. Idyll. I. 16. Epigr. 5. Utrumque rectum et naturæ consentaneum. Constat enim experientia graves sonos, nisi magnitudine peccaverint, somnum conciliare, acutiores justo impedire, et discutere. Quod et Euripides cogitasse videtur, quando non δόνακος simpliciter hoc in loco posuit, sed aptissimum epitheton λεπτοῦ adjunxit. Etenim quæ λεπτὰ, i. e. *tenuia*, sunt, acutum plerumque sonum edunt. Aristoteles Problem. XI. 16. ἡ δὲ λεπτὴ φωνὴ, ὀξεῖά ἐστι· iterumque, 19. αἱ γὰρ λεπτότεραι χορδαὶ ὀξύτεραί εἰσιν, τῶν ἄλλων τῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς. MUSGR.

148. κάταγε.] Hujus vocis contrarium ἄναγε cum βοὰν, κωκυτὸν et similibus conjunctum *tollere vocem* significat. Vid. ad Troad. v. 328. Hinc κάταγε interpretor *demitte vocem.* MUSGR.

153. Verte: *continuo vero gemit*, juxta eandem analogiam, quo apud Aristot. in Problem. βραχὺ δεῖται τῆς τροφῆς, *continuo cibo indiget.* HEATH.

159. ἀπόφονον φόνον, et ἀπόφονον αἷμα v. 185. idem valent ac χάρις ἄχαρις Iph. T. 552. δῶρον ἄδωρον, Soph. Aj. 666. γάμος ἄγαμος, Œd. T. 1214. Reddi potest vox ἀπόφ. *inauspicatus, abominandus.* MALTBEIUS. Vox nusquam alibi occurrit.

161. Λοξίας.] "In principio Fabulæ, quæ inscribitur *Plutus*, Apollo vocatur Λοξίας. Existimo hoc nomen Apollini ob nullam aliam rationem dari, quam ob λοξὰ, *obliqua et tortuosa ejus oracula;* videmus enim tunc potissimum insigniri eum hoc nomine, cum de responsis ejus et oraculis agitur. Æsch. Prom. 690. τοιοῖσδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασι. Eur. El. 397. Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.

atque ita h. l. ubi sermo est de Oraculis. Et ut Λοξίου nomen ipsi tribuitur ab oraculis, ita Παιῶνος a Medicina, cujus auctor etiam traditur: sic enim dicitur a παίω, *sano*. Παιὼν est *Medicus*." Verba sunt Lambert. Bos. in Obs. Misc. ad loca quædam N. T. p. 43.

165. Supple νιν ex versu 163.

169. ὑπνώσσω. *Dormio*. Æsch. Theb. 273. Eumen. 119. Recentiores dicebant ὑπνώττω. Ducitur ab ὕπνος, sicut ὀνειρώττω ab ὄνειρος, λιμώττω a λιμός. BLOMFIELD.

178. ἀνακέλαδος. *Strepitus*. Lexicographi de voce tacent. MALTBEIUS.

185. Monet Heathius αἷμα hic esse *cædem*, ut v. 36. 89. 275. ἐκθύεσθαι esse *expiare*, sed ἐκθύειν *immolare*; δοὺς esse, *qui auctor fuit, ut committeremus cædem*. Vertit igitur hoc modo: *Mactavit nos Phœbus, cum patrandam nobis commiserit miserandam odiosam cædem patricidæ matris*. BECK. δοὺς de Vaticinio iterum usurpatur Elect. 1304. ποῖοι χρησμοὶ Φονιὰν ἔδοσαν μητρὶ γενέσθαι. MUSGR.

188. ἔθανες, ἔθανες, Porson. Reiskii tamen conjectura quam Matthiæ dedit, probabiliter defendit Elect. 476. Τοιῶν δ' ἄνακτα Δοριπόνων ἔκανες ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, Σὰ λέχεα, κακόφρων κούρα.

191. ἰσονέκυε dedi pro ἰσονέκυες, quod duabus de causis depravari potuit. PORSON.

196. ἔπιδ', *vide, aspice*. Lego enim conjunctim, non ut vulgo, ἐπὶ δ'. Clytæmnestram autem alloquitur, jam inde ab antistrophes initio. MUSGR.

200. τῷ λίαν παρειμένῳ.] Quod tam alto sopore soluta sunt ejus membra, ut mortui similis videatur. FACIUS.

202. Vulgo ἐν δέοντί γε. ἐν δέοντί τε quidam MSS. et Stobæus p. 419. Si quid mutandum, malo, ἐν δέοντι γάρ. Med. 1267. Ναὶ πρὸς θεῶν ἀρῆξατ'· ἐν δέοντι γάρ. PORSON.

204. εὐκταία. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 720.

205. πόθεν, πότ' male edd. pleræque. ποτ' tantum fortius interrogat, non diversam quæstionem facit, ut ποῖ ποθ' infra 268. PORSON.

210. πέλανον, *Quodvis ex humido concretum*, et proprie, *Libum*. Vide Blomfield. Gloss. ad. Æsch. Pers. 209. 821.

213. πλευροῖσι πλευρὰ καὶ αὐχμώδη Ald. πλευρῆς πλευρὰν R. Ut scias, quanta crux librariis fuerit hoc nomen πλευρὸν, loca quædam, prout in Aldina edita sunt, exscribam. Orest. 788. Περιβαλὼν πλευροῖς ἐμοῖσι πλευρὰν νωχελῆ νόσῳ. Alc. 378. σοὶ

τάσδε θεῖναι πλευρὰς κτεῖναι πέλας Πλευροῖσι τοῖς σοῖς. Bacch. 696. Εἶδες δ' ἂν ἢ πλευρὰν ἢ δίχηλον ἔμβασιν. In Phaëthontis fragmento apud Longinum, Πλήξας δὲ πλευρὰν πτεροφόρων ὀχημάτων, MS. Par. recte πλευρά. Vide ad Hec. 811. PORSON.

215. Intellige ἕνεκα ante βοστρύχων. Frustra enallagen cogitat Brunckius post Scholiasten et Kingium. PORSON. Positum sane videtur pro βοστρύχοις πινώδεσι, *filthy with respect to the hair*. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 348. b.

217. Ald. ὅταν μ' ἀνῇ νόσος μανίας. Delet μ' Heathius, recte repugnante Brunckio. Ipse in versum proximum transposui. Præterea ex Scholiastæ auctoritate accentum in μανίας mutavi, et ex substantivo adjectivum feci. μανιάσιν νόσοις Sophocl. Aj. 59. μανιάσιν λυσσήμασι mox 260. λύσσας μανιάδος 316. λύσσα μαινὰς fragm. apud Stobæum Grot. p. 241, ubi cum Plutarchi editio Aldina, p. 757. A. det μανίας, legendum μανιάς. PORSON. Brunck. monet diversa esse ὅταν μ' ἀνῇ νόσος, et ὅταν ἀνῇ νόσος. In priore ἀνιήμι activam habet significationem, *quando me dimittat furor*, i. e. *quando furore desii*; in altero neutram, *quando remissus est morbus*, ut in Soph. Phil. 763. Loquitur autem Orestes non de *remissione*, sed de *cessatione* furoris.

220. Utrumque junxit Evenus Parius apud Plutarch. T. II. p. 1102. B. Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ. De metro vocis ἀνιαρὸς vide ad Phœn. 1316. PORSON.

222. δυσάρεστον. subaud. χρῆμα, ut solet apud Tragicos. Cf. 224. infra. Phœn. 356. 374. Hippol. 443. ubi exempla similis structuræ apud Latinos affert Monkius: *Triste lupus stabulis. Dulce satis humor. Varium et mutabile semper Femina.*

224. χρόνιον ἴχνος θεὶς, *ponens vestigium ex longo temporis intervallo*. χρόνιον i. q. ἀρχαῖον, ut vv. 465. 475. 728. et χρόνῳ Phœniss. 166. FACIUS. μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Hanc sententiam, non semper veram, intra artiores fines contrahit Herc. F. 1262. Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ, Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν. Ridet comicus anonymus (fortasse Anaxandrides: vide Athenæum XV. p. 694. F.) apud Scholiasten, ita legendus ope MS. Augustani apud Valckenær. Diatr. p. 229. Ὁ πρῶτος εἰπὼν, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ, Οὐχ ὑγίαινε, δέσποτ'· ἐκ μὲν γὰρ κόπου Γλυκεῖ' ἀνάπαυσις, ἐκ δ' ἀλουσίας ὕδωρ, Καὶ τἄλλα δὴ τοιαῦτ' ἐὰν δ' ἐκ πλουσίου Πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μὲν, ἡδὺ δ' οὔ. Ὥστ' οὐχὶ πάντων ἡ μεταβολὴ δὴ γλυκύ. Eodem respicit Antiphanes apud Athenæum, X. p. 446. A. Στροφὴ λόγων παρελθέτω τις· ἡδύ τοι Ἐστὶν μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν

ἑνός. Levem errorem commisit vir summus, quod locum ex Hercule petitum ad incertam fabulam retulerit. PORSON.

225. ὑγείας Ald. Stob. et sic, vel ὑγίας, omnes, quod sciam, MSS. præter K. solenni vitio, quod male revocavit Brunckius, eumque secutus Beckius. Nunquam Attici ὑγεία usurparunt. Recte Mœris: Ὑγιεία, Ἀττικῶς. ὑγεία, Ἑλληνικῶς. PORSON.

233. Sic φῶς σωτήριον Med. 479. laudante Facio. BECK.

234. χάριτας πατρὸς esse beneficia a patre accepta, collato v. 443. et 632. docet Facius. BECK.

235. τὸ πιστὸν—δέχου.] Verba hæc tanquam ἐν παρενθέσει posita accepit Facius, ut Electra ea dicens dextram Oresti dederit, quæ esset τὸ πιστόν. Laudat Soph. Philoct. 509. ubi ἔμβαλλε χειρὸς πίστον. BECK. Vide ad Med. 21.

244. Ex Diogene sumsi ἀρτίως φρονῶν pro ἄρτι σωφρονῶν, quanquam non multum refert; illud tamen elegantius videtur. Μετέθου λύσσαν male sollicitat Arnaldus, ut metrum conjectura sua λυσσᾶς corrumpat. καθαρὸν θεμένη νόον in Scholio apud Athenæum XV. p. 695. C. θέμενος ἄγναμπτον νόον, Æschyl. Prom. 163. μετέθου λύσσαν igitur significat, *Insaniam sanitate mutasti*, structura Horatio familiari. PORSON. Hor. Carm. I. 16. 25. *Nunc ego mitibus Mutare quæro tristia.* I. 29. 14. *Socraticam domum Mutare loricis.* Locutionem ab Homero fluxisse docet Blomfieldius ad Æsch. Prom. 169. Iliad I. 625. αὐταρ Ἀχιλλεὺς Ἤγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θύμον.

245. Hunc et duo sequentes versus citat Longinus XV. laudat Toupius Alexin Athenæi VIII. p. 339. D. Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πισειέ μοι Τὸν Μισγόλαν· οὐ γὰρ κιθαρῳδὸς εἴμ' ἐγώ. PORSON.

246. αἱματωποὶ usitatum apud Eurip. Eumenidum epitheton. Ita Androm. 960.

250. Furiæ sæpe dicuntur κύνες et κυνώπιδες. FACIUS. Cur sic dictæ fuerint ipsæ declarant in Æsch. Eum. 246. Τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρόν, Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν. Eurip. El. 1341. κύνας Τάσδ' ἀποφεύγων στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν. Confer Brunck. ad Sophocl. Œd. T. 391. Eurip. El. 1253. Δειναὶ δὲ Κῆρες, αἱ κυνώπιδες θεαί. BLOMFIELD.

251. ἱερεῖαι Ald. et MSS. sed ἱέραι Kingius et K. PORSON. Eodem mendo habet Aldina ἱερείαν Iph. T. 1364. ἱέρεια Bacch. 1167. Sed recte ἱερίαν Iph. T. 34.

255. Ὀχμάζω. *Constringo.* ab ὀχμὴ vinculum, quod ab ἔχω. BLOMFIELD.

260. Male comparat Musgravius τέκνον φίλε, τέκνον ἄλαστε. Sed hujusmodi adjectiva trium sunt generum, quanquam fatendum est, rarius in neutro usurpari. Infra 825. Δινεύων δρομάσι βλεφάροις, quæ citat ex Bacchis Maximus ad Dionys. Areop. et frustra quæsivit Heathius. Phœniss. 1024. φοιτάσι πτεροῖς. Aristoph. Eccles. 584. Εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν, καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν, Τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν. Sic tres primæ edd. et, ut opinor, MS. Ravennas. Male mutavit Brunckius. Cycl. 250. Τὰ καινά γ' ἐκ τῶν ἠθάδων, ὦ δέσποτα, Ἥδιον ἐστίν. Herc. F. 176. γίγασι πλευροῖς. PORSON.

262. Hesychius. Ἐξαμείψει· πορεύσεται.

264. γλύφις proprie pars est sagittæ, cui nervus inseritur. Nonnus Lib. XV. v. 331. δάκτυλα μαρμαίροντα περὶ γλυφίδεσσι δοκεύων. Adde Hom. Iliad. Δ. 122. Themist. Orat. IV. MUSGR.

265. ἐξακρίζετ' αἰθέρα Πτ. Interpretatur Facius: *Sublimem alis secate aërem.* Paullo fusius Scholiastes: εἰς τὰ ἄκρα τοῦ αἰθέρος πέτεσθε.

267. ἀλύω. *Insanio. Hallucinor.* An legendum, τί ταῦτ' ἀλύω; ut in Hipp. 1172. τοιαῦτ' ἀλύων. Æsch. Theb. 387. ubi de voce vide Blomfieldium.

πλευμόνων edidit Brunckius, sed sententiam ad Sophoclem mutavit, illud veteris Atticæ, hoc recentis arbitratus. PORSON. Vide Brunck. ad Trach. 567. Contra disputat Lobeckius ad Phrynich. 305.

269. Debebat Hegelochus, qui Orestis personam egit, ita verba γαλήν' ὁρῶ efferre, ut elisionis significationem aliquam daret. Is vero, spiritu deficiente, dixit γαλῆν ὁρῶ, quod largam ridendi materiem comicis præbuit, quos citant Scholiastæ ad hunc locum et Aristoph. Ran. 306. Ceterum verissime observat Reiskius, Euripidem facile potuisse solœcismum et sibila comicorum effugere, versum sic concinnando: Ἐκ κυμάτων γὰρ ὁρῶ γαλήνην αὖθις αὖ. Certe Aristophanis, Sannyrionis, Strattidis, aculeos potuit contemnere, si sic omnia dixisset. PORSON. Ex Hegelochi scilicet pronuntiatione eum *mustelam videre* spectatores intelligere simularunt.

275. Aristoph. Plut. 8. τῷ δὲ Λοξίᾳ Μέμψιν δικαίαν μέμφομαι. PORSON.

276. Brunck. ἐς ante ἀνοσιώτατον omisit auctoritate cod. Reg. et metri. Sæpe sic præpositio omittitur, ut Soph. Trach. 159. πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιὼν, et hic eo magis, quoniam verbo adhæret, pro ὅστις μ' ἄρας ἐπ' ἔργον. BECK.

279. Sic Ald. et multi MSS. Alii cum Kingio μ' ἐχρῆν.

Unus χρεών. Sed primum elegantius. Nempe interrogatio post εἰ recte in præsenti effertur, quamvis ad præteritum pertineat. PORSON.

280. Vide Markland ad Supp. 1205.

281. μήπω Ald. et MSS. quidam. Plures μήποτε, quod editum voluit Musgravius, edidere Barnesius, Kingius, alii. Μήπω plane quidem est ineptum, μήποτε vero non optimum. Præterea τεκοῦσα absolute nunquam, credo, ab Euripide ponitur pro μήτηρ. Diversa enim ratio est in Iph. A. 726. corruptus locus Menandri fragm. inc. 710. Recte igitur solus Harl. μὴ τῆς τεκούσης. PORSON. Notent Tirones hujus loci et Hec. 1254. diversam constructionem, ubi vide notam.

εἰς σφαγάς.] Recte interpres *in jugulum*. Hesychius: σφαγὴ, ὁ κατὰ τὴν κατακλεῖδα τόπος. Sed neque vulgaribus lexicis is sensus ignotus est. MUSGR. Polyænus VIII. 48. τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς. Virg. Æn. XII. 357. *dextræ mucronem extorquet, et alte Fulgentem tinguit jugulo.* Horat. Sat. II. 3. 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.* Ovid. Epist. XIV. 5. *Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum.* Vide Rhunken. Epist. Crit. I. p. 71.

284. Hanc lectionem, in qua omnes MSS. consentiunt, retinere malui, quam cum Brunckio κασιγνήτη substituere. Quidni enim ἀνακάλυπτε tam bene pro ἀνακαλύπτου, subaudito pronomine, ponatur, quam καταπαύσας pro καταπαυσάμενος Hec. 899. ἔπειγε pro ἐπείγου infra 787. (ubi MS. unus ἐπείγου) et alibi, ἔγειρε pro ἐγείρου Iph. A. 614? Duo posteriora loca eodem consilio citat Musgravius, cujus sententiam male cepisse videtur Brunckius, quasi is putasset ου elidi posse. Contra verba quædam ex neutrali transitivam induunt significationem, ut ἐκπτήσσειν, ῥεῖν, Hec. 176. 523. quæ insani esset sollicitare. PORSON.

288. ἴσχανε Ald. et quidam MSS. Alii ἴσχναινε, quod analogia postulat; alii denique ἴσχαινε, quam veram scribendi rationem esse credo, et ab Atticis propter sonum prælatam. Non valde dissimile est, quod ἐχθραίνω dicere noluerunt, sed ἐχθαίρω, quæ forma tragicis semper restituenda. PORSON.

293. χροὸς Kingius. Omnes fere MSS. χρωτὶ, cum Aldo, vel χροὶ, quod mirum est, cum supra 51 occurrat ἐπ' αὐχένος βαλεῖν. PORSON.

298. ἔχει γὰρ ταυτὸν, *idem enim est.*

301. νοσῇς et δοξάζεις Ald. cum majori MSS. parte (vel δοξάζῃς cum Cant. N.) Brunckius ex var. lect. Schol. et

membr. νοσῇ—δοξάζῃ edidit, sed sententiam mutavit ad Soph. Trach. 2. Recte. Amant enim secundam personam in hac formula. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 294. 2. Obs.

308. Bacchæ et Furiæ similibus attributis a veteribus describuntur, et ποτνιάδες sunt μανιάς αἴτιαι. v. Hesych. FACIUS.

309. ἀβάκχευτος. *qui Bacchi sacrorum non est particeps;* seu potius, lætitiæ ejus sacra comitantis. Vox occurrit Bacch. 445.

θιάσος, *chorea, chorus tripudantium.* Phœn. 796. Vide ad v. 1481. infra.

312. Simplex πάλλω medio sensu occurrit Electr. 433. PORSON. Addas etiam Elect. 474.

316. Hesych. Φοιτάλεος, παράκοπος, μανιώδης. Schol. Apol. Rhod. Argon. IV. 55. φοιταλέην, ἐμμανῆ, μανιωδῶς πορευομένην· φοῖτος γαρ (vel potius φοίτη, Blomfield. ad Æsch. Prom. 620. quem vide.) ἡ μανιά λέγεται. V. et Stanlei. ad Æschyl. P. V. 600. et Obs. Misc. VI. 3. p. 587. Græci etiam φοιτᾷν de furentibus dicunt. Hes. φοιτᾷ, βαδίζει, μαίνεται. Mosch. Idyl. 3. 28. μαινομένοισι πόδεσσι δόμον κατὰ πολλὸν ἐφοίτων. Hom. Il. Γ. 449. Ἀτρείδης δ' ἀν' ὅμιλον ἐφοίτα, θηρὶ ἐοικώς. Interdum et φοιτάλεος de *vagabundo et quasi furenter huc et illuc errante.* Eurip. Hippol. 143. Cererem vocat ματέρα οὐρείαν φοιταλεήν. FACIUS.

317. *Quarum* (μόχθων sc.) *cupiditate instructus peris, a tripode oraculo, quod Phœbus dixit, accepto, in solo,* etc. Ita Brunckius vertit, monetque ὀρεχθεὶς frustra sollicitari; Orestes enim, cædis paternæ ultionem appetens, recte dici potest omnium illorum ὀρεχθῆναι, quæ ex hac vindicta oriebantur mala.

319. MSS. plures aut ἀπόφασιν aut cum Aldo ἀπόφατιν. Sed ex duobus Musgravianis et totidem Brunckianis recte distinctum est. PORSON.

320. Mox ἀνὰ τὸ δάπεδον Brunckius, addito articulo. Primam in δάπεδον producit Æschylus, Prom. 828. aut, si locus corruptus est, et hic et ibi legendum est γάπεδον. Stephanus Byz. v. Γῆ. λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸ; τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ, δωρίζοντες. PORSON. Blomfieldius in Æsch. loco citato in textum γάπεδον recepit, monetque idem esse quod ab Herodoto VII. 28. dicitur γεώπεδον, sc. *fundus, ager septus;* neque dubitandum videtur, quin et huic loco sensus iste apte congruat. Hesych. γάπεδα, ἀγροὶ οἰκεῖοι. Sic enim

recte corrigit Blomfieldius. δάπεδον vero sensu paullum diverso occurrit infra v. 1640. et primam corripit.

321. μεσόμφαλος. *Qui in medio umbilico est*, terræ scil. Soph. Œd. Tyr. 480. Τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων μαντεῖα. ubi vide Schol. Nota est de Delphis, terræ umbilico, historia. Consule interpp. ad Hesych. v. Γᾶς ὀμφαλός. Blomfield. Cf. Ion. 5. Ἥκω δὲ Δελφῶν τήνδε γῆν, ἵν' ὀμφαλὸν Μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς: Vide et infra. 580.

325. θοάζων. Huic voci sensum *festinandi* attribuit Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 2, qui sane omnibus ejus usibus aptissime respondere videtur. In Sophoclis loco, ut et Æsch. Eumen. 610. *sedendi* notionem eam exhibere censent Interpretes; nihil tamen obstat, quin prior notio in his etiam obtineat. Vox occurrit infra 1536. Phœn. 794. Iph. T. 1110. Troad. 353. Bacch. 65. 200. Herc. Fur. 380. Vide Elmsleium ad. Bacch. 65.

327. ἀλάστωρ. Anglicè, *An evil Genius*. De hac voce videas Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. 360.

328. ἀναβακχιοῖ dedit Porsonus ex emendatione Musgravii, citantis Bacch. 97. Sophoclem apud Stobæum XV. p. 1008. A.

332. κατέκλυσε, *demergere solet*, τὸν ὄλβον nempe. Fac. qui observat quoque, multum interesse inter Homericas comparationes simplicissimas et hanc Euripideam. Beck.

335. 336. Sic Aldus, quem, licet mendosum, secutus sum, potius quam æque mendosum pro mendoso substituam. Quidam MSS. omittunt ἕτερον, quod proinde ejecit Brunckius, lacuna relicta. ἄλλον omittunt alii. Porson. An legendum ποτε πάρος? Pleonasmus, qualis est ἄλλον ἕτερον, occurrit Hecub. 484. ubi vide notam.

339. Prope omnes MSS. cum Aldo, πολλῇ δ' ἀβροσύνῃ, unde, si ἄναξ ejicies, quod omittit Dion Chrys. Or. II. p. 27. facies, sed durissimis numeris, Μενέλαος, πολλῇ δ' ἀβροσύνῃ. Huic lectioni favere videtur J. sed is hoc loco adeo turbatus est, ut nihil certi statuere audeas. Ego ex v. l. MS. apud Musgravium πολὺ δ' ἀ. edidi post alios. Neque ἄναξ temere ejiciendum. Æschyl. Pers. 5. ὧν αὐτὸς ἄναξ Ξέρξης βασιλεύς. Porson. Verba πολὺ—ὀργᾶσθαι Facius censet in parenthesi posita esse, et sequentia Τῶν Ταντ. etc. cum Μενέλαος ἄναξ conjungenda. Ἀβροσύνη ipsi est mollis et elegans cultus et incessus, de quo ἀβρὰ βαίνειν. Troad. 822. Beck.

344. εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς.] Verte: *Ipse autem per te felicitate versaris, felicitatis particeps es*: ut Platon. Phæd. μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν. FACIUS. MUSGR.

353. Ὁ ναυτίλοισι μάντις, pro ὁ μάντις τῶν ναυτίλων. Vide quæ nos ad Iph. Aul. 615. BARNES.

354. Confert Brunckius similem Glauci apparitionem apud Apol. Rhod. Lib. I. sub. fine.

363. ἀλικτύπων Ald. Sed ἀλιτύπων ex MSS. Bodl. edidit Kingius, et sic Mosq. D. ἀλυτύπων L. PORSON. ἀλιτύπων· Ἁλέων, οἱ ταῖς κωπαῖς τύπτουσι τὴν θάλασσαν. Schol. Idem significabit et ἀλικτύπων, cum κτυπεῖν transitivum nonnunquam sit, et κρούειν valeat. Vide infra v. 1451. MUSGR.

368. ἐξέλιπον Ald. et plures MSS. Duo saltem ἐξέλειπον, quod, si Brunckium audis, solœcum est, post ἦν, ὅτ'. Infra tamen 515. 516. edidit εἶχες—ὅτ' ἐξέβαλλεν, ubi, si sibi constare voluisset, revocare debuerat pristinam lectionem ἐξέβαλε. PORSON.

369. Similia duplicis ἂν exempla occurrunt infra 700. Hec. 356. 1176. Troad. 1236. Soph. Œd. T. 139. 602. Antig. 466. Phil. 289. de quibus vide Matt. Gr. Gr. §. 599. e.

370. ἱστορεῖς. Anglice, *you enquire after*. ἱστορεῖν sensu vetustiori valet *scire*, ut in Æsch. Eumen. 454. πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς. et Pers. 460. ubi Blomfieldius. "Est proprie, *to inform one's self*, quæ phrasis utramque notionem amplectitur."

371. σημανῶ Ald. μηνύσω, alii; quod multo aptius. *Ego me ipsum deferam*. PORSON.

372. πρωτόλεια. Schol. Κυρίως, ἡ τῆς λείας ἀπαρχή. νῦν δὲ πρωτόλεια φησὶ, τῆς ἱκεσίας τὴν ἀπαρχήν. Alteram vero significationis partem superfluam esse monet Facius, ut μονόστολος pro μόνος, in Alcest. 420.

373. ἀφύλλου στόματος.] Supplices ramos lana alba intertextos manibus prætendere solebant, quem morem Euripides metaphoricè ad os transtulisse videtur. Cf. Suppl. 10. 36. 357. Heraclid. 518. Soph. Œd. T. 3. ubi vide Brunck. Hinc etiam Virgilius VII. 237. *Præferimus manibus vittas*. Lucan. Phars. III. 306. *Orant Cecropidæ prælata fronde Minervæ*.

379. Δεινὸν δὲ κ. τ. λ. Blomfieldius ad Æsch. Theb. 693. Shakspearii nostri locum respiciens, *Macbeth*. Anglice vertit: *Thou hast no speculation in those eyes, Which thou dost glare with*. Ξηρὸς, *Siccus, rigidus*. Horat. Od. I. 3. 18.

Qui siccis oculis *monstra natantia, Qui vidit mare turgidum,* ubi tamen etiam editur *rectis oculis,* de quo vide ad Hecub. 951.

384. Post φείδου δ' distinguit Brunckius, quem si sequeris, λέγειν pro imperativo accipies; sin minus, ὥστε subaudies cum Scholiaste. Eustathius ad Il. I. p. 762, 62. ῥέξαι γὰρ ὁ Φοῖνιξ λέγει τὸ μιγῆναι τῇ παλλακῇ, εὐφημῶν, καὶ φειδόμενος ὀλιγάκις λέγειν κακά. PORSON. Parœmiæ speciem habet ὀλιγάκις λέγειν κακά. In his autem enunciandis frequens infinitivi pro imperativo usus est. Vide Hesiodum passim. MUSGR. Eligat Lector. De hoc infinitivi usu videat Matt. Gr. Gr. §. 544. et de voce ὀλιγάκις ad v. 907. infra.

384. πλούσιος κακῶν: i. e. *Rich with respect to evils.* Eodem sensu occurrit *dives agri,* apud Virgil. Matt. Gr. Gr. §. 329.

388. Distinctionem minorem posui, ut significarem, orationem abrumpi imperfectam, et infra 404, ubi nihil difficultatis video. PORSON.

389. Eodem modo Herc. F. 344. ἀμαθής τις εἶ θεὸς, ἢ δίκαιος οὐκ ἔφυς. Dan. 34. ἐπεὶ δὲ τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο· ubi ne quis anapæstum se in tertio loco invenisse putet, monendus est, θεὸς esse monosyllabon; quod in ceteris casibus sæpissime fit, in nominativo et accusativo singulari non raro. Veteres Attici hanc vocem libenter in sermone contraxisse videntur; nomina enim a θεὸς incipientia pronunciarunt, Θουγενίδης, Θουκλῆς, Θουκυδίδης, Θουφάνης, Θούφραστος. Θουκρίτου nomen habet Lucianus, Dial. Mort. VI. restituendum apud Chishull. p. 90. θεὸς est monosyllabon in Androm. 1227. Suppl. 329. Bacch. 47. 1301. Ion. 431. θεὸν Troad. 935. Bacch. 67. 1246. 1250. Ion. 1610. In Bacch. 840. Electr. 300. ἄστεος est spondeus, aut scribendum ἄστεως. PORSON. Ἄστεως ante vocalem habet infra 749. Phœn. 842. El. 244. Ita ubique scribendum puto, nisi ex licentia poetica, ut πόλεος. Ἄστεως dissyllabon est apud Eurip. Bacch. 840. Elec. 296. ELMSLEIUS.

392. MS. Cant. manifesta sed notabili glossa, ἐν ᾗ ταλαίνης μητρὸς ἐξώγκουν τάφον. Ion. 391. laudavit Musgravius ὡς, εἰ μὲν οὐκέτ' ἐστὶν, ὀγκωθῇ τάφῳ. PORSON. τάφος omne sepulturæ genus amplectitur, unde jungitur cum πυρᾶ h. l. et 412. Alcest. 624. FACIUS.

394. φυλάσσων ὀστέων ἄν. *Expectans, dum ossa legi possent.* HEATH.

397. ἐκ φασμάτων Ald. Sed φαντασμάτων MSS. Bodl. ut

primo voluisse videtur Cant. φάντασμά alibi Euripides, Hec. 54. 92. 387. Tragicus apud Diogenem Laërtium, VI. 95. Τάδ' ἐστ' ὀνείρων νερτέρων φαντάσματα. Tragicus alius, Æschylus, opinor, apud Plutarch. de Superst. p. 166. A. Ἀλλ' εἴτ' ἐνύπνιον φαντάσμα φοβεῖ, Χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω. PORSON.

400. σεμναὶ. De hac Furiarum appellatione, vid. Monk. ad Hipp. 99. ἀποτρέπομαι est *aversor*. Cf. Iph. Aul. 325.

404. Nihil difficultatis, quod videmus, huic loco inest. Vide Porson. ad v. 388. supra. ἀναφορὰ τ. συμφ. est *excusatio*, sive *translatio calamitatis in alium:* Cf. vv. 76. 586. neque dubitandum quin sequentem versum cum Brunckio explices: *Non dicas, patris tui necem; sapientis enim non est matrem occidere ad ulciscendum patrem.*

408. οἱ omittit Ald. et fere omnes MSS. Versum quidem sine eo in sex pedes distribuere poteris, sed omni rhythmo carentes. Similis erat in plerisque Sophoclis editionibus Aj. 1028. σκέψας | θε πρὸς | θεῶν | τύχην | δυοῖν | βροτῶν· quanquam ille nostro adhuc modulatior est, qui sic est scandendus: δουλεύ | ομεν | θεοῖς | ὅ, τι ποτ' | εἰσὶν | θεοί. Sed τὴν τύχην ex MSS. reposuit Brunckius, non tamen primus; ita enim exstat in tribus minimum editionibus, Juntina utraque, Francofurtana. Ita etiam editiones Suidæ v. τύχη Porto antiquiores. Reiskius, quod cum risu mirere, huic nostro versui primus numeros restituit. Præterea neutiquam otiosus est articulus. Sensus est: *Servi sumus Deorum, quicquid tandem sunt* ISTI *Dii.* Eodem modo in initio Melanippes posuerat, Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς, οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ Κλύων. Sic legendus iste locus, ubicunque occurrit apud Plutarchum, Lucianum, Athenagoram, Justinum M. ut liquet ex Herc. F. 1234. Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς, πολέμιόν μ' ἐγείνατο. PORSON. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 265. Hanc solennem invocandi formulam esse, quæ omnes Deorum, qui invocantur, titulos in se comprehendat, post P. Victorium monuit Blomfieldus ad Æsch. Agam. 155. Cf. Bacch. 201. Troad. 880. Idem etiam observavit, ποτέ post ὅστις solenniter inseri. Hipp. 350. Iph. T. 330. 340. 469. Helen. 187. 1149. Ion. 241. 327. 566. Aristoph. Plut. 53.

410. μέλλει. *Cunctatur.* Ita infra v. 416. De hac voce consulendus Vigerus de Idiom. Gr. p. 20. Ed. Oxon.

414. Mirifice depravatus est hic versus in Codicibus. Ald. et MSS. bona pars, εἰς φίλους ἔφυς κακός. Sed nondum improbitatem suam patefecerat Menelaus, nec quicquam commiserat, cur tale convicium audire mereretur. Certissima videtur

emendatio Brunckii, quam et Beckius recepit. Vox φίλος eleganter repetitur, ubicunque de officiis amicorum sermo sit, ut vv. 641. 655. 736. Suppl. 868. Soph. Antig. 99. PORSON. MUSGR. BRUNCK.

419. An legendum σαῖν?

422. Τροίας Ald. et MSS. Τροία conjecit Musgravius, edidit Brunckius. Verum et illud defendi potest τὸ Τροίας μῖσος est *odium quod propter Trojam natum est.* PORSON.

423. Ald. et MSS. quidam φόνου. Alii φόνον. Magister v. τιμωρῶ· φόνος. Quodvis probum. Sed optimum videtur φόνος. PORSON. Vulgatæ favet Versus Homericus, in quo eadem constructio est: τίσασθαι μνηστῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς. Pro φόνου stat Herodoti quoque locus III. 145. τιμωρήσομαι τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος. Vide et Matt. Gr. Gr. §. 345. Si φόνου retineas, supplendum est Οἴαξ a versu præcedenti.

424. διὰ τριῶν. Hæc verba ab interpretibus mille modis explicantur; sed quid velint omnino intelligere nequimus. An igitur legendum διατελῶς, *penitus?*

429. ὅ,τι καὶ σαφὲς — *Quod et certo mihi dicere possis.* HEATH.

430. οἴσεται.] Sic Æsch. Sept. Theb. 182. ψῆφος κατ' αὐτῶν ὀλεθριὰ βουλεύσεται, passive. BECK. De hujusmodi futuris vide Monk. ad Hippol. 1442. (1450.)

434. Particula γὰρ in hoc loco per ellipsin ponitur, ut sæpius apud Tragicos. Sententia plena esset: φεύγειν οὐ δύναμαι· Κύκλῳ γὰρ—Ita infra 782. 1321. Phœniss. 111. Eodem modo apud Terentium occurrit *Enim.* Andr. V. 1. 4. CHREM. *Orandi jam finem face*, &c. SIMO. *Imo* Enim *nunc tum maxime abs te postulo atque oro.* Supple: *Non finem orandi faciam:* Imo enim, &c.—Cf. etiam Phorm. IV. 4. 13.

448. Brunck confert. Callim. h. in Dian: 126. BECK.

453. ἐκπλέειν φιλήματα Fac. esse monet, *oscula ad satietatem usque dare, osculorum desiderium explere,* ut Iphig. Aul. 34. BECK.

465. Vide ad v. 224. supra.

466. ὦ πρέσβυ χαῖρε Aldus et MSS. sed propter responsum vocum duarum ordinem mutavi. Utrumque probum; quod dedi occurrit Med. 658. Hipp. 1443. Heracl. 573. 655. Hel. 616. 1165. Herc. F. 517. Electr. 1335. Æschyl. Agam. 22. Suppl. 610. Sophocl. Aj. 91. Electr. 662. Aristoph. Eq. 1254. Acharn. 872. 1207. Av. 1586. Pac. 523. Lysistr. 853. 1100. Theocrit. I.

144. PORSON. ὁμόλεκτρον κάρα. Ita infra 471. De hac Synechdoche, quam et imitati sunt Latini, vide ad Hecub. 85. Terent. Adelph. V. 9. 9. *lepidum caput.* Juvenal Sat. XIII. 174. *perjurum caput.*

467. κήδευμα, i. e. *affinis;* Res pro persona. Similia occurrunt passim apud Tragicos; ut paullo infra 470. στύγημα. Hippol. 11. παίδευμα. 407. et Soph. Elec. 289. μίσημα, Antig. 320. λάλημα. et id genus omne.

469. ὁ μητροφόντας δράκων infra 1406. Scholiastes: δράκων ἀντὶ τοῦ ἔχις· ἔτοι γὰρ ὀκ ἐξ ὠῶν γεννῶνται, ἀλλὰ ζωοτοκοῦνται, καὶ τικτόμενοι διαρρηγνύουσι τὰς τῶν μητέρων γαστέρας, ὡς φησὶ Νίκανδρος, (Theriac. 134.) Γαστέρ' ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο. PORSON. πρὸ δωμάτων. Crediderat enim, Orestem intus in cubito esse. MUSGR.

472. Vide Brunck. ad Aristoph. Equit. 786.

478. Sensum loci Facius monet esse hunc; *Omne necessarium, seu coactum, sapienti servile est;* i. e. *sapiens a legibus se cogi servile putat.* Nam τοὐξ ἀνάγκης referri ad leges. BECK.

481. Aldus et plerique codices, πρὸς τόνδ' ἀγὼν τίς σοφίας ἥκει πέρι; Duportus conjecit τίς ἂν σ. ἥκοι π. unde ἂν recepit Barnesius. Ex Musgravii conjectura πρὸς τόνδε τίς σοφίας ἀ. ἥ. π. dedere Brunckius et Beckius. Altera lectio anapæstum in quartam sedem, altera in tertiam invehit. K. et R. post τίς addunt οὐ, quod ex ἂν depravatum esse liquet ex D. ubi ἂν ante σοφίας erasum est. Inter τίς et σοφίας signa rasuræ apparent in M. Permutent igitur loca σοφίας et ἀγὼν; habebis optimum senarium, πρὸς τόνδε σοφίας τίς ἂν ἀγὼν ἥκοι πέρι; Ipsa orationis emphasis hunc verborum ordinem flagitat, et alibi vox σοφία hanc senarii sedem occupat, ut infra 699. fragm. apud Stobæum, XCV. p. 383. πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυστυχές. Corruptelæ origo fuit particulæ omissio. Similis phrasis infra 619. licet diverso sensu. Med. 255. ἀλλ' ὁ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος. Heraclid. 116. πρὸς τόνδ' ἀγών τις ἄρα τοῦδε τοῦ λόγου Μάλιστ' ἂν εἴη. Plato, Theag. p. 241, 10. Bas. T. I. p. 127. C. 5. H. St. πρὸς σὲ δ' ἂν ἤδη ὁ μετὰ τοῦτον λόγος. PORSON.

487. Cum paullo durior sit ellipsis præpositionis, conjeceram, θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς, sed retentus sum loco Electræ 123. κεῖσαι σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς, Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 349.

488. αἰνέσω. De hac voce vide ad Hipp. 37.

489. χρῆν αὐτὸν—διώκοντ'. Vertendum est. *Oportebat illum accusando matrem suam cædis ream agere.* Forensia sunt verba. In judicio enim accusator erat ὁ διώκων, et Reus ὁ φεύγων. Infra 1527. τὸν Ἑλένης φόνον διώκων. Elect. 1270. νικᾷν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί. Demosth. in Aristocrat. p. 438. Τῷδε φεύγοντι τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὔθ' ὁ διώκων, οὔδ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. Lucian. II. 899. ὁ μὲν διώκων, ὁ δὲ φεύγων. Eodem sensu occurrit vox διώκω in D. Matt. Evangelio. V. 44.

491. ἀντὶ pro ἂν τῆς Aug. 1. Cant. Utrumque per se probum; sed ἂν non commode omittitur. Deinde 492. prius τ' in γ' mutavit Brunckius contra MSS. Verte: *Et cum legem servaret, tum pietatem.* Porson.

495. ἀ. κ. ἐγένετο μητέρα κ. Ald. et plerique codices; ubi si κακίων secundam corripere statues, contra Atticorum consuetudinem peccabis; (sola enim exceptio, quæ speciem habet, est in Suppl. 1105.) et anapæstum in loco secundo relinques. Sin mediam in κακίων produces, non solum anapæstus erit in quarto loco, sed etiam dactylum sequetur, quod ne comicis quidem licere, recte monuit Dawesius. Est, fateor, versus initio Baccharum: τυφόμενα δίου τε πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα. Lege, δίου τ' ἔτι πυρός. Mutatus est verborum ordo ab aliquo, qui vocem ἔτι a verbo, ad quod pertinebat, disjunctam ferre non potuit. Sed ita in hac fabula 416. ἔτι πυρὰ θερμὴ τάφου. Edidit γένετο ex conjectura Brunckius, qui gaudio exsultasset, si cognosset ita exstare in duobus MS. Tales errores ubique corrigendi, non in exemplum trahendi. Porson. Attici verborum tempora augmentum recipientia sine Augmento nunquam adhibent, quod monuit Dawesius Misc. Crit. p. 468. ubi optimam vide Annotationem in Editione Kiddii.

499. Soph. Œd. T. 100. φόνῳ φόνον πάλιν λύοντας.

504. ὡσίουν Ald. et MSS. Sed legendum omnino ὁσιοῦν ex conjecturâ Heathii, quod ab εἴων v. 502. pendebit. Et ita edidit Brunckius.

505. ἔμελλεν ἕξεσθαι Ald. et plures MSS. Quidam insuper habent φόνου, quod esset, *cædem aggredi*, monente Musgravio. ἔμελλ' ἐνέξεσθαι Duportus et Heathius cum Paraphraste. Porson.

507. Hic et infra 529. 535. ἐγὼ δὲ in ἔγωγε mutavit Brunckius, sine auctoritate, et, ut puto, sine ratione. Porson.

510. οὐδὲ σέ. Sic edidi ex H. J. cum vulgo sit οὔδέ σε.

Leve est, sed semel duxi monendum, me, in pronominibus accentu signandis, aut non signandis, sententiæ et emphasoes rationem semper habuisse. Infra 756. ϰ̀ σὲ recte habent H. L. PORSON.

515. Particulam ἐπεὶ, sic positum, ad sensum loquentis non expressum referre monet Blomfield. ad Æsch. Choëph. 208. quasi dixisset Tyndarus:—*Miror te quo fuisti tunc animo, cum matrem interficeres.* Cf. Rhes. 204. Hom. Il. X. 80.

516. ἐξέβαλλε μαστόν.] Hunc morem illustravit Facius ex v. 557. 828. Hom. Iliad. XXII. 79. Justin. XVI. 1.

521. ἄλλων redundat, ut in Soph. Œd. T. 6. Ἃ ’γὼ δικαιῶν μὴ παρ’ ἀγγέλων, τέκνα, Ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ’ ἐλήλυθα.

524. Sic Ald. et Schol. ad Apollon. Rhod. II. 253. τοῦτον ὠφελεῖν θέλων A. ὠφελεῖν αὐτὸν D. L. ut Kingius edidit. Legi etiam posset, αὐτὸν ὠφελεῖν θέλων. Sequuntur in Ald. et MSS. duo versus, quos Viri docti, utpote huc ex 614, 615. retractos, ejecere. Equidem utroque loco genuinos puto, nisi simul et hunc et præcedentem deles. PORSON.

527. ἔπραξεν ἔνδικα.] Sic εὐδαίμονα πράσσει. Ponitur πράσσω pro πάσχω, ut sæpius. De his formis vide ad Alc. 621. 820.

532. Hos duo versus ita suos fecit Diogenes Stobæi LXXV. p. 327. Ζηλωτὸς, ὅστις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις, Καὶ μὴ ’πισήμοις συμφοραῖς ὠδύρατο. PORSON.

534. Elegans est Musgravii conjectura, ὅπει γε μέλλω σὴν τι λυπήσειν φρένα, neque a verisimilitudine abhorret; ὅπου γε enim habent H. M. R. et in loco, quem ex Phœnissis 383. citat, μή τι σὴν δάκω φρένα, MS. Leid. μή τε. Frustra Brunckius accumulat γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα, ἄκλητος οὔτε κληθεὶς, ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης, πατέρων ϰ̀ τεκόντων, ὁ φύσας χὼ τεκὼν πατὴρ, ἔσχατος ὑστέρας τ’ ἔχων πώλους, exemplis diversi generis permistis. Vulgatam tamen defendet Sophocles, Aj. 1147. οὕτω δὲ καὶ σὲ ϰ̀ τὸ σὸν λάβρον στόμα Σμικροῦ νέφους τάχ’ ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας Χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν. PORSON.

537. ἐκποδὼν cum dativo occurrit etiam Phœn. 40. Bacch. 1346. ubi vide Brunckium, et Matt. Gr. Gr. §. 382.

538. ἐκπλήσσει. *Excutit.* Cum accusativo vel rei vel personæ ponitur. Ion. 637. οὐδέ μ’ ἐξέπληξ’ ὁδοῦ Πονηρὸς οὐδείς. Hipp. 931. σοί γὰρ ἐκπλήσσουσί με Λόγοι. BLOMFIELD.

541. Hanc doctrinam mulierum osor ab Æschylo Euripides arripuit, Eumen. 661. ne parentem quidem esse matrem concedens. Non irridicule aliquis respondisse dicitur, ἄνευ

δὲ μητρὸς πως, κάθαρμ' Εὐριπίδη. Porson. Vide Brunck. ad Arist. Nub. 1444. De constructione vid. Matt. Gr. Gr. §. 433. Obs. 3.

542. Hunc et 552. suspectos habet Beckius, nullo, mea quidem sententia, jure. Porson.

547. ἰδίοισιν, *privatis, clandestinis.*

548. ἀνδρὸς h. l. est *mariti;* Agamemnonis, cujus torum conscendit Clytæmnestra, Ægistho nuptiis clandestinis secum introducto, quippe quæ vivo etiamnum Agamemnone novas illas et illicitas nuptias cum Ægistho jam celebraverat. Heath.

558. παρ' οὐδὲν. Anglicè, *Of no account.* Phrasin illustravit Blomfieldius ad Æsch. Agam. 221.

564. ἀκήρατον. *Incorruptum, purum.* Vox profluit a κὴρ, *noxa.* Timæus Lex. Plat. 'Ακήρατοι, καθαροί. ubi vocem illustravit Rhunkenius.

577. Post ἄλοχον distinguunt Aldus et alii, male. Et hic et infra 580. ὁρᾷς per se sententiam efficit, ut alibi et in Soph. Electr. 628. ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει. Deinde ὃ κατέκτανε dedit Aldus cum pluribus MSS. Alii οὐκ ἀπέκτανε. Cum semel distinctionem male posuisset, errare perrexit Brunckius, et ὅ νιν ἔκτανεν edidit. Frustra huic emendationi codicum dissensum prætexit; una enim tantummodo lineola differunt. ΟΥΚΑΤΕΚΤΑΝΕ. Cum talia verba a librariis confunduntur, potius duorum eligendum est; si utrumque æque probum est, codicum numero standum. Porson.

579. Recte dicit poeta illam domi jam manere, neque Ulyssis adventum memorat: utpote qui, bene temporum ratione habita, sciret, has Orestæ res contigisse diu ante Ulyssis in patriam reditum. Beck.

580. ὁρᾷς δ' 'Απολλων', ὃς Ald. δ' recte MS. auctoritate omisit post alios Brunckius. Verum si 'Απόλλων' positum est pro 'Απόλλωνι, non libenter vocalem hujus dativi elidunt Attici; si pro 'Απόλλωνα, constructio fit impedita: neque illi 'Απόλλωνα dicunt, sed 'Απόλλω. Unicum memini locum ex Nostri Phaëthonte apud Macrob. Sat. I. 17. ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας, ''Οθεν σ' 'Απόλλων' ἐμφαιῶς κλήζει βροτός, quem propter rariorem vocis ὅθεν usum citat Valckenærius ad Phœn. 27. Verum hoc exemplum nihil ad rem pertinet, ex corruptæ enim lectionis vestigiis apud Schol. ad Orest. legendum fere cum Barnesio, ἐκ τοῦδ' 'Απόλλων ἐμφανῶς κλήζει βροτοῖς. In nostro versu distinxi post ὁρᾷς, et dedi 'Απόλλων

ὅς, de qua constructione pauca dicam infra ad v. 1624. Porson. De elisionis vocalis ι in fine dativi singularis vide ad Alcest. 1128.

581. στόμα de oraculo audacter dictum, multo magis στόμα νέμειν. Facius.

586. Hesychius Ἄξιον. εὔωνον. Ἀξιόχρεως. ἀξιόπιστος, ἱκανός. οὐκ ἀξιόχρεως. οὐχ ἱκανός. Sic lege recisis superfluis vocibus. Porson. De ἢ οὐκ, et ceteris Crasibus Atticis videas Monk. at Hipp. 1331.; et notam sequentem adeas.

588. εἰ μὴ ὁ κελεύσας Ald. et MSS. Delevi articulum, ut ὁ θεὸς repetatur ἐκ κοινοῦ. Male edidere Brunckius et Beckius εἰ μὴ οὑγκελεύσας, ex Marklandi conjectura ad Suppl. 109. Sed ista sive crasis sive elisio nunquam Græcis cognita est. Viros eruditos decepere istæ crases apud dramaticos poëtas frequentissimæ, ἢ οὐ, μὴ οὐ. Porson.

602. ἐπισείσω Ald. quod retinui. Alii ἀνασείσω. Reg. membr. ἐκπείσω, cum ἀνασείσω pro varia lectione. Si hoc præfers, interpretare: *commovebo, donec persuasero.* Hesychius, Ἀνασείοις. ἀναπείθοις. Sed alterum malo. Translatio ducta est a canibus, quos homines in inimicos suos irritant et immittunt, ut supra v. 245, 246. ubi quanquam omnes codices et Longinus XV. κόρας dant, fere expectarem κύνας. Et permutantur hæc vocabula. In Hec. 1149 κόρας habet R. in textu, κύνας pro varia lectione in margine. Porson. Pleonasmi, qualis est ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν, apud Tragicos abundant; cujusmodi sunt nonnulla ex iis exemplis, quæ frustra accumulavit Brunkius ad v. 534. supra. Sed valde dubitamus, an elegantem Canteri lectionem ἑκοῦσαν οὐχ ἑκοῦσαν vulgatæ præferamus, cui etiam favere videtur Scholiastes.

603. δοῦναι δίκην, quod alibi fere sonat *pœnas pendere, judicium subire,* hîc rarissimo usu ponitur pro eodem prope, quod Latine dicitur *jus dare* vel *reddere.* Porson. Cf. v. 566. supra.

607. ὀνείρατα τἀγαμ. i. e. τὰ Ἀγαμέμνονος, quod *somnia de Agamemnone* explicavit Musgravius in Exercit. Eurip. p. 35. Melius reddi posset, *somnia ab Agamemnone missa.* Ita infra v. 711. θάνατον Ἀργείων, *mortem ab Argivis immissam,* vel *decretam.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 375.

608. ὃ pro ὡς vel ὅτι. Vide Matt. Gr. Gr. §. 480. b.

610. Hesiodeum Op. et D. 705. εὕει ἄτερ δαλοῦ bene comparat Musgravius. Similiter composita occurrunt apud Aristoph. Ran. 206. ἄπειρος. ἀθαλάττωτος, ἀσαλαμίνιος. Nos-

trum Ion. 465. Σὲ, τὰν ὠδίνων λοχιᾶν Ἀνειλείθυιαν, ἐμὰν Ἀθάναν ἱκετεύω. Æsch. Suppl. 242. τόνδ' ἀνέλληνα στόλον. Porson.

611. Sic, opinor, Aldus et omnes codices, nisi quod membranæ omittunt δὲ, pro quo conjecit Musgravius δὴ, et recepit Brunckius. Adeo ille huic particulæ iratus est, ut eam fere ab Oreste expulerit. Cum subito sermonem ad alium ab alio convertimus, primo nomen ponimus, deinde pronomen, deinde particulam. Hæc formula cum ab omnibus poëtis sit tritissima, pauca quædam tantum exempla apponam. I. Sophocl. Electr. 150. Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν. Ibi ex unis membranis σέ, σ' ἔ. edidit Brunckius, quæ pronominis geminatio, si unquam apud tragicos occurrit, occurrit certe perraro. II. Œd. Tyr. 1096. ἰήϊε Φοῖβε, σοὶ Δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη. III. Philoctet. 1362. καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε. Conjunctiones istas in eodem sententiæ membro haud credo occurrere apud istius ævi scriptores, nisi per librariorum errores; et legendum, παῖ, σοῦ δ' ἔγωγε, ut subito ad Neoptolemum orationem convertat Philoctetes. In Aj. 1409. Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ' ὅσον ἰσχύεις, habet καὶ pro παῖ Scholiorum editio Romana. IV. Infra 1670. Ὀρέστα, σοὶ δὲ παῖδ' ἐγὼ κατεγγυῶ, cui ipse Brunckius, cæde, ut videtur, saturatus, pepercit. Porson.

613. ἀμύνειν. Infin. pro imperativo. Vid. ad. v. 383.—ἐναντίον θεοῖς, i. e. ὁ ἐναντίον ἐστι. Sic et apud Latinos, Virg. Æn. XI. 383. *Proinde tona eloquio, solitum tibi.*

614, 5. Extant supra 525. hi versus.

623. ἐν ἑαυτῷ Aug. 1. quod multis exornari poterat; hoc enim pronomen omnium personarum commune est. Sed cum facillime litera una omitti possit a librario, tutius est hujusmodi elegantias non nimis avide arripere. Sic mox 628 κρείσσον habet Harl. quod exemplorum suorum cumulo addat fortasse aliquis paullo calidior, et elegantiam hanc recondito isto, *Dulce satis humor*, defendat. Sed librarii errorem esse, inde liquet, quod acutum pro circumflexo posuerit. Rectum est κρείσσων, ut infra 716, ubi MSS. consentiunt, et 794, ubi metro alterum noceret. Porson.

628. ἔστιν οὖ, *Sometimes.* Sic, Iph. A. 913. ἔστιν ἵνα, et ὅπου. Similia vide apud Matt. Gr. Gr. §. 482. Obs. 2.

642. παρ' ἀσπίδα, *armis, pugna.* Facius.

646. Verba *stare, jacere, sedere*, apud Græcos et Latinos poni pro *esse*, sed habere quoque aliam quandam notionem adjunctam, ut h. l. στῆναι notionem adjuvandi, monet Facius. Beck.

656. τί χρὴ φίλων; Sic diserte citat Thomas Magister in v. χρὴ, addens ἔστι δὲ τοῦτο ποιητικώτερον. Ego vero huc primo tranferam, quæ, annos abhinc plus minus quindecim, in Anglica Brunckiani Aristophanis censura scripsi. (*H. Maty's* Review, July 1783. p. 66.) "*Accurate plerumque Aristophanes sententiarum suarum partes alteram alteri respondere facit, ut Av.* 1419. ὁδὶ πάρεστιν· ἀλλ' ὅτου χρὴ, δεῖ λέγειν. Πτερῶν, πτερῶν δεῖ. *In priore versu legi debere* ὅτου δεῖ, χρὴ λέγειν, *clarum est non solum ex apodosi, sed ex eo, quod apud Atticos poëtas genitivum nunquam regit* χρή. *Unicum, quod obduci posse credo, exemplum exstat Euripid. Orest.* 667. [ed. Musgrav. sc.] *sed et illud in* τί δεῖ φίλων *mutandum auctoritate Plutarchi Op. Mor. p.* 68. E. *Aristotelis Ethic.* IX. 9." Et quod Aristophanem attinet, anno 1794 codicis Ravennatis collationem edidit Invernizius, quæ istam emendationem confirmavit. Ipse tandem τί δεῖ φίλων inveni in MS. quem voco L. Restat ut formulam hanc et similes paucis illustremus. Homerus, nisi me fallit Seberi index, semel tantum verbo δεῖ usus est, et tum infinitivo præponit, Il. I. 337. Cum infinitivo χρὴ sæpissime construit, cum accusativo personæ et rei genitivo, Il. H. 109. Od. A. 124. Γ. 14. Δ. 463. Φ. 110. X. 377. Pari modo substantivum χρεὼ cum accusativo et genitivo Il. I. 75. 603. K. 43. Λ. 605. Od. Δ. 634. In Il. Φ. 322. οὐδέ τι μιν χρεὼ Ἔσται τυμβοχοῆς, alii legunt τυμβοχοῆσ', elisa diphthongo. Hanc formam semel ausus est imitari Euripides, Hec. 955. ἀλλὰ τίς χρεία σ' ἐμοῦ; de qua ibi tacui, ut hoc loco eam memorarem. Scholiastes apte satis advocat Il. K. 43. Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ, paullo forsan aptius advocaturus A. 605. τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο; Communes Græci dixere, δεῖ σοι τοῦδε; primus, ut equidem arbitror, novavit Æschylus, Prom. 86. αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως. Eum secuti sunt, Euripides, Hec. 1000. Phœniss. 470. Hippol. 23. locisque ibi a Valckenærio indicatis, Ion. 1018. Herc. F. 1142. Auctor Rhesi 840. Comicus ignotus apud Herodianum Piersoni p. 450. εὐρυχωρίας σε δεῖ. Non sine specie hanc formulam reddi voluit Marklandus Iph. A. 1119. sed certissime restituit Musgravius Hel. 1424. pro τῆς τύχης ΜΕΛΕΙ μόνον. Ceterum bene comparavit Brunckius Herc. F. 1309. Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων· Ἅλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν, ὅταν θέλῃ. PORSON. Brunckiani Aristophanis censura Porsoniana iterum publici juris facta est in Museo Critico Cant. Vol. II. p. 113.

660. Hujus ellipseos, a Lamberto Bos, nisi fallor, omissæ,

antiquissimum exemplum præbet Homerus, Od. B. 68. *Λίσσομαι, ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἠδὲ Θέμιστος·* ubi plena sententia esset, *Λίσσομαι* [*ὑμᾶς*] *ἠμὲν* [*πρὸς*] *Ζηνός.* Porson. Cf. Hec. 735.

664, 5. Statius, Theb. V. 173. *matremque recens circumvolat umbra;* ubi Scholiastes: "Et hoc poëtice ut Euripides. Syrseen opersu. Virgilius. *Omnibus umbra locis adero, dabis, improbe, pœnas;*" ubi legendum videtur [*ποτωμένην*] *Ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ,* ut hunc ipsum locum respexerit. Porson.

669. *ὅμως* sic positum in fine versus per *nihilominus tamen* reddendum esse monet Blomfieldius ad Æsch. Pers. 300. conferens Alcest. 952. Helen. 1020. Æsch. Theb. 709. Choëph. 109.

671. *τὸ* pro *τοι* A. H. R. quod nemo præferet. Sed ex his varietatibus aliquando ansa arripi potest leviores hosce errores tollendi. Suppl. 1150. *Πάτερ, σὺ μὲν τῶν σῶν κλύεις τέκνων γόους.* Aldus *τῆς σῶν.* Dele literam male repetitam, et lege *Πάτερ, σὺ μέν τοι σ.* Porson.

676. *παρὰ* dedi pro *πρὸς,* quæ voces et alibi permutantur, ut Soph. Œd. T. 935. sed ibi quoque *παρὰ* præstat, quod habent Aldus et codicum pars. Contra Aristophan. Nub. 325. ex MSS. *πρὸς* pro *παρὰ* restitui debet. Porson. Lectionem *τοῦ δ' αὖ δυν.* ignorantiæ librariorum tribuit Brunck. exempla *τυγχάνειν* cum accusativo offerens, Phœn. 1766. Med. 753. Soph. Œd. T. 598. Vide Matt. Gr. Gr. §. 363. Obs.

677. *δόρυ* nonnulli de *nave* accipiunt, quo sensu sæpè quidem occurrit, sed plerumque alio quodam verbo comitante, quod significationem clare designat. Sic in Cyclop. 14. cum *πρύμνῃ,* Æsch. Pers. 417, cum *νεώς,* Agam. 1608. cum *κώπῃ* usurpatur, et apud Hom. Il. B. 135. *δοῦρα νεῶν* habemus. Sensu igitur haud rariori hic *sceptrum* significare videtur, de quo vide ad Hecub. 9. *ἀνδρῶν κενὸν δόρυ, sceptrum* sive *imperium viris orbum.* Eodem sensu dicitur *κένανδρον ἄστυ* Æsch. Pers. 123.

683. *τὰ μ.* Ald. et plerique codices. *γὰρ* omittunt membranæ. Sed rectius expungitur articulus. Post hunc versum sequitur alius in Aldo et plerisque MSS. *πόνοισιν; ἀμαθὲς καὶ τὸ βούλεσθαι τόδε.* Sed. membr. secutus Brunckius ejecit. Porson.

694. Vide ad Hecub. 586.

695. Conf. Soph. Antig. 715. *Αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆς, πόδα Τείνας, ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις, κάτω Στρέψας, τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.*

696. ἔβαψεν, *mergi solet.* De hac Aoristi potestate vide Matt. Gr. Gr. §. 513. 3. Valckenær. Diatrib. p. 163. et Hermann. ad Viger. p. 592. ed. Oxon.

699. βίᾳ τῶν κρεισσόνων, *Invitis potentibus.* Anglice vertas, *In spite of.* Phœniss. 18. δαιμόνων βίᾳ. Alcest. 846. θυμοῦ βίᾳ. Plura congessit Blomfieldius ad Æsch. Theb. 608.

703. εἰς τὸ μαλθακὸν, i. e. μαλθακῶς, *supplici et humili modo.* Sic Lucianus Icaro Menippo: τὴν ὄψιν ἐς τὸ ἀτενὲς ἀπηρεισάμην. Idem in Dialog. Diog. Antisth. et Crat. ἐς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο. Simili modo adhibentur παρὰ et πρὸς. MUSGR. FACIUS.

707. τἄλλ' οὐδὲν. sc. δεινὸς, ἱκανὸς, quod e στρατηλατεῖν intelligendum est. Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. Obs.

711. Vide ad v. 607. infra.

713. Quoties novam dramatis personam in scenam producunt, formulas γὰρ, ἀλλὰ γὰρ, μὴν, καὶ μὴν, καὶ δὴ, una cum ὅδε vel casibus ejus Tragici usurpant. Exempla adeas Hec. 53. 654. Phœn. 443. 1308. Med. 45. 1108. Hipp. 31. Soph. Œd. C. 549. 1106. 1249. Antig. 155. 526. Æsch. Prom. 977. et alibi passim.

717. Notum est, tarditatem et majestatem quandam incessus coluisse Græcos et Romanos.

719. ὡς κτενοῦντας ad σύλλογον refert Fac. quod collectivum vocabulum sit. BECK.

723. Posterius hemistichium mutuum sumsit Menander in Adelphis, unde vertit Terentius V. 3. 18. *Communia esse amicorum inter se omnia.* PORSON.

725. Forsan distinguendum post εἰκότως, et oratio in fine versus suspendenda, utpote abrupta. PORSON.

734. μή μ' ἰδεῖν θανονθ', *ne pateretur interfici,* ut v. 1324. FACIUS. ἰδεῖν est pro περιϊδεῖν, *to overlook, to permit to happen,* quo sensu participium conjunctum habet. Vide Matt. Gr. Gr. §. 549.

736. ηὐλαβεῖθ', *cautè se gessit,* ut v. 1052. ubi μὴ pro ὥστε μή. FACIUS.

737. Plene foret τοῦτο μαθὼν, πάντα ἔχω μαθὼν, et ἔχω μαθὼν pro ἔμαθον ex notissimo Græcismo. Si legeretur μαθεῖν, etiam ταῦτα scribi deberet, et verti, *hæc omnia scire debeo.* FACIUS.

739. θυγατέρος.] Subandi ἕνεκα. Notat autem Clytæmnestram. BECK.

741. ἀντιλάζεσθαι Cant. L. quæ forma occurrit supra 442. PORSON.

745. διὰ φόβου γὰρ ἔρχ. i. e. *metuo.* De his locutionibus, vide ad Phœn. 479.

753. Στρόφιος. Hic erat pater Pyladis, uxorem habens Anaxibiam sororem germanam Agamemnonis, unde paret cur Orestes puer ad eum fuit delatus, et unde amicitia inter Pyladem et Orestem. DAMM. Hinc Agamemnonem ξυγγένεια πατρὸς ἐμοῦ appellat Pylades, v. 1226. infra.

757. οἰστέον. De horum verbalium constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 447.

759. κολάζειν. h. e. ὥστε αὐτοὺς ἡμᾶς κολάζειν, vel κατὰ τὸ κολάζειν ἡμᾶς, *non cum hisce nobis res est, ut nos punire possint.* FACIUS. Vide Matt. Gr. Gr. §. 296. p. 431.

763. Dixisset Orestes, nisi a Pylade interpellatus esset, εἰ λέγοιμ' ἀστοῖσιν ἐλθὼν, ὡς ἔνδικα ἔδρασα, πατρὶ ἐμαυτοῦ τιμωρῶν; i. e. *Si,* vel, *Quod, si civibus dixero, in medium prodiens, me, quod patrem ultus sum, nihil injuste fecisse.* MUSGR.

764. Supprimitur δέδοικα. Vertendum igitur, *Vereor, ut te sint placide accepturi.* Ita Platon. Phæd. p. 152. μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ, *Vereor, ut fas sit.* MUSGR.

767. μολόντα quidam MSS. PORSON. Ferri posse lectionem μολόντα monet Heath: sed nullo modo interpretationem ἀπελθόντα; nam consilium de fugâ capiendâ dudum repudiaverant Orestes et Pylades, et quæritur hic tantum, an utile sit, venire in populi conventum. BECK.

769. ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω; *Ergone eam?* Hanc dubitandi vim sæpe habet conjunctivus, ut in Ion. 758. εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν; Pessime igitur et contra Græcæ linguæ consuetudinem signum interrogationis delevisse Brunckium monet Hermannus ad Viger. p. 589. ed. Oxon.

770. τῷ δοκεῖν. Subaudi, τὸ πρᾶγμ' ἔνδικον εἶναι. PORSON.

771. τῇδε. Subaud. ὁδῷ. *hac via, hac ratione.*

772. καί τις ἄν γε μ' οἰκτίσειε. Vertit Kingius: *Et quis tandem miserebitur mei?* Melior interpres vulgaris: *Aliquis fortasse miserebitur mei.* Et sic Heathius. MUSGR.

773. ἀσχάλων Cant. M. et forte alii; unde facere possis ἀσχαλῶν, quæ forma occurrit apud Æschyl. Prom. 161. Archiloch. Stobæi p. 107. Eurip. Iph. A. 909. PORSON. Mallemus certe ἀσχαλῶν, cui formæ veteri ab ἀσχαλάω favet etiam Scholiastes. Exemplis a Porsono allatis addas etiam Æsch. Prom. 251. Hom. Il. B. 293. Bion. Idyl. II. 7. notante Blomfieldio.

774. αἰνῶ. De hac voce vide Monk. ad Hipp. 37. Alcest. 2.

778. τί καινόν. sc. κακόν. Vide Monk. ad Hipp. 860.

790. ποῦ γὰρ ἂν Ald. et pars codicum, quod bis solœcum est. Recte ὢν plures MSS. Simillima constructio Iph. A. 396. δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ τουτοῦ γεγώς. PORSON. Ita etiam Hermann. ad Viger. p. 609. ed. Oxon. Similem loquendi formam etiam Latini adhibent. Virg. Æn. II. 377. *Sensit medios* delapsus *in ignes.*

791. Ἐπαρκέσω, *sufficiam, subveniam.* Hesych. ἐπήρκεσε, ἐβοήθησε. Hec. 964. φίλοις ἐπαρκεῖν. Unde et ἐπάρκεσις, *Auxilium.* Hec. 741.

792. κτᾶσθ' ἑταίρους, h. e. κτᾶσθαι ἑταίρους. Infinitivus pro imperativo, hoc sensu; διὰ τοῦτο κτᾶσθε. Rarum est, diphthongo elisa, syllabam proxime sequentem corripi. Sic tamen Theognis v. 104. ὅτε κεν ἐσθλὸν ἔχων τοῦ μεταδοῦν' ἐθέλει. BRUNCK. MUSGR.

793. ὅστις τρόποισι συντακῇ. Arnald. Obs. Misc. VI. p. 590. ita explicat: *qui iisdem moribus et simili ingenio præditus est.* Hesych. συντέτηκα· προσανάκειμαι.

796. μέγα φρονοῦσ', *Superbiens.* Ita recte vertit Monk. ad Hipp. 447. (445.) cujus exemplis addas Androm. 990. Iph. T. 489. Herc. Fur. 469.

798. πάλιν ἀνῆλθ' *in contrarium rediit.* πάλιν per εἰς τοὐπίσω interpretari Scholiasten Aristoph. ad Aves. 2. monet Musgravius.

799. ἀπὸ per διὰ exponit Scholiastes.

802. θοινάματα et σφάγια sunt nominativi, qui ab ἤλυθε pendent, ut et ἔρις in versu 800. cui ita apponuntur, ut certaminis istius causam ostendant. Vide Matt. Gr. Gr. §. 433. Obs. 2. Eandem fabulam narrat Euripides in Elect. 704. de quâ antiqui quædam carmina poetæ servat Cicero. de. Nat. Deor. Vide etiam Senecæ Thyest. 225.

804. φόνῳ φόνος ἐξαμείβων. *Cædes cædem excipiens.* Similiter verbum ἀμείβω construi Facius monet infra v. 1496. Phœn. 1051.

807. Facius negat, se e vulgata lectione τὸ καλὸν commodum ducere posse sensum, atque corrigit οὐ καλὸν, ut emphatica sit repetitio. BECK. Vulgata lectione omnino a versu 811. defenditur, ubi τὸ δ' αὖ κακουργεῖν huic loco manifesto opponuntur, ita ut hic videatur esse sensus. "*Honestum quod vocant,*" (vide vv. 763. 770.) *non est honestum: vicissim tamen malefacere,* i. e. malefacta malefactis rependere, *magna est impietas,* &c.

808. πυριγενεῖ παλάμῃ. *Manu igne fabricata*, i. e. *ferrata, armata.* Hipp. 1213. στόμια πυριγενῆ. Æsch. Theb. 192. πυριγενετᾶν χαλίνων.

809. Hesychius. μελάνδετον· τὸ μέλαιναν ἔχον λωβήν. Phœniss. 1091. μελάνδετιν ξίφος Λαιμῶν διῆκε.

810. Mos fuit antiquis, ubi quis recte et jure per alterius cædem se vindicasse putaret, ut quasi innocentiæ suæ testes faceret Deos, *cruentum gladium Soli vibratim ostendere.* Quod breviter Scholiastes attingit. Barnes.

814. ἰάκχησε. *Clamavit.* Proprie dictum de Bacchis *Iacche* ingeminantibus. Hesych. Ἰακχάζει, καταβοᾷ.

815. De vocibus τολμᾶν et τλῆναι vide ad Alcest. 286.

824. Recte Facius post φόνῳ interpungit, sublato commate post δρομάσι, quod cum βλεφάροις conjungi debet, et reddi, *mobilibus oculis.*

828. Vide supra ad v. 516.

833. Τλήμων Ὀρέστης. Orestem sic passim audire notavit Abreschius (ad Æsch. Choëph. 920.) Horatius dixit *tristis Orestes.* Blomfield. θεομανεῖ λύσσῃ, *furore a diis injecto.* θεομανὴς male interpretatur Scholiastes ad Æsch. Theb. 650. *in Deos furens,* et Blomfieldius, ut vocem Æschylo propriam, memoriæ vitio notavit.

835. Suspecta hæc phrasis Brunckio, qui timide conjicit, τὸν προκείμενον δραμεῖν Θέλων. (ut v. 866.) Canteri conjecturam in textum intulit Beckius, δύσων. Male. δύσονται ἀγῶνα dixit Homerus ; sed quis unquam dixit δύσων ἀγῶνα ? Offensus etiam videtur hac locutione Pseudo-Gregorius, qui fabulam longe insulsissimam Christum Patientem inscripsit. Hoc drama, siquando posthac citabo, his literis X. Π. distinguam. Ibi igitur exstat 416. ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι Δραμούμενον, καθ' ὃν θανεῖν ἐστι κρίσις. 441. ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι Τρέχοντος, ᾧ ζῶντ' ἢ θανόντα νῦν ἴδοις. Enimvero nihil mutandum. Omnis enim δίκη est ἀγὼν, prope ut alterum verbum pro altero usurpetur. Infra 1237. ambo conjunxit : τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγὼν δίκη μία. Itaque ἀγῶνα δοῦναι hìc dicitur ut alibi δίκην δοῦναι. Sed miror, qui factum sit, ut Canterus, Reiskius, Brunckius, Beckius, qui his verbis tantopere offensi sunt, locum Phœniss. 1330. δοκῶ δ' ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, Κρέον, Ἤδη πεπρᾶχθαι παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου, intactum dimiserint. Quis enim unquam dixit, ἀγῶνα πράσσειν ? Nemo fortasse, præter Euripidem. Idem tamen se ipse tuetur, mox scribens, 1354. Καὶ πῶς πέπρακται διπτύχων παίδων φόνος, Ἀρᾶς τ' ἀγωνισμ' Οἰδίπου. Porson.

843. δῆλος εἶ λόγῳ. *Prodis te oratione.* Musgr.

844. Hunc versum ejecit Brunckius, et sane ex alio dramate, forsan Euripidis, huc traductus videtur. Agnoscit tamen X. Π. 150. Loca similis argumenti, in margine adscripta, non raro in textum irrepsere, ut infra post 920. Porson.

847. ἐλπὶς, quæ proprie *spem* denotat, haud raro contrariam admittit significationem, et *metum* denotat. Supp. 792. Τὶ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι Πάθος περισσὸν, εἰ γαμῶν ἀπεζύγην. Soph. Trach. 110. κακὰν Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. Ajac. 798. τήνδε δ' ἔξοδον Ὀλεθριάν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν. Eodem sensu *spero* usurpant Latini. Virg. Æn. IV. 419. *Hunc ego si potui tantum* sperare *dolorem.* Cf. Plato de Legg. Lib. I. p. 644.

848. Paullo insolentius est ἐξετηκόμην, sequente accusativo rei, quæ lugetur: vide tamen ad Supplic. 330. Musgr. Constructio omnino similis est in Soph. Elect. 123.

849. Eleganter K. Ἀτὰρ τίς ἀγών τε ϗ τίνες Ἀργείων λόγοι. Addidi vero articulum, quem abesse vix patitur sermo, metrum abesse non patitur. Porson. De his Crasibus vide Monk. ad Hipp. 1005. (998.)

850. καθεῖλον. *Damnaverunt.* Soph. Antig. 274. κἀμὲ τὸν δυσδαίμονα Πάλος καθαιρεῖ. Vocem forensem esse docet Pollux. VIII. 15.

854, 859. Hunc locum imitatur Lucianus, Jove Tragœdo, T. II. p. 681. Macrobius, Sat. V. 20. *Alcæus in Comœdotragœdia sic ait:* Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πλείστους φέρων—Ὁρῶ δ' ἄνωθεν γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ. Porson.

859. ἄκραν. Acropolin intelligi credo. Musgr.

860. δίκας διδόντ'. Vide Porson. ad. v. 603.

863. τί καινὸν Ἄργει; Hanc levitatem civibus suis sæpissimè exprobat Demosthenes. Philip. I. 5. Ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγεταί τι καινόν; Eundem Atheniensibus morem attribuit D. Lucas in Act. Apost. XVII. 21. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, ϗ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαιροῦν, ἢ λέγειν τὶ καὶ ἀκούειν καινότερον. Neque enim Romani hac novorum rumorum cupiditate caruerunt. Cf. Juvenal. Sat. VI. 407. sqq.

864. ἀνεπτέρωκε, *excitavit; suspensam tenuit,* sive spe, sive metu. Supp. 89. φόβος μ' ἀναπτεροῖ. Soph. Aj. 693. περιχαρὴς ἀνεπτόμαν. Vide apud Blomfield. ad Æsch. Choëph. 225.

871. παιδαγωγίαν etiam de rebus inanimatis dici ex Plutarcho docuit Facius. Beck. Schol. παιδαγωγίᾳ, χειραγωγίᾳ.

873. τίς χρήζει λέγειν; Cf. Supp. 438. Hoc de præconio videnda est lex Solonis, sub initio Æschinis in Ctesiph. Orationis citata.

878. ἐκπαγλούμενος, *vehementer admirans*. Hesych. ἐκπαγλεῖσθαι: θαυμάζειν. Cf. Hec. 1133.

879. καλοῖς Ald. et MSS. sed καλῶς Valckenær. Diatr. p. 209. cui conjecturæ suffragari videtur X. Π. 392. λόγους ἑλίσσων ἀλλοτρίους ἀφρόνως. PORSON. Sed Facius nihil mutandum censet, conferens Virg. VI. 100. *Obscuris vera involvens*. Hesych. ἑλίσσων· πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων. Pind. Nem. IV. 153. ῥήματα πλέκων. Nostri Phœn. 494. περιπλοκὰς λόγων.

883. Allusio est ad proverbium, quod plenius extulit Noster in Alcmena apud Schol. ad Aristoph. Ran. 540. PORSON.

885. Interpunxi post πόλεος, non, ut vulgo, post δύνηται. Copula enclitica nunquam apud veteres Græcos, opinor, præpositionem sequitur, nisi ea sententiæ membrum inchoat. Potuit igitur Atheniensis dicere, ἔν τε πόλεος ἀρχαῖς vel ἐν πόλεός τε ἀρχαῖς, non πόλεος ἔν τ' ἀρχαῖς. Constructio est ὃς ἂν πόλεος, ἐκ subaudito, ut Sophocl. Aj. 1044. Τίς δ' ἐστιν, ὅντιν' ἄνδρα προσλεύσσεις στρατοῦ; PORSON.

888. εὐσεβεῖν, *pie se gerere*. Vide ad Phœniss. 1321.

889. Magna varietas lectionis in hoc versu. Scripsisse videtur Euripides, Λαοὶ δ' ἐπερῤῥόθησαν, ὡς καλῶς λέγοι. Similem ellipsin attigi ad Hec. 28. eadem recurrit infra 1477. Iph. T. 1315. ubi Musgravius confert Hel. 1605. Il. X. 157. et Antholog. IV. 12. 33. in Bacchum et Herculem. PORSON.

891. ἀθυρόγλωσσος. Ex Theognide expressum videtur, v. 421. Πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται Ἁρμόδιαι. Vocem adhibet, præter Euripidem, Theodorides in Anthol. H. Steph. p. 316. ἄθυρον γλῶτταν habet Philo. Jud. p. 314. Ed. Turneb. Clem. Alex. p. 141. B. MUSGR.

892. Ἀργεῖος, οὐκ Ἀργ. ἠναγ. Argivus, qui vi se ingessit in civitatem, cum peregrinus esset, et malis artibus civilia jura adeptus est. REISKE. BRUNCK. Designatur autem haud dubie Cleophon, qui semibarbarus fuit, quippe in Thraciâ natus. Vide Scholiastem et locum Aristophanis ab eo citatum. MUSGR.

894. Vulgo αὐτοῖς, per quod Facius *Argivos* intelligit. Sed melius ἀστοῖς, cum Valcknær. Diatrib. p. 256. Brunckius et Porsonus edidere.

898. *αὖθις*, *deinceps*. Vide Monk. ad Hipp. 896.

899. θεᾶσθαι ἰδόνθ' ineptam esse tautologiam monet Brunckius, ideoque edidit λέγονθ, et in v. 901. κ τιμωμένῳ in τῷ τ' ἰωμένῳ mutavit. Et certe a veteribus medici cum politicis satis frequenter comparantur. Sed nihil temere mutandum; sensus enim haud incommodus e vulgatis educi potest; voce προστάτῃ ad τιμωμένῳ e v. 899. suppleto.

903. Hesychius, Ὑπὸ δ' ἔτεινε. ὑπέβαλλεν. PORSON.

904. τῷ σφῷ καταχ. τοιοῦτους. i. e. *Such as he would speak who condemned you to death*. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 386. 2.

906. Socratem hic depingere videtur poeta, licet, quod in proximo versu dicitur, ab ejus institutis abhorreat. MUSGR.

907. ὀλιγάκις. Hanc vocem bis in hoc dramate, hîc et supra 383. adhibet Euripides, quod non memini a tragicis alibi usurpatum. Pro χραίνων vero, quod habent Ald. et codices omnes, στείνων præfert Musgravius, κραίνων ex conjectura Marklandi ad Suppl. 1142. edidere Brunckius et Beckius. Sed primo observandum est, id quod Musgravius fere perspexit, nuncium, hoc est ipsum Euripidem, cum tacita quadam indignatione loqui, quasi homines urbani rusticorum commercio se pollui crederent. Deinde omnia hujusmodi verba, cum originem satis honestam habeant, a tragicis, pristinas formulas sectantibus, et vulgi sententiæ securis, sæpe ad verum et veterem sensum revocantur; quod et in hoc loco factum videtur. Χραίνειν enim nihil aliud proprie significat, quam *rei cujusquam superficiem leviter radere* vel *attingere*. Confer Ruhnken. ad Timæum, p. 75. 104. Euripides ipse, opinor, vix ausus esset verbum μιαίνειν bono sensu usurpare. Quid autem Homerus? Il. Δ. 141. Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ· Sed, ut ad verbum χραίνειν redeam, hac ipsa voce in scelere purgando utitur Æschylus apud Eustathium ad Il. T. p. 1183, 17. ἐπιτήδειος ἐδόκει πρὸς καθαρμὸν ὁ σῦς, ὡς δηλοῖ Αἰσχύλος ἐν τῷ, Πρὶν ἂν σταλαγμοῖς αἵματος χειροκτόνου Αὐτός σε χράνῃ Ζεὺς καταστάξας χεροῖν. Denique quater hunc ipsum versum citat Eustathius ad Il. Δ. p. 467, 26. Π. 1063, 34. Σ. 1158, 28. Ω. 1335, 59. et bis quidem propter verbum χραίνειν. PORSON. Soph. Œd. Col. 368. χραίνεσθαι πόλιν.

908. οἵπερ. Eadem constructio Hel. 440. Ἕλλην πεφυκὼς, οἷσιν οὐκ ἐπιστροφαί· ubi male Musgravius, ἀποστροφαί. Suppl. 868. φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε, Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς. Aristoph. Thesm. sec. fragm. 11. apud

Pollac. X. 152. Σάκιον, ἐν οἵσπερ τἀργύριον ταμιεύεται· cujus loci sententiam non perspexisse videtur Brunckius, quæ est hæc: *Saccus ex eorum genere, in quibus.* Porson. Vide Matt. Gr. Gr. §. 434. 2. b.

909. χωρεῖν ὁμόσε κ. τ. λ. *disceptationem ulteriorem præcidere cupiens.* Heath.

910. ἀνεπίπληκτον multi MSS. et X. Π. 394. Sed ἐπιπλήσσειν est *præsentem graviter increpare,* ἐπιλαμβάνεσθαι, *culpare.* Porson.

916. οἰκούρημα pro οἰκουρὸς ponitur, de quo vid. Monk. ad Hipp. 787.

917. ἀνδρῶν εὐνίδας. Abresch. ad Æsch. T. I. p. 197. explicat, *quarum mariti absentes sunt.* Beck. Recte. Etymol. Mag. p. 393. Εὖνις σημαίνει τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα· ὁ εὖνις καὶ ἡ εὖνις· σημαίνει δὲ τὸν μεμονωμένον καὶ ἐστερημένον, ὡς τὸ, Ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηκε. Hesych. εὖνις· ἐστερημένος, ὄρφανος, ἐνδεής.

920. Post hunc versum sequebatur alius, Πάλαι Πελασγοὶ, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον, quem solus K. recte exhibet. Sed cum Musgravio spurium puto, Euripideum tamen, ex alia fabula in margine adscriptum. Porson.

924. οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν Θ. i. e. *You will quickly die.* Ita v. 929. De hac constructione vid. Matt. Gr. Gr. §. 553. 3. c.

928. κατακτανεῖτέ με ex MSS. edidere Brunckius et Beckius. Sed in talibus rebus analogia codicibus est potior. Semper igitur futurum per ε scribam. Et, ne quis moveatur infra legens 1573 κτανεῖν, sciat aoristum recte postponi verbo μέλλειν, ut supra 282. Med. 397. Æschyl. Prom. 629. Eubul. Athenæi I. p. 34. D. Porson.

935. αὐτόχειρι. i. e. ἑκουσίῳ. Vid. infra ad v. 1033.

940. θεάμα est cujusvis *rei,* terræ puta, aut maris; πρόσοψις, plerumque *hominis.* Musgr.

948. Omnes στεναγμῶν, sed alterius constructionis exempla dedit Musgravius ex Od. Γ. 445. Lycophrone, 209. Athenæo, XIV. p. 622. C. Addit Brunckius Androm. 1176. Porson. Vide ad Hecub. 674.

950. Facius repetendum monet κατάρχομαι, et αἱματηρὸν ἄταν intelligit de laceratione genarum in gravi luctu consueta. Idem observat in sacris solitum fuisse in honorem raptæ Proserpinæ plangere. Beck.

952. Non est καλλίπαις, quod putabat Scholiastes, *pul-*

chros liberos habens, sed simpliciter *pulchra,* altera parte compositi nihil ad sensum conferente, sed usum solummodo vocis intra certam ætatem conditionemque restringente. Quemadmodum et in Phœn. v. 1618. εὔτεκνος ξυνωρὶς non est *par generosos liberos habens,* sed *par piorum generosorum:* iterumque in Alcest. 927. male verteris μονόπαις *unum infantem habens,* cum debeat esse simpliciter *unicus.* Confer etiam Iph. T. 1201. Herc. F. 677. Musgr.

953. γᾶ Κυκλωπία. Urbem Mycenarum a Cyclopibus exstructam esse docet Pausanias, VII. 25. Confer Iph. A. 151. 1478. Iph. T. 825. Troad. 1080. Herc. F. 15.

954. Pro κάρα certe malimus κρᾶτα quod habent Ald. et MSS. quidam. Ita Elect. 148. χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κούριμον τιθεμένα, ubi notata adeas. Mediam quandam significationem inter activam et passivam habere hujusmodi verbalia, in ιμος desinentia, notavit Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Agam. 9. Frequentius tamen passive usurpatur hæc vox κούριμος.

967. ἕτερος pro ἑτέροις ob metrum reposui. Porson.

969. αἰὼν *Vita.* Sæpe hanc significationem apud Euripidem habet. Hesych. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει.

970. Quod supra 6 vocaverat πέτρον, cum hîc vocat οὐρανοῦ καὶ μέσον χθονὸς τεταμέναν αἰωρήμασι πέτραν, satis sibi constat. Sed cum addit, ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλυ Ὀλύμπου, puros mythologiæ fontes philosophia corrumpere videtur. Scholiastæ enim, cum Nostri ad hunc locum, tum Apollonii Rhodii I. 498. tradunt, Anaxagoram μύδρον sive λίθον διάπυρον dixisse solem, quam sententiam memorat Xenophon Mem. IV. 7, 7. Scholiastes Pindari ad Olymp. I. 97. ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. τὸν γὰρ Τάνταλον, φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν· ὥστε καὶ ἐπῃωρῆσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοί φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος. καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν, πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον. Deinde citat utrumque ex Oreste locum. Porson. Ordo ita constituendus esse videtur: μόλοιμι αἰωρήμασι πέτραν τὰν μέσον οὐρανοῦ καὶ χθονὸς ἁλύσεσι χρυσέαις τεταμέναν, βῶλον (scil.) φερομέναν δίν. ἐ. Ὀλύμπου.

975. ἀναβοάσω. Ald. et MSS. plures. ἀναβοάσωμαι II. Quare dedi ἀναβοάσομαι ex Schol. Aristoph. Plut. 639. ἵνα est *ubi.* Porson.

979. τὸ πτανὸν Ald. et MSS. Mutavi in ποτανόν. Porson.

δίωγμα Facius interpretatur de *celeri motu et cursu*, et conferri jubet Soph. Elect. 505. sq. Beck. De Myrtili cæde vide Tzetzen ad Lycophron. v. 156.

981. πελάγεσι διεδίφρευσε, *mare cursu trajecit.*

982. φόνον Facius accepit de *cadavere*, ut v. 1343. 1479.

988. Musgravium recte secutus est Porsonus, verba λόχευμα ποιμνίοισιν post v. 990 transponentem, adeo ut ποιμνίοισι cum Ἀτρέος ἱπποβάτα, (ita enim legendum,) conjungantur, et χρυσόμαλλον ἀρνὸς λόχευμα ad Μαιάδος τόκου referantur.

999. Verte, *Thyesteas dapes, sic nominatas de Thyeste.* Porson. Ita Miltonus noster: *Thyestean Banquet.* In proverbium abiisse cænam Thyesteam monet Blomfield. ad Æsch. Agam. 1213. Post Θυέστου plenam interpunctionem posuit Porsonus: dubitandum, an recte.

1009. ἰθύνων. Ald. et. MSS. Porsonus edidit, ex Heathii conjectura, ὀρθῶν. Supra 395. ὤρθευεν δέμας.

1010. παρασείρος. Proprie, *Equus, qui ad alius latus jugatus trahit.* Beck.

1012. νερτέρου ut ex membr. edidit Brunckius. Male. Dicitur νερτέρων πυρᾶς, ut νερτέρων στέφη, Troad. 1239. Porson.

1013. ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασι. Phrasis ab Homero, Il. A. 587. et alibi, ad alios poëtas transiit, ut ad Theocrit. IV. 7. Noster, Hipp. 1255. ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασι Τὸν τᾶμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη. Porson. Eandem formulam in Soph. Trach. 241. 748. profert Monkius. De constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 401. obs. 2.

1016. στέρξεις, i. e. ὑπομενεῖς, οἴσεις. Eodem sensu occurrit Soph. Ant. 291. Æsch. Prom. 11.

1020. χερός. Morem, quo suffragia ferebantur, respicere videtur: quem et depictum dedit Æschylus Suppl. 615. Musgr.

1030. Similis est ellipsis in fragmento Inûs apud Stobæum, XCIV. p. 381. Μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος, εὖ πράξας ποτὲ, Ζητῶν τὰ πλείον', εἶτα πάντ' ἀπώλεσε. Porson.

1032. Retinenda est vulgata Ἄλις τὸ μητρὸς αἷμ' ἔχω· σὲ δ' οὐ κτενῶ. αἷμ'· ἐγὼ δέ σ' aliqui MSS. quod speciem quidem præ se fert. Sed merum esse errorem inde liquet, quod alii habent, αἷμ'· ἐγὼ σὲ δ'. Variam tamen lectionem confirmare quodammodo videtur Iph. T. 976. ubi idem Orestes loquitur, Οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς· Ἄλις τὸ κείνης αἷμα. Sed vulgatam defendit Magister v. ἔχω. Mox αὐτόχειρι cum Aldo servavi, et distinctionem

addidi. In Sophoclis quoque Electr. 1019. adjectivum est, non adverbium, αὐτόχειρι. Dicitur αὐτόχειρι τρόπῳ, ut ἑκουσίῳ τρόπῳ. Med. 746. ποιητῷ τρόπῳ. Hel. 1547. Porson.

1034. οὐδὲν σοῦ ξίφους λελείψομαι. h. e. *Gladius, qui te percutiet, mihi quoque non deerit.* Simili sensu λείπεσθαι adhibetur. vv. 80. 206. 1078. Facius.

1044. προσφθέγματ' ἀμφὶ Ald. et MSS. fere omnes. ἄρτι pro ἀμφὶ Musgravius, quod Brunckius recepit, simul tamen conjiciens, προσφθέγμαθ' ἡμῖν, quod ex H. edidi. Idem fere versus supra 1019. Porson.

1046. τέχνασμά τι edidit Brunckius ex conjectura, et inter monumentum et thecam distinguit. Sed hoc est paullo argutius. Recte vocatur μνῆμα, quicquid mortuos tegit, vel ornat. Sed suspicor eum, plurali nomine offensum, eo facilius conjecturæ huic locum dedisse. Male enim eadem de causa τεχνήματα a Sophocle, Philoct. 36. de uno poculo dictum, sollicitavit. Idem, Antig. 568. νυμφεῖα de Antigona; noster, Hec. 262. προσφάγματα de una victima, Hipp. 11. παιδεύματα de Hippolyto solo; Androm. 1249. συγκοιμήματα de Thetide; Troad. 258. νυμφευτήρια de Cassandra, dixere. Ovid. Met. XV. 163. *Cognovi* CLYPEUM, *lævæ* GESTAMINA *nostræ.* Porson. Vide Matt. Gr. Gr. §. 431.

1067. Porsonus post γε interpunxit.—Parum refert.

1075. ὄμμ' Ald. H. unus Leidensis, sed longe plurimi ὄνομ' habent. Et cum hæc vocabula facillime permutentur (supra enim 1039. ὄμμ' L.) cum utraque periphrasis sit tragicis usitata, dissentientibus quidem MSS. quid sit verum, difficile est interdum statuere; consentientibus vero, nihil mutandum; quocirca Frederici Jacobi conjecturam in Hec. 432. προσειπεῖν γὰρ σὸν ὄμμ' ἔτ' ἔστι μοι, ut inutilem, prætermisi; sed eam, occasione oblata, nunc paucis examinabo. Ac primum illud quærere subit, quid mendosum est in vulgari lectione? An vitiosum est προσειπεῖν ὄνομα? Quare? Quia nusquam alibi occurrit. Occurratne alibi, an non, nescio; sed cur non protulisti loca, ubi προσειπεῖν ὄμμα occurrat? Jam si nusquam ea verba conjuncta reperiantur, cujusmodi dialectices est, semel dictum ejicere, ut nunquam dictum substituas? Quanquam, ut verum fatear προσαυδᾶν ὄμμα exstare videtur apud Æschyl. Choëph. 236. Ibi tamen Valckenærius legit ὄνομα: de ὄμματος in loco Phœnissarum 412. quæ est viri docti conjectura, non clare loquitur. Mihi quidem omnino in his locis recepta lectio servanda videtur. Porson.

1079. Musgravius confert votum Hippolyti. 1027. quod Eustathius ad Iliad H. p. 538, 19. de corporis humani partibus post mortem ad elementa redeuntibus, et cum iis commiscentibus, intelligit. Illud autem melius exponere Barnesius Monkio videtur, de sepultura incestis denegata.

1085. κατῄνεσα Brunckius; sed illam vocem opinor dici tantum de τῷ κυρίῳ, ut Iph. A. 685. quocum confer 693. et supra 1072. infra 1652. 1667. 1670. PORSON.

1099. τὸ ἕτοιμον, *promptitudo*. Eodem modo dicitur τὸ βάρβαρον pro οἱ βάρβαροι, Hec. 1105. τὸ νεὸν pro *juventute*, Androm. 184. τὸ ὑπεργήρων pro extrema senectute, Æsch. Agam. 78. τὸ ξυγγενὲς pro ἡ ξυγγένεια Prom. V. 39. 297. quæ congessit Blomfieldius ad Agamemnonis locum citatum. Addas etiam τὸ συνετὸν, *prudentiam*, infra v. 1173. τὸ πρόθυμον pro ἡ προθυμία Med. 180. Similiter in plurali τὰ πίστα pro ἡ πίστις, Phœn. 268. τὰ ἔνδικα pro ἡ δίκη. 274. Vide Matt. Gr. Gr. §. 267. 1.

1101. Menelaus et Helena hæreditatem Orestis spe devorarant. Omnia igitur obsignabant. Quod si quis hæc esse humiliora quam pro tragœdiæ dignitate objiciat, meminerit, ob hoc ipsum male audiisse Euripidem, quod ad res minutas et domesticas Melpomenen detruserit. Confer Aristoph. Ran. 1002—1019. PORSON.

1102. Cf. Soph. Ant. 654. 816. Nostri Iph. A. 451. Elect. 1148. et plurima Tragicorum loca, quibus fingunt morituras Orco desponsatas.

1109. Variant MS. inter οὐ χάζομαι et οὐχ ἅζομαι, et eadem est varietas in Alcest. 338. In utrobique autem loco posteriorem lectionem veram esse censet Monkius post Elmsleium ad Heraclid. 600. (599.) Neque verbum alibi apud Tragicos cum infinitivo sensu *recusandi* adhibitum exstare docet. Ita tamen significat in Apoll. Rhod. IV. χάζεσθε φίλοι πάτρηδε νέεσθαι. Apud Homerum *recedere* valet.

1125. Confert Barnesius Virgilium, Æn. II. 575. de eadem Helena loquentem:—*Exarsere ignes animo; subit ira cadentem Ulcisci patriam; et sceleratas sumere pœnas. Namque etsi nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem; Extinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentes Laudabor pœnas; animumque explesse juvabit Ultricis flammæ, et cineres satiasse meorum.*

1132. αἷμ' ἐπράξαμεν. Sic nonnunquam Latini *facere sanguinem* et *sanguis factus*. JORTIN. Cf. v. 396.

1144. Confert Brunckius Soph. Elect. 1319. ὡς ἐγὼ μόνη

Οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον· ἢ γὰρ ἂν καλῶς Ἔσωσ' ἐμαυτὴν, ἢ καλῶς ἀπωλόμην.

1146. ἀξία στυγεῖν, pro στυγεῖσθαι. Activum pro passivo. Sic Thucyd. I. 138. ἄξιος θαυμάσαι. Confer II. 40.

1154. παύσομαι σ' αἰνῶν. Ita Ald. et plerique MSS. παύσομαι δέ σ' αἰνῶν K. unde παύσομαι δ' αἰνῶν σ', fecit Porsonus.

1155. Simile habes dictum, Iph. A. 968. Αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν. BECK.

1157. δρᾶν τί est *malo afficere aliquem, alicui nocere* ut v. 1184. Med. 96. 286. ποιεῖν cum κακουργεῖν permutat Xenophon. de re Eq. VI. 4. 5.

1158. ἀνταναλώσω μὲν divisim edidi cum Morello, quod melius connectitur cum δὲ sequente. PORSON.

1162. ἔσχεν, ὃν οὐ κ. Ald. ἔσχεν ὃν κ. L. quod defendi possit, vertendo, *quem dedecorabo, si servili morte occumbam.* Sed nihil necesse. PORSON.

1166. Verte: *Si scilicet alicunde insperata salus accidat.* HEATH.

1168, 9. Constructio videtur esse μύθοις [πράγματος] ὃ βούλομαι. MUSGR.

1175. τὸ λέγειν Ald. et pars codicum. τὸ μέλλειν multi, quod optime cum accusativo constructum illustrat Musgravius, præsertim ex Iph. A. 1104. οἶσθα γὰρ πατρὸς Πάντως ἃ μέλλει. PORSON.

1179. ὑποτιθείς τιν' Ald. ὑποτιθεὶς τίν' Augustani duo. Edidit ex membr. Brunckius ὑποτιθεῖσα, ut ad Hermionem referatur, quod valde durum est, ut de anapæsto in quinta sede taceam, quem ille ne ex quarta quidem excluderet. Sed plures MSS. ὑποτίθης τίν', quod rectissimum est. *Quem spem suggeris?* Hel. 826. Τί χρῆμα δρᾶσαι; τίν' ὑπάγεις μ' εἰς ἐλπίδα. PORSON.

1180. ὑπὲρ μητρὸς vertendum cum Heathio *vice matris;* vide supra v. 112. τάφου Ald. τάφον alii. Sed Brunckius e membr. R. dedit τάφῳ, et ita distinguit: κατασπείσησ', ὑπὲρ μητρός, τάφῳ. Præterea notat κατασπένδω cum accusativo constructum infra v. 1232. ubi tamen δακρύοις σε pro δάκρυα σοι positum esse videtur.

1193. πολὺς, *Vehemens, furens.* Sed vide omnino doctissimum Bentleium ad Horat. Sat. I. 7. 28.

1197. κεκτημένη ad φρένας et σῶμα referendum esse, et per *quæ geris, quæ habes,* verti debere monet Brunck. BECK.

1202. ἢ Ald. et codices nescio an omnes. Brunckius edidit ἣ ex conjectura. Poteris et ἧς legere. PORSON.

1205. καλλισθ' ad εἶπας referendum hoc sensu: *Quonam autem tempore, &c. (dic etiam hoc,) quum et reliqua præclare dixeris.* BECK. Jungenda sunt εὐτυχήσομεν ἑλόντες, ut ηὐτύχει βαλὼν Iph. T. 319. PORSON.

1213. γέγωνε. *Clamorem ede*, a γεγώνω. Dicitur et γεγωνέω et γεγωνίσκω, sed γεγωνέω frequentiorem esse formam monet Blomfieldius ad Æsch. Prom. 201.

1229. 'Εγὼ δ' ἐπεκέλευσα MS. apud Musgravium. Κἀγὼ δ' ἐπεκέλευσα Schol. Pro ἐπεκέλευσα Musgravii conjecturam ἐπεγκέλευσα recepit Brunckius, augmento omisso. ἐπένευσα H. et in margine ἐπεβήλευσα, quod habent plerique. ἐβήλευσα R. Solus eorum, quos contuli, γ' addit K. sed recte. Ubi persona secunda prioris sententiam auget aut corrigit, post δὲ, modo interposito, modo non interposito alio verbo, sequitur particula γε, ut mox 1232. Utriusque formulæ exemplum occurrit Sophocl. Aj. 1150. Aristoph. Eq. 355. 362. 363. PORSON.

1231. Ponitur ὄνειδος de exprobratione cum bene tum male factorum, unde interdum i. q. κλεός. Phœn. 821. FACIUS. Confer. Helen. 1009. Soph. Elect. 1074. Æsch. Choëph. 493. MUSGR.

1239. τὰ πρῶτα, *primores*. Vide ad Hecub. 777.

1241. αὔταν pro αὐδὰν ex conjectura Musgravii adoptavit Brunckius, quod verum videtur. In antistrophico audacter, sed feliciter rescripsit Brunckius φαντάζεται pro προσέρχεται, cujus conjecturam confirmat D. Sed ne sic quidem *æquantur metra*, quod putat Brunckius; πότνια enim semper ultimam corripit, quare malui addere ὦ ex Parisiensium uno. PORSON.

1243. Femininum et hîc et infra 1251, 1252, dat Aldus cum parte codicum. Masculinum alii. Utrumque agnoscit Eustathius ad Il. A. p. 74, 2. ἔτι δὲ καὶ ἡ τρίβος, καὶ ὁ τρίβος, ὡς Εὐριπίδης γράφει. PORSON. Similiter Moschopulus de τῷ οἴμῳ in versu sequenti: γράφεται δὲ ϗ ὁ οἶμος ϗ ἡ οἶμος. 'Αμαξήρη autem est *publicam, in qua* scil. currus feruntur. Ducta est vox ab ἄρω, cujus composita Blomfieldius illustravit in Gloss. ad Æsch. Agam. 871. Notanda est etiam Ellipsis prepositionis κατὰ, ut in Hipp. 1124. τὸν ἀμφὶ λίμνας τρόχον κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππης.

1245. Constructio eadem est ac si dixisset, τὶ χρῆμα καλεῖς με; est enim ἀπύειν *vocare*. Vid. Hom. Od. K. 399. et A. 83. MUSGR.

1247. Heathius ita reddit: *Metus mihi incidit, nequis prope ædes collocatus ad observandum, an nobis necem intule-*

rimus, clades alias cladibus aliis superadditas deprehendat. Hæc scilicet ab Electra dici metuente, ne patefiant fratris et Pyladis incepta ante facinus patratum. BECK.

1253. δόχμια, *oblique*, adverbialiter. Lege, κόρας.

1254. Vulgo εἶτ' ἐπ' ἄλλην σκόπιαν. Optimè conjecit Porsonus εἶτα παλινσκοπίαν, "quod compositum," inquit, "licet ipsius exemplum nusquam invenerim, ejusdem est generis cujus ἀλαοσκοπιὰ, ἱεροσκοπιὰ, et forsan alia. Neque durior est junctura, quam in παλινστομεῖν, παλίνσκιος, παλινστρόβητος, quæ usurpant Æschylus, Sophocles, Lycophron. Si hanc conjecturam probas, verte, *Dispicite illinc huc, deinde in contrariam partem.*"

1256. Melius ad sensum, nec pejus ad metrum edidit Porsonus βλέφαρα κόραισι, δίδοτε διὰ βοστρύχων πάντῃ.

1258. φαντάζεται Brunckius ad lacunam supplendam conjecit, quod confirmat Phœniss. 93. ἐν τρίβῳ φαντάζεται. Vide ad v. 1241.

1269. Vide ad Hecub. 731.

1270. ἀκοὰν, *strepitum, qui audiri potest.* Conf. Il. Π. 634. MUSGR.

1274. Legitur et ἐκκεκώφωνται et ἐκκεκώφηνται et ἐκκεκώφηται, [Porsonus ἐκκεκώφωται.] Quod si pluraliter, de Oreste et Pylade sumendum, et τὸ ξίφη *Synecdochicè* in accusativo. BARNES. Pro hac vocali, ω scilicet, fortiter pugnat analogia, ut prope de altera in exilium abigenda cogitarem, nisi omnes MSS. et editiones in Aristoph. Eq. 312. haberent ἐκκεκώφηκας, cui in forma vocis consentit Suidas v. ἀνακεκώφηκας. Sed veterem lectionem optime defendunt Athenæus V. p. 188. C. Τὰ δὲ μειράκια τὰ ὡς τὸν Μενέλαον παραγενόμενα, ὁ Νέστορος υἱὸς καὶ ὁ Τηλέμαχος, ἐν οἴνῳ ὄντες καὶ ἐν γαμικῷ συμποσίῳ διατρίβοντες, καὶ τῆς Ἑλένης παρακαθημένης, ὡς πρέπον ἐστὶν, ἡσυχίαν ἄγουσι, πρὸς τὸ περιβόητον ἐκκεκωφωμένοι κάλλος. Inter ἐκκεκώφηται et ἐκκεκώφωται fluctuant Luciani codices, Bis Accusat. 1. T. II. p. 792. Quare judicet lector. Rationem autem metaphoræ sic concipe. Κωφὸς apud antiquos aut *surdus* aut *mutus* sonat. Sed hic *mutus* est, quod ferri acies στόμα vel στόμωμα vocatur. Hinc etiam explicandum Homericum illud, Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος. PORSON.

1276. μέλαθρα προσμίξει. Hoc verbum, quod videtur, cum accusativo nusquam alibi occurrit. Canterus igitur προσήξει conjecit. Brunckius autem vulgatam ita explicat, μίξει πρὸς μέλαθρα; quo sensu multis verbis, quæ proprie dativum re-

gunt, ut προσκύρω, ἐπαρκέω, ὑπαντάω, συντυγχάνω, a poetis interdum additur accusativus. Vide Matt. Gr. Gr. §. 425.

1280. Lege cum Porsono πάντα.

1282. Vulgo ἠκούσατ'; ἄνδρες. Articulum addidi. Porson.

1296. κτύπε Ald. et plures MSS. sed κτύπον edidi ex M. R. quod accusativus paullo melius rei jungitur. Porson.

1303. Kingius ex MSS. Bodleianis πεπραγμένων. Sed de audaci facinore δρᾶσαι plerumque dicitur, non πρᾶξαι. Musgr.

1304. σκυθρωποὺς, *torvas*. Confer Æsch. Choëph. 726. sqq. et ibi Blomfieldium in Glossario.

1310. τηλουρὸς, *Longinquus*. Vocem illustravit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 1.

1315. ἄραρεν Ald. sed omnes fere MSS. ἄραρ' et δ' retinent, quod omittunt membranæ: ἄραρε secundam producit, et pertinet ad eam Dorismorum classem, quam tetigi supra 26. Recte igitur hanc lectionem probavit Barnesius, edidit Morellus. Porson. Ad hanc classem refert Monkius ϑᾶκος cum compositis, γάπονος, γαπετὴς, γάπεδον, γάμορος, γάποτος, γάτομος, κάρανον et ex eo composita. Ἄραρε, *firmiter decretum est.* Hesych. ἄραρε· κέκριται.

1320. Pro τἄρ' recte edidit Porsonus γ' ἄρ'.

1322. Vide ad Hec. 825.

1330. τοὐπ' ἐμοὶ Ald. et plerique MSS. hiatu non ferendo, quem miror a tot editoribus relictum. τοὐπ' ἔμ' K. ut edidit Morellus. In Hec. 509. Alc. 682. Rhes. 394. τοὐπί σ' occurrit, in Iph. A. 1533, si modo locus iste genuinus est, τοὐπ' ἔμ'; in quibus exemplis οι non potest elidi. Hæc phrasis duplicem interpretationem recipit: *quod in mea potestate est*, et, *quod ad me attinet*. Sophocles, Antig. 889. ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην. Priscianus, XVIII. p. 1209. 17. Λυσίας κατ' Ἀγοράτου ἐνδείξεως· Καὶ τό γε ἐπ' ἐκεῖνον ἐσώθης. quæ corruptissime ibi exstant. Porson. Vide Matt. Gr. Gr. §. 282.

1338. Sensus causa Facius corrigendum putat, μὴ 'γείρετε vel οὐ 'γείρετε. verum enimvero indicativus est ἐγείρετε, minime imperativus.

1355. Facius monet θανάτου ad ξίφος pertinere, et ἐκ cum πέφευγα jungi debere, ut sententia sit: *Argirum mortis*, h. e. *mortiferum ensem effugi*. Idem memorabilem Phrygis saltum explicari posse credit e structura ædium apud Græcos, quarum thalami in aulam internam spectabant; Phrygem thalamo inclusum, et ex eo aufugientem, super pinnacula in aulam desiluisse, et dein per fores ædium exiisse. Nam πασ-

τάδες indicant vel locum, ubi convivia celebrantur, vel thalamos. BECK.

1356. Videntur εὐμαρίδες *calceamenti genus* fuisse delicatioribus tantum usitatum: unde et Dario tribuuntur Æsch. Pers. 855. Unde ad timiditatem Phrygis spectare videtur poeta, quasi dixisset; *Non expectabam equidem, dum calceos, foris prodeuntibus aptiores, induerem: soleatus, ut eram, aufugi.* MUSGR. Hesych. εὔμαρις· εἶδος ὑποδήματος.

1357. ὑπὲρ non tantum *supra*, sed, docentibus etiam Lexicis, *ultra* quoque, *trans*, *extra*, significat. Notum est proverbium, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν. Valet id in compositis maxime verbis. Sic ὑπερβάλλειν ὄρους Diod. Sic. ὑπερβαλὼν πύλας. Noster Alcest. 812. 847. Suppl. 1053. Ion. 46. unde et Hecub. 53. ὑπὲρ σκηνὴν legendum conjeci. Per portam exitum fuisse patet ex versu 1353. MUSGR.

1358. τριγλύφους. Vide ad Iph. T. 113.

1359. Heathius et Facius hæc accipiunt, quasi Phryx nesciret, in terra peregrina, unde Orestis ensem effugeret; atque vertunt: *Incognita est terra.* Sed hoc nemo fortasse intellexerit. Melius igitur cum Musgravio φροῦδα, φροῦδα cum πέφευγα construendum videtur, adeo ut sensus sit, πέφευγα, ὥστε φροῦδος εἶναι. Quod sequitur, interjectio est, ut infra v. 1487. et Hippol. v. 596.

1363. ταυρόκρανος. Sophocles de Acheloo Trachin. 13. βούκρανος. Aufidus *tauriformis* apud Horatium. Hæc autem fluviorum epitheta non designant, ut opinor, caput taurinum, sed cornua taurina humano capiti affixa. Talem Deum fluvium pictum vide apud Moutfaucon. T. III. P. I. p. 188. Herc. F. 372. χρυσοκάρανον Δόρκαν, i. e. *aureis cornibus.* Loquitur de cervo aureis cornibus et æreis pedibus insigni, qui inter labores Herculeos memoratur. JORTIN. Virg. Æn. VIII. 77. Corniger *Hesperidum fluvius regnator aquarum.*

1369. ἁρμάτειον μέλος certum harmoniæ genus est, quod ἁρμάτειον νόμον vocat Plutarchus Op. Mor. pp. 596. 2077. Ed. Steph. Etymologiam vocis investigare vix tanti est. MUSGR. Post μέλος intellige *canam*, vel *canens.*

1370. Vide infra ad v. 1381. MUSGR.

1371. Respicit auctor Fabulam de Cygni cum Leda consuetudine. Simul atque in animo habuisse videtur candorem et pulchritudinem Helenæ, unde haud dubiè fabulæ origo. Constructio igitur est: τὰς κυκνοπτέρου καλλοσύνας, *pulchritudinis cycni alas æmulantis.* Rhes. 614. στίλβουσι δ', ὥστε ποταμίου κύκνου πτερόν. MUSGR.

1376. Optime animadvertit Heathius, inter causas excidii Trojæ non infimam habitam fuisse Iram Junonis ob raptum Ganymedis. Colligi id potest ex Æneid. I. 28. Musgr.

1377. ἱπποσύνα εὐνέτα, i. e. ἱπποσύνυ εὐνέτυ. Subaud. ἕνεκα.

1380. ἀρχὰν, pro κατὰ ἀρχάν.

1381. De Barbarorum luctu vide Herodot. VI. 58. Ceterum lamentorum genus, ut Asiaticis proprium, commemoratur Iph. T. 173. Musgr.

1384. ἄϊδα in genitivo legendum. Ensis enim morti a poetis attribui solet: vid. Alcest. 76. Soph. Ant. 610. Musgr.

1388. ἀνὴρ addunt fere omnes MSS. unde Porsonus dedit κακόμητις ἀνήρ.

1392. πρόνοια hic est *dolus, machinatio dolosa.* Facius.

1400. Facius monet in Phrygis oratione esse multas verborum repetitiones de industria adhibitas, ut servus præ timore balbutire videatur. Beck.

1405. ἀρκυστάταν μηχανὰν, *fraudem retiariam.* ἀρκύστατος adjectivè occurrit Æsch. Agam. 1376. adeo ut Musgravii objectio nihili est.

1410. Rara apud veteris flabellorum mentio; quibus Eunuchorum proprium fuit munus ventulum facere. Musgr. Facius.

1411. Voce hac αἴσσειν, activo sensu usurpata, adeo offensi sunt viri præstantissimi, Wesselingius, Ruhnkenius, Piersonus, ut hîc et in Bacch. 133. et alibi in αἰθύσσειν mutent, in Soph. Aj. 40. pro ᾖξεν χέρα Ruhnkenius ᾖξεν χερὶ substituat. Sed verba quæ motum significant, recte accusativum adsciscunt instrumenti aut membri, quod præcipue adhibetur. Sic πᾶ πόδ' ἐπάξας Hec. 1048. ubi πόδα multo facilius quam ποδί. Ibid. 53. περᾷ πόδα. βαίνω apud Atticos neutrale est verbum; βαίνειν tamen πόδα dixit Euripides, Electr. 94. 1177. Imo Aristophanes, Eccles. 161. Ἐκκλησιάσουσ' οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα Τὸν ἕτερον, εἰ μὴ ταῦτ' ἀκριβωθήσεται. Mox 1455. Μυκηνίδ' ἀρβύλαν προβάς. Phœniss. 1412. Προβὰς δὲ κῶλον δεξιόν. Sophocles apud Photium MS. in nota ad Hesych. v. Ὄχος Ἀκεσταῖος. Suid. v. Ὄχανον. Ὄχοις Ἀκεσταίοισιν ἐμβεβὼς πόδα. At enim, dices, rectum forte αἴσσειν χέρα, ideone recta αἴσσειν αὔραν, φλόγα? Respondeo, verbum αἴσσω revera esse activum; quippe cujus passivum αἴσσομαι adhibeat, ut Homerum taceam, Sophocles, Œd. C. 1261. Porson. Porsoni exemplis adde, Helen. 35. τὰ δ' αὖ Διὸς Βουλεύματ' ἄλλα τοῖσδε συμβαίνει κακοῖς. 1632. εἰς δὲ γαῖαν ἐξέβησέ σοι Τάδ' ἀγγελοῦντα.

1420. ἴχνος, *pedem.* Vide ad Hecub. 1035.

1422. ἑστίας. Religio erat veteribus, preces, quas ἀφ' ἑστίας aliquis fundebat, aspernari. Hinc Themistocles ad Admeti ἑστίαν confugit, Diod. Sic. Lib. XI. c. 56. Theramenes, vim metuens, in βουλαίαν ἑστίαν insiluit. Idem Lib. XIV. c. 4. Confer et Lib. IV. c. 50. MUSGR.

1425. ὧν ἔμελλεν· *eorum quæ facturus erat,* Orestes scilicet. HEATH.

1428. Barnesius vertit, quasi ἀλλ' ἀεὶ κακοὶ ellipticè positum esset pro ἀλλ' ἀεὶ κακοὶ ἔσεσθε. Mihi hyperbaton esse videtur, pro ἀλλ' οὐκ ἐκποδὼν ἴτ', ἀεὶ κακοὶ Φρύγες; MUSGR.

1431. ἐν ἐξέδραισι. *in conclavibus exterioribus.* HEATH. *Exhedra,* secundum Ernestium in Clavi Ciceroniana, est locus in porticibus, villarum imprimis, pluribus instructus sedibus, ut ibi consideri, disputandi causa, possit. Plutarchus in Bruto: στοὰ—ἐξέδραν ἔχουσα, p. 1811. ed. Steph. Iterum p. 1813. τῆς βουλῆς εἰς τὴν ἐξέδραν προεισελθούσης. MUSGR.

1438. Post τυράννων interpungendum et dein verborum sententia hoc est: *circa purpurea Helenæ vestimenta, gladios tenebrarum favore strictos manibus tenebant.* FACIUS.

1443. ὀρέστερος Hesychius explicat ἄγριος.—ἄντιοι σταθέντες. Herod. IX. 18. ἄντιοι ἔστασαν. BECK.

1451. Hesych. κτύπει· τῇ χειρὶ κρούει. MUSGR.

1456. ἀνακλᾷν esse verbum proprium de iis, qui victimas attollunt, et in altum educunt, monet Facius. BECK.

1457. λαιμῶν. Sic Aldus et non pauci Codices. λαιμὸν ex membr. et aliis Brunck. et elegantius εἴσω cum Accusativo construitur, ut Ἴλιον εἴσω, Iliad A. 71. PORSON. MUSGR.

1459. πῶ δῆτ' ἀμύνειν—Subaud. ὥστε. *Phryges, qui auxilium ferre possent.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. d.

1460. Ἰακχᾷ, pro σὺν ἰακχᾷ, et conjungi debet cum ἐκβαλόντες, *cum clamore ejicientes,* &c. BECK.

1464. ξίφος πρόκωπον est *ensis strictus,* aut saltem *cujus capulo manus est admota.* Lucian de domo, c. 30. πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος. HEATH. MUSGR.

1467. τρικόρυθος. Τριλοφίαν respicit, genus galeæ, tribus cristis insignitum, Ducibus Tribunisque, ut videtur, proprium. Vid. Plutarchum in Arato p. 1904, 1905. ed. Steph. Aristoph. Aves. 94. ibique Schol. Eundem Pac. 1173. MUSGR. Vide etiam Blomfieldii Gloss. ad Æsch. Theb. 380.

1475. θανάτου προβολάν, *mortis propulsationem, contra mortem tutamen.* In λισσόμενος subauditum continetur λιτὴν, cui voci hæc per appositionem cohærent. HEATH. Ita sæpe

per appositionem absolute ponitur accusativus. Cf. v. 1098. Vide Matt. Gr. Gr. 426. 1.

1477. νεκροὶ δ' ἔπιπτον. Ellipsis est per οἱ μὲν supplenda. Νεκροὶ δὲ οἱ μὲν ἔπιπτον, οἱ δὲ ἔμελλον. *Mortui vero alii tum maxime cadebant, alii mox casuri erant, alii jam ceciderant.* Vide ad Iph. T. 1315. Musgr.

1481. ἄθυρσοι Βάκχαι. *Bacchæ sine thyrsis*, i. e. *Bacchæ quidem, non tamen propriæ Bacchæ.* Poetis mos est, quod monet Blomfieldius ad Æsch. Agam. 81. cum tropum paullo audaciorem adhibeant, epithetum statim adjungere, quod notionem ejus circumscribat et definiat. Similiter v. 309. supra Eumenidum chorea θίασος vocatur; sed cum hæc vox Baccharum proprie sit, ἀβάκχευτος dicitur. Copiose et diserte hunc morem illustravit vir doctus in loco.

1483. Vertas: *Et iterum Jovis filiam ad cædem extenderunt:* scil. tanquam victimam, quam mactantes humi prosternere solebant. Facius.

1495. Vereor, ne plerisque lectoribus hodiernis hæc scena multis partibus justo longior videatur, et tragicæ gravitati non ubique conveniens. Musgravius existimat, sub Phrygis persona Persarum mollitiem atque timiditatem auditorum Atheniensium risui et contemptui exponere voluisse Euripidem. Porson.

1504. Heath vertit: *Ego quidem, ut ad te defendendum adcurretur*, scil. *clamorem edidi.* Beck.

1510. Forma loquendi fluxit ab Homero Il. O. 39. *Testis sit* Σή θ' ἱερὴ κεφαλὴ καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν Κουρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μὰψ ὀμόσαιμι. Plato Alcib. I. p. 295, 25. ed. Ald. Μὰ τὸν Φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι. Porson.

1511. Interrogationis notam amoveri censet Facius, ita vertens: *Quemadmodum tibi nunc, sic etiam apud Trojam omnibus Phrygibus, ferrum fuit terrori.* Sed ita sententia, utpote falsa, minime capienda est.

1520. τλῆναι. Vide ad Alcest. 286.

1532. Facius conjungit δόμος cum ἀμφὶ τὰς Ἀτρείδας, quod dictum sit pro δόμος Ἀτρειδῶν. Beck.

1547. ὦ κατὰ στ. Ἀτρεῖδαι; Orestes, Pylades et Electra sunt in palatio, altiusque collocati, quam Menelaus et Chorus. Beck.

1549. ἥκω. Vide ad Hecub. 1.

1553. κενὴν βάξιν, *inanem Sermonem.* Illum enim Menelaus rerum esse non credebat, nec poterat credere. καινὴν vero,

vel ξένην, [quod conjicit Musgr.] de re quidem *nova* et inusitata dicitur, sed tamen *possibili*, quale esse Menelao non videbatur, quod de Helena narratum illi fuerat. BRUNCK.

1557. ἀλλὰ, *saltem*, ut Herc. F. 328. FACIUS.

1559. Tautologian hanc defendit Brunckius, sed mihi quidem non satisfacit. Pro τάλαιναν Musgravius conjicit Λάκαιναν, quod recte rejicit Brunckius. Puto tamen nomen proprium omissum, Τυνδαρίδα scilicet, in ejusque locum vocem ἀθλίαν invasisse. Similiter Clytæmnestra in hac fabula 814, jamjam se ab Oreste occisum iri exspectans, Τυνδαρὶς τάλαινα vocatur. Elect. 810. καὶ τὴν κατ' οἴκους Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμήν. PORSON.

1563. πεπύργωσαι, *Elatus es, Superbis.* Hesych. πυργοῦται, ὑψοῦται.

1564. Vide ad Troad. 493.

1569. πυργηροῦσθαι, h. l. non passivam, sed mediam significationem habet, observante Facio; neque enim obsessi tenebantur Orestes et Pylades, sed in summis ædium muris stabant. BECK.

1575. κατέσχόν, scil. Ἑλένης φόνον. FACIUS.

1584. τὸ παρὸν αἷμα, *cædes nuper facta.* Sed πάρος eleganter corrigit Marklandus ad Iph. A. 456. quod receperunt Brunckius et Porsonus.

1588. Similia Herodotea I. 128. III. 36. quæ comparavit Valckenær. ad Herod. p. 213. BECK.

1597. χερνίβων. Scilicet scelere contaminati nec ad sacrificia, nec ad mallurium, admittebantur. FACIUS. De hac voce vide ad Alcest. 100.

1599. Hippol. 316. χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.

1602. Pronomen, μ' post γὰρ addidit Kingius, sed exemplum desidero, ubi ἁνδάνω accusativum regit. In loco enim Theognidis perspicue legendum, Οὐδ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων, ut modo dixerat πᾶσιν ἁδεῖν. PORSON. Brunckius tamen legit ἁνδάνουσα πολίταις, Med. 12. neque dubitandum est quin simile verbum ἀρέσκω cum accusativo et dativo pariter conjungi solet. Supra. v. 200. οὐ γάρ μ' ἀρέσκει τῷ λίαν παρειμένῳ. Hipp. 105. οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν. 183. οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν. Vide Matt. Gr. Gr. §. 383. Obs.

1606. πειθὼ nomen esse, non verbum, ideoque accentum mutandum, monuere viri docti. PORSON.

1611. ἀνωφελὴς Facius vertit *hostis, nequam,* quo sensu ἀνωφελὴς et ἀχρεῖος interdum ponuntur. Vide, ipso laudante, Æsch. Prom. 363. Clark. ad Hom. Il. B. 269. BECK.

1624. Ἑλένα μὲν ἣν Ald. Ἑλένην et ἣν MSS. magno consensu, sed Brunckius edidit Ἑλένη et ἧς, in quo bis peccavit. Melius enim articulus a διολέσαι, quam ab ἥμαρτες, regitur. Ab altero sollicitando eum deterrere debebat vel illud Virgilianum, *Urbem, quam statuo, vestra est.* Duo hujus structuræ exempla dedit Kusterus ad Aristoph. Plut. 55. ejus fabulæ nempe v. 200. et Lysistr. 409. Idem prope licentiæ genus est, cum nomen sequitur articulum, non præcedit, ut Bacch. 227. Ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἔστ' ἄξια, Ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος; Hel. 306. Ἑλένη, τὸν ἐλθόνθ', ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος, Μὴ πάντ' ἀληθῆ δοξάσῃς εἰρηκέναι. PORSON. Vid. Matt. Gr. Gr. §. 474. c.

1632. ναυτίλοις σωτήριος. Communior opinio est, quod Helena, per se visa, sit mala. Castoris autem et Pollucis geminæ stellæ navigantibus sint felices. Vide Plini Lib. 2. c. 37. *De Stellis Castoribus.* Similem locum habes hujus fabulæ, v. 1685. BARNES.

1636. ὡς ἀπαντλοῖεν ὕβρισμα, *Ut superbiam exhaurirent.* Vox proprie dicta est de aqua per sentinam exhaurienda. Eodem modo verbum *Exantlo* apud veteres Latinos usurpatum reperimus. Lucilius apud Nonium: *Quantas quotque modo ærumnas, Quantosque labores Exantlaris,* quod Monkius citat ad Hipp. 902. (895.) Voces ἀπαντλεῖν et ἐξαντλεῖν semper de re gravi et molesta peragenda usurpari observat Facius.

1641. Sic Aldus et omnes, opinor, MSS. Sed ut tautologia, quæ sane vix tolerabilis est, vitetur, legit Musgravius κεκτήσεται et κλύειν, sed non optimis exemplis defendit; id enim, quod propius ad rem accedit, ipse emendavit, Hel. nempe 1447. Κεκλῆσθέ μοι, θεοὶ, πολλὰ χρήστ' ἐμοῦ κλύειν. Utrumque, κεκτήσεται et κλύειν, admisit Brunckius; κλύειν tantum Beckius, locum ex Helena citatum sanum, ut videtur, putans. Paullo audacior, licet elegans, est conjectura Valckenærii ad Herodot. IX. 11. πέδον pro καλεῖν rescribentis. Sin me quoque vis conjecturam perdere, lego, Τεθήσεται—καλεῖν. Similis exempla constructionis Troad. 1051. Κακὴ θανεῖται, καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν Πάσαισι θήσει. Ion. 704. Ἴωνα δ' αὐτὸν, κτίστορ' Ἀσιάδος χθονὸς, Ὄνομα κεκλῆσθαι θήσεται καθ' Ἑλλάδα. Futurum τεθήσεται exstat Electr. 1269. PORSON. His Exemplis addit Blomfieldius Æsch. Theb. 547. Confer autem de Historia Elect. vv. 1265—1276.

1651. De morte Neoptolemi vide Virg. Æn. III. 327. sqq.

1658. δεῦρο ἀεί. Hanc etiam phrasin post alios, Canterum, Kusterum, Albertum, Valckenærium, breviter illustremus. Hæc vox δεῦρο scilicet, quæ plerumque locum significat, hîc de tempore ponitur. Mixta quodammodo notione sumitur in Heraclid. 842. τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων Λέγοιμ' ἂν ἄλλου, δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών. Æschylus, Eumen. 599. Καὶ δεῦρό γ' ἀεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι. Scholiastes, τὸ ἀεὶ ἐπὶ τῦ ἕως τάττυσιν Ἀττικοὶ πολλάκις. Δεῦρο μέν μοι τόνδ' ἀεὶ τείνει λόγον· quem locum diversum puto ab eo quem citat Harpocration v. ἀεὶ. unumque ita legendum, Καὶ δεῦρο μέν μοι τόνδ' ἀεὶ τείνει λόγον, alterum, Οὗτος μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἀεὶ τείνει λόγυς. Aristoph. Lysistr. 1137. Εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται. Noster, Phœniss. 1209. Ἔα τὰ λοιπά· δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς. Med. 665. Πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον; Suppl. 788. Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ Χρόνος παλαιὸς πατὴρ Ὤφελ' ἁμερᾶν κτίσαι. Hel. 761. Εἶεν· τὰ μὲν δὴ δεῦρ' ἀεὶ καλῶς ἔχει. Ion. 56. ἐν δ' ἀνακτόροις Θεοῦ καταζῇ δεῦρ' ἀεὶ σεμνὸν βίον. In Helen. 1650. venusta circuitione usus est: Εἰς μὲν γὰρ ἀεὶ τὸν παρόντα νῦν χρόνον, ubi male Musgravius corrigere hyperbaton vult. Suidas, δεῦρο ἀεὶ, ἀντὶ τῦ, μέχρι τῦ παρόντος. et paullo ante, Δεῦρ' ἀεί, ἀντὶ τῦ ἕως τούτυ. Πλάτων Νόμων ζ'. Πρὸς τοὺς λόγυς, οὓς ἐξ ἕω μέχρι δεῦρο ἀεὶ διεληλύθαμεν. Locus Platonis exstat ed. Ald. pag. 285, 35. Bas. 577. fin. HSt. 811. PORSON. Brunckius ita interpretatur locum: ἀδιαλείπτως μέχρι τῦ νῦν ἔδωκέ σε πόνοις; et Facius vertit: *quæ te indesinenter huc usque laboribus implicuit.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 552. 1.

1667. ἐπῄνεσ', Angl. *I assent to.* Aorist. pro præsenti. Vide Matt. Gr. Gr. §. 506. 1.

1685. Vide supra ad v. 1632.

1686. Eadem est conclusio duabus aliis Fabulis, *Phœnissis* videlicet, et *Iphigeniæ* posteriori. BECK.

FINIS NOTARUM IN ORESTEM.

NOTÆ

IN

PHŒNISSAS.

NOTÆ IN PHŒNISSAS.

VERS. 1. ἐν ἄστροις. Recte Musgravius cum Scholiaste interpretatur, *per signa zodiaci.* Eustath. ad Il. Δ. p. 446. ult. (339, 51.) Εὐριπίδης τὸν ἥλιον τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνειν ἔφη ὁδὸν, τὴν διὰ τῶν ζωδίων οὕτω κίνησιν φράζων. Hunc locum imitatur ipse Euripides in epigrammate apud Athenæum, II. p. 61. B. ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος, ἥλιε, τέμνων, Ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμματι πρόσθε πάθος; Theodectes Bellerophonte apud Stobæum, X. p. 126. (67. Grot.) ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογὸς Ἥλιε, ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας, Εἶδές τιν' ἄλλον πώποτ' εἰς οὕτω μέγαν Ἐλθόντ' ἀγῶνα καὶ δυσέκφευκτον κρίσιν; Vertit Accius apud Appuleium, Florid. p. 348. ed. Elmenhorst. Priscian. de Vers. Com. p. 1325. *Sol qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas; Quianam tam adverso augurio et inimico omine Thebis radiatum lumen ostendis tuum?* Quin et Miltonus nostras, cum nondum epos, sed drama meditabatur, fabulam suam a Satana Solem alloquente ordiri instituerat. PORSON.

6. Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα *Tyrum insulam* interpretatur Scholiastes. PORSON. ἐναλίαν, *mari adjacentem.* Pindarus: εἰναλία γ' Ἐλευσὶς, ubi Schol. alter: ἡ εἰναλία, ἤγουν ἡ παραθαλασσία. MUSGR. Sed εἰναλία nunquam extra Choros usurpant Tragici.

10. κλήζομαι et κέκλημαι *sum* significant sæpissimè apud Tragicos. Hec. 475. Iph. A. 464. Elect. 364. 903. Ita apud Latinos, Virg. Æn. II. 677. *Cui parvus Iulus Et pater et conjux quondam tua* dicta *relinquor?* Sæpe etiam post hoc verbum παῖς omittitur, adeo ut *filius esse* valeat. Pind. Pyth. III. 118. Ἤ τινα Λατοΐδα κεκλημένον ἢ πατέρος. *Aliquem aut Apollinis aut Jovis filium.* Nostri Rhes. 294. Τίς ὁ στρατηγὸς καὶ τίνος κεκλημένος; Vide Hermann. ad Viger. p. 596. ed. Oxon. Lamb. Bos. Ellips. p. 230. v. παῖς.

11. ἐκ μιᾶς γαστρὸς J. quæ lectio, modo verba alio ordine

ponas, probabilis videri possit, vel propter Homericum, Il. Ω. 496. ἰῆς ἐκ νηδύος. Si hæc est vera lectio, vulgata fluxit ex versu 156. Porson. Vulgatam tamen μητρὸς edidit.

12. τοῦτο ὄνομα recte supplet Bos. quod in καλοῦσιν latet, ut Hecub. 22. Porson; Valckenær. Vide Matt. Gr. Gr. §. 435.

16. κοινωνίαν, consuetudinem, ὁμιλίαν, ait Musgravius, male. Sensus est, *ut ipse et ego communes liberos haberemus; ut ipse ex me liberos procrearet.* Bacch. 1229. Πενθεὺς, ἐμῇ τε καὶ πατρὸς κοινωνίᾳ. Herc. Fur. 1334. πρὸς στέρν' ἐρείσας μητρὶ, δούς τ' ἐς ἀγκάλας Κοινωνίαν δύστηνον. Dionysius junior apud Plutarch. T. II. p. 338. B. Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών. Paullo εὐθυῤῥημονέστερον Euripides, Ion. 409. Παίδων ὅπως νῷν σπέρμα συγκραθήσεται. Porson. Addas Virg. Æn. II. 789. *Jamque vale, et nati serva* communis *amorem.*

18. Oraculum Laio datum ita vertit Chalcedius in Platon. Timæ. c. 151. *Cave ne vetitos liberûm sulcos seras. Generatus ille te mactabit impiè; Et omnis aula respergetur sanguine.* Confert Barnesius *genitale arvum* apud Virgilium. De voce Ἄλοκα vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 590.

21. ἡδονῇ δοὺς. Suppl. ἑαυτὸν. *Voluptati se dans.* Thucyd. IV. 108. εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ubi Scholiastes διδόναι, ἑαυτοὺς δηλονότι. Exempla etiam adeas in N. T. Marc. iv. 29. Act. Apost. xxviii. 15. 1 Pet. ii. 23. Vid. Bos. Ellip. Gr. p. 80. ed. Oxon. In voce βακχεῖον etiam Ellipsin esse monet Bos. p. 29. et πάθος suppleri jubet. Cui tamen dissentit Schæferus, quia hoc nomen, quoties, ut hic, substantivi vim habet, generis est masculini, sive de ipso Baccho, sive metaphoricè de vino, dicatur. Fallitur igitur Kusterus ad Aristoph. Thesm. 997. qui ποτοῦ supplet in Cyclop. 453. ὅταν δ' ὑπνώσῃ Βακχίου νικώμενος. Supple igitur πότου in utroque loco; tale enim quid defectum apparet vel ab eadem fabula 445. ἡσθεὶς τῷδε Βακχίου ποτῷ.

22. Idem pleonasmus Ion. 16. τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκεν βρέφος, similis Iph. T. 228. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας τέκος· Sed insolentior etiam pleonasmus occurrit mox 47, 49. Porson. Addas Hippol. 10. Alcest. 527. Soph. Antig. 115. Quæ contulit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 140.

27. Hunc versum spurium pronunciavit Valckenærius, omisere Brunckius et Beckius. Sane non nimis elegans est

neque accuratus. Sed cum reputem, vix fieri posse, ut de nominis Œdipodei etymo taceret Euripides, quod memoratu dignum censuit et Sophocles Œd. T. 1036. ὥστ' ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης, ὃς εἶ, non adduci possum, ut hunc versum expungam. Porson. Ita Senec. Œd. 813. *Tumore nactus nomen, et vitio pedum.* Quod dicitur, antea *Jocastum* vocatum esse, negat Valckenær.

30. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον. Solenni constructione pro τὸν ἐμῶν ὠδ. π. Anglicè verteris, *The pain which I suffered in delivery.* Ponitur tamen abstrac. pro concret. ad designandum *filium.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 466. Obs. 2.

34. τοὺς φύσαντας omnes edd. et MSS. Sed cum hunc titulum cum matre communicatum noluisse Euripidem existimet Valckenærius, lectionem præfert a Strabone conservatam XVI. p. 1105. C. τοὺς τεκόντας. Me quidem, ne hoc reciperem, deterruit locus Med. 1052, ubi Medea de se sola verbum ἐξεφύσαμεν adhibet. Noster Inone apud Stobæum XXXVIII. p. 149. τίς ἄρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον. Porson.

45. E loco Antimachi apud Scholiasten conjecit Valckenærius τροφεῖα, i. e. θρεπτήρια, *mercedem nutritionis,* contra metrum, nisi legisset, τροφεῖ' ἔδωκεν. Sed Porsonus nihil mutandum docet, cum vulgatum idem est, ac si dixisset, Πολύβῳ, ὅτι αὐτὸν ἔθρεψε.

ἐπεζάρει occurrit etiam Rhes. 438. Arcadum est, teste Eustathio, qui, cum ζέρεθρον, βάραθρον comparat ad Il. Γ. p. 381, 20. M. p. 909, 27. Ζέλλω dixere iidem (ut videtur) pro βάλλω. Porson. Hesych. ἐπεζάρει· ἐπεβάρει, ἐπέκειτο, ἐπεκράτει.

51. Hunc versum et infra, 60, uncinis inclusos, ex Valckenærii sententia delevere Brunckius et Porsonus.

56. Πολυνείκους βίαν, i. e. Πολυνεικέα. Eadem Periphrasis sæpissime apud Tragicos occurrit, *roboris* tamen notionem quodammodo indicans. Sic apud Latinos, Horat. Od. I. 3. 36. *Perrupit Acheronta* Herculeus labor. III. 21. 11. *Narratur et prisci* Catonis *Sæpe mero caluisse* virtus. Vide Matt. Gr. Gr. §. 430. 6. Plura dedit Monkius ad Hipp. 794. (788.)

58. Ex unico hoc loco patet, morem fuisse, mares præcipuè a Patribus, puellas infantes a matribus nominari; aliquando et a patribus. Beck.

63. Statius, Theb. IV. 336. *Dum roseis venit umbra genis.* Porson. Pacuvius apud Scriver. p. 81. *Nunc primum opacat flore lanugo genas.* Beck.

65. πολλῶν δεομένη σοφισμάτων. i. e. πολλῆς δεομένη μηχανῆς πρὸς τὸ λαθεῖν. BURTON.

66. πρὸς τῆς τύχης, *propter calamitatem.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 590. not.

67. ἀρὰς ἀρᾶται. Ita ἀπειλὰς ἀπείλεον. Hom. Il. N. 220. Soph. Phil. 173. νοσεῖ νόσον, et similia plura. Vide Matt. Gr. Gr. §. 415.

Œdipum ideo filios execratum esse tradit Apollodorus, quod, cum patrem Thebis ejici viderent, non ulciscerentur. Alii alias causas attulerunt. Vide Scholiast. ad Sophocl. Œd. C. 1371. BURTON.

70. Apud Poetas sæpe ἀραὶ et ἀρᾶσθαι de precibus in bonam partem dicuntur, et εὐχαὶ et εὔχεσθαι de diris et imprecationibus, ut apud Latinos *preces.* VALCK. κραίνοιεν pro κραίνωσιν edidit Brunckius, ex Dawesii præcepto Misc. Crit. p. 82. Sed hanc regulam non videntur per omnia servasse tragici. PORSON. Vide omnino Matt. Gr. Gr. §. 518, 519.

71. Apud Soph. Œd. C. 363. 1463. Polynices dicitur πρόσθε γεννηθεὶς et πρεσβεύων. BECK. ξυμβάντ' ἔταξαν, verbum plurale cum nominativo duali conjunctum. Vide Matt. Gr. Gr. §. 300.

74. ἐπὶ ζυγοῖς. Metaphora e transtro navis deducta. Æsch. Agam. 1608. τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός, ubi Blomfieldius: "οἱ ἐπὶ ζυγῷ, remiges, qui ζύγιται dicebantur."

81. Conatum significat λύκσ', ut recte Heathius et Brunckius, ut nihil opus sit Valckenærii conjectura, λύσεσ'. PORSON. Vide Markland ad Supp. 495.

86. Quæ ex Euripide citat Athenagoras Legat. p. 22. ὤφειλε δ', εἴπερ ἔστ' ἐν κρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθεστάναι, hinc sumta putat Valckenærius. Pro βροτὸν idem βροτῶν conjicit, quod recepi; sed sine causa, opinor, χρῆν mavult. PORSON.

88. Cf. Statii Thebaid. IX. ubi Phorbas Pædagogus Antigonæ exercitum Thebanum spectanti est comes. Præivit Homerus, Helenam inducens Priamo Græcorum duces ex alta turri monstrantem. Iliad. Γ. 161.

πέρα pro πατρὶ Marklandus, scilicet ut figuram Colophoniam vitaret. Supra 17. ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 392. g. 3. οἴκοις pro ἐν οἴκοις accipiunt Heathius et Valckenær. *Germen, quod in domo patri crescit.*

92. ὡς ἂν pro ἕως ἂν a tragicis usurpari negat Brunckius, ideoque mutat in ἕς τ' ἄν. Male. ὡς ἂν est *ut.* Qui jubet

alium manere, *ut* ipse aliquid faciat, simul jubet manere, *donec* id fecerit. PORSON.

93. Diversos modos jungit Euripides, quoniam ad tempora diversa spectant. Poterat, si metrum pateretur, dicere, ἵξεται, sed ἔλθῃ prætulit, quod recte ex MSS. Kingius pro ἔλθοι reposuit. Similiter modos variavit Aristophanes, Plut. 329. Δεινὸν γὰρ, εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα Ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ 'κκλησίᾳ, Αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρείην τῳ λαβεῖν, ubi alterum (τὸ ὠστίζεσθαι) revera quotidie fiebat; alterum vero (τὸ παριέναι τὸν Πλοῦτον) ex futuri temporis eventu pendebat. Alibi tamen diversos verborum modos de eodem tempore conjunxit, ut Vesp. 282. λέγων ὡς φιλαθήναιος ἦν καὶ τἀν Σάμῳ πρῶτος κατείποι. PORSON. Similiter apud Latinos, Martial. Epig. I. 21. *Si non errasses, fecerat illa minus.* Virg. Æn. II. 54. *Si mens non læva fuisset, Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,* quæ loca contulit Burtonus.

105. ξύναψον. Intellige σαυτὸν. Post hoc verbum pronomen haud raro subauditur. Vide infra 702.

109. Imitatus est Miltonus, Par. Recuperat. III. 326. *The field, all iron, cast a gleaming brown.* PORSON.

113. κλῇθρα *portarum claustra*, χαλκόδετα ἔμβολα, *ferratæ robora portæ.* BECK.

117. Ridet Lucianus, Jove Tragœdo II. p. 646. Θάρσει· τὰ νέρθεν ἀσφαλῶς ἔχει θεοῖς· ubi legisse videri posset πόλει. PORSON.

125. γένος. Subaud. κατὰ. Vide Lamb. Bos. in voc.

126. Nomina τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας hinc incipiunt: 1. Hippomedon. 2. Tydeus. 3. Parthenopæus. 4. Polynices. 5. Amphiaraus. 6. Capaneus. 7. Adrastus: quorum 1. Aristomachi filius. 2. Œnei. 3. Meilanionis et Atalantæ. 4. Œdipi et Jocastæ. 5. Œcleos. 6. Hipponei. 7. Talai. De quibus vide Eurip. Supp. 858. sqq. Statii Thebaida IX. Æsch. Theb. 365. sqq. Soph. Œd. Col. 1308. sqq. BARNES.

129. γραφαὶ non sunt *pictæ vestes*, ut Cuperus Obs. 2. 12. interpretatur, sed *picturæ;* et hoc loco quidem designatur *clypei stelliferi pictura*, qua insignis erat Hippomedon; Argi effigies, sc. oculis tanquam stellis, distincta. Vid. v. 1115. VALCK. MUSGR.

οὐχὶ πρόσφ. ἀ. γ. Vertenda hæc cum Grotio, *nil vultu mortale ferens.* VALCK. ἀμερίῳ, *humano.* Vid. infra. 1512. Iph. A. 1311. Soph. Antig. 830. MUSGR. Hom. Od. Φ. 82. ἐφημέρια φρονέοντες.

134. Στέρνον hic, ἀντὶ τοῦ ὅλου σώματος. Sic Latini, Græcos imitati, *pectus* pro toto *corpore* usurpant. Burton.

138. ἀλλόχροος MSS. quidam, quæ forma exstat in anapæsto, Hippol. 174. Porson. Cf. Androm. 861. Hesych. Μιξοβάρβαρος· οὔτε βάρβαρος, οὔθ' Ἕλλην, ἀλλ' ἀμφοτέρων μετέχων.

143. Hic versus repetitur a v. 97.

145. τοῦ omittit Cant. cui τὸ substituit Valckenærius ex Leidensibus MSS. Recte. Articulum raro propriis nominibus præfigunt tragici, nisi propter emphasin quandam, aut initio sententiæ, ubi particula inseritur, ut infra 512. Suppl. 126. In Sophoclis Phil. 1357. πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τοῦ Λαερτίου; Aldus et MSS. recte τῷ. Ibid. 677. Τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τοῦ Διός. Omittunt τοῦ Ald. et MSS. Lege τῶν. Raro, dicebam, non enim nunquam, ut statuere videtur Valckenærius ad hunc locum. Porson.

146. Recte Porsonus ita interpunxit: ὄμμασι γοργὸς εἰσιδεῖν, νεανίας.

148. ὅσος ὄχλος conjecit Valckenærius, edidit Brunckius. Non video, quare Antigone minus bene dicere potuerit, *Ut turba eum sequitur!* quam, *Quanta turba eum sequitur!* Porson.

155. ὃ non positum est pro δι' ὅ, sed referendum ad σκοπῶσι, et distinctio post δέδοικα tollenda. Valck.

159. ἑπτὰ παρθένων Νιόβης. De numero Niobidarum, præter Scholiasten vide Ovid. Metam. VI. 4. Apollodori Biblioth. III. 5. 6. Æliani V. H. XII. 36. &c. Epitaphium Niobæ eleganter lusit Agathias: Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νέκρον· Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον· Ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ νεκρός ἐστι καὶ τάφος. Barnes.

162. ἐξῃκασμένα, Atticam formam, ex monitu Valckenærii pro ἐξεικασμένα reposuit Brunckius. Julian. Orat. VIII. p. 247. D. οὐχὶ σαρκία καὶ νεῦρα καὶ μορφῆς τύπωμα στέρνων τε ἐξείκασμα πρὸς ἀρχέτυπον σώματος· ubi nostri locum contulit Wyttenbachius, Epist. Crit. p. 23. Porson.

163. Hinc Seneca Phœniss. 420. *Quis me procellæ turbine insanæ vehens Volucer per auras ventus ætherias aget?* Valck.

170. ἐκπλῆσαι Ald. ἐμπλῆσαι codices plerique. Porson. *Spe* vel *gaudio implere* nunquam dicitur ἐκπλῆσαι, semper ἐμπλῆσαι. Valck.

180. De Capanei minis vide Statii Thebaid. Lib. X. Beck.

185. Pro κοιμίζοις mavult Blomfieldius (ad Æsch. Theb. 220.) cum Aldo et MSS. legere κοιμίζεις; voces enim σύ τοι nunquam nisi cum indicativo construuntur. Cf. Orest. 574. Supp. 378. Herac. 728. Soph. Elect. 624. Æsch. Eumen. 725. 727. 752.

188. Τριαίνᾳ. Loci nomen, de cujus origine et historia vide Scholiastem, et Hygin. Fab. 169. Quare non debet exponi per *Tridentem.* BECK. MUSGR.

196. Nihil vitii in his video. Valckenærius vero infelici conjectura legit, ὄχλος γὰρ, ὅσπερ ἔναγχος εἰσῆλθεν πόλιν. Sed solum locum, ubi ἔναγχος occurrit in tragœdia, mendosum ostendit et ex MSS. emendavit. PORSON. Hunc sane tumultum cum induciis minus cohærere censet Valckenærius. Sed vulgatum tuetur Heathius; observans tumultum urbem invasisse, cum universus Argivorum exercitus prope mœnia recenseretur, et sese jam commovere et in aciem extendere cæpissent, (vid. v. 106.) adeo ut Thebani nimium induciis fidere nequirent. Jungenda sunt ὄχλος γυναικῶν, *turba mulierum,* quo sensu, monente Beckio, sæpius ὄχλος apud Atticos reperitur.

198. θηλειῶν. Supple γένος. Eadem Ellipsis occurrit in N. T. Matt. xix. 4. Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. 1 Pet. iii. 7. τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν. Eodem modo dicitur, τὸ θεῖον, *divinum genus,* Act. Apost. xvii. 29. τὸ μητρῷον, Pausan. VII. 11. τὸ ἀνθρώπινον Lucian. T. III. p. 168. et id genus omne.

201. ἀλλήλαις Ald. et plures MSS. ἀλλήλας recte edidit Musgravius ex duobus MSS. ἀλλήλαις λέγουσιν est, *dicunt inter se;* ἀλλήλας λέγουσι, *dicunt altera de altera.* PORSON.

202. Multis veterum et recentiorum hæc visa sunt impeditissima, qui quæsiverunt, quomodo Tyro Thebas profectæ, per mare Ionium vectæ, Siciliam præternavigassent, idque Zephyro, qui erat e Phœnicia Siciliam petentibus adversus, ita flante, ut remis agenda navis esset. Sed imputarunt Euripidi, quæ ei nunquam in mentem venerant; Phœnissæ enim virgines non præternavigarunt Siciliam. Poeta quidem rationem reddere debebat, cur istæ Thebis versarentur: nam Tyro Delphos petentibus brevius iter erat per mare Siculum, et sinum Crissæum. Hinc finxit Euripides, Zephyrum vehementem a Siciliæ ora, Delphos tendentibus contrarium, spirasse, ideoque Phœnissas promontoria Maleæ aut Tænari superare non potuisse, sed coactas esse, iter per Bœotiam et Thebas prosequi, ubi ob inopinatum adventum

Argivi exercitûs detinebantur. Per Φοίν. νάσον intelligitur *Tyrus*, per Τύρ. οἶδμα, *mare Phœnicium:* nam οἶδμα apud Poetas sæpe de mari dicitur. BECK. VALCK. HEATH.

203. Ἀκροθίνια Λοξίᾳ, primitiæ spoliorum Apollini sic consecrandæ, ut tanquam ἱερόδουλοι inservirent Templo. Quæ urbs hac tempestate a Phœnicibus expugnata sit, incertum est. VALCK.

204. νάσου. Poetis peninsulam significat, ut Soph. Œd. C. 689. MUSGR.

206. ἵνα κατενάσθην. *ut habitarem.* Sic Aristides T. I. p. 269; ἵν' ἀμφοτέρως ἐκέρδαινον. Noster Iph. T. 347. ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην. Æsch. Prom. 748. ὅπως ἀπηλλάγην. Soph. Elect. 1140. ὅπως θανὼν ἔκεισο. MUSGR. Addas Soph. Œd. T. 1392. ὡς ἔδειξα. Æsch. Prom. 155. ὡς ἐγεγήθει. ubi vid. Brunckium; et Matt. Gr. Gr. §. 520. Obs. 5.

208. Ἰόνιον, i. e. *Siculum.* Plin. Nat. Hist. IV. 11. *Græci et Ionium dividunt in Creticum et Siculum.*

209. περιῤῥύτων Σικελίας recte Musgravius interpretatur, ἃ Σικελίαν περιῤῥεῖ, cujus constructionis exempla adducit δίκας ἀφόβητος et ἄψαυστος ἔγχους ex Sophocle, Œd. T. 885. 969. Eodem modo intellexit Horatius, Carm. IV. 4, 43. *Ceu flamma per tædas, vel* EURUS PER SICULAS EQUITAVIT UNDAS. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 322. 1.

210. ἀκαρπίστων πεδίων, *Camporum infructuosorum.* Intelligendum puto *mare,* expressumque a poeta Homericum illud ἀτρυγέτοιο θαλάσσης. Πέδον νήριτον Ibyco dicitur apud Schol. Pindari. Ovid. *Latarumque jacens* campum *spectabat aquarum.* Alia hujusmodi exempla citat unus e Scholiastis, qui eodem modo locum intellexit. MUSGR.

220. ἴσα neutrum plurale est, adverbialiter positum. Sic autem, non ἶσα, scribendum esse, metrum evincit. BRUNCK.

223. κομὰς ἐμᾶς post Brunckium edidit Porsonus, ut genitivi sint cum παρθ. χλιδὰν conjuncti. Melius tamen vulgatum ἐμὰς in accusativo, cui sequentia sint eleganter apposita. De infinitivo δεῦσαι post ἐπιμένει vide Matt. Gr. Gr. §. 535. c.

226. λάμπησα, i. e. λάμπειν ποιήσα. Neutrum pro activo. Sic infra 240. Ἄρης αἷμα δάιον φλέγει τᾶδε πόλει. Æsch. Pers. 364. φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος χθόνα. Soph. Ajax. 196. ἄταν οὐρανίαν φλέγων. Vide Matt. Gr. Gr. §. 496. 2.

πέτρα. *Mons Parnassi,* scilicet, qui juxta Delphos urbem fuit, duplicem habens verticem, alterum Apollini, alterum Baccho, dedicatum. Soph. Œd. T. 472. Δελφὶς πέτρα. Satis notæ sunt fabulæ, quas Chorus respicit.

232. ἄντρα δράκοντος. Ea circa verticem Parnassi fuisse colligas ex Iph. T. 1211. Confer Callimach. Hymn. in Apoll. 100. Apollon. Rhod. II. 708. MUSGR.

235. ἀθανάτας θεοῦ. Interpretantur de Diana, licet ἀθανάτα θεὸς non magis Dianam designet, quam Junonem aut Venerem. Εἱλίσσων valet *choreis circumiens*. Vid. Iph. A. 1458. Callim. Del. 321. Confer etiam Virg. Æn. VII. 391. MUSGR. ἀθανάτας. Disputant viri docti, quæ sit ista immortalis Dea. Ego interim ἀθανάτου θεοῦ reposui. PORSON.

236. Plutarchus χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Op. Mor. p. 2074. MUSGR.

237. μεσόμφαλα γύαλα Φ. Vide ad Orest. 321.

241. αἷμα δάϊον φλέγει. Schol. πόλεμον ἀκμαῖον διεγείρει.

247. κοινὰ τέκεα. Series Generis :—Io, Epaphus, Libya, Belus, Agenor, Cadmus, Polydorus, Labdacus, Laius, Œdipus, Eteocles et Polynices. BURTON.

254. Ὀιδίπου, a recto Ὄιδιπος. BECK.

263. ὦ καὶ mavult Valckenærius, sed nihil opus videtur. PORSON. Vide Lamb. Bos. Ellip. p. 422. Ed. Ox. et supra notata ad Hecub. 13.

264. χρόα. subaud. κατά. HEATH.

268. τὰ πίστα, i. e. τὴν πίστην, *fidem publicam*. BECK. Vide ad Orest. 1099.

270. καὶ pro γὰρ est Valckenærii conjectura. PORSON. καὶ pro καίπερ. Hanc significationem particulæ cum participiis conjunctæ, copiose illustrat Valckenær. locum qui vertit: *omnia quamvis fortibus faciunt metum.*

283. μέλλων δὲ πέμπειν.—Nominativus absolute sumendus. Ita Soph. Ant. 260. λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ, Φύλαξ ἐλέγχων Φύλακα. Vide Brunck. in loc. cit. et exemplis ibi citatis adde Soph. Œd. T. 60. 101. Œd. C. 380. 1120. Antig. 413.

284. μαντεῖα σεμνά. Præpositio ἐπὶ semel posita etiam ante μαντεῖα supplenda. Soph. Œd. T. 733. Δελφῶν κἀπὸ Δαυλιάς, pro ἀπὸ Δελφῶν. Sic etiam apud Latinos, Horat. Od. III. 25. 2. *quæ nemora, aut quos agor in specus,* ubi vide Bentleium. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 595. 4.

285. ἐν τῷδε, h. e. ἐν τῆτῳ, sc. καίρῳ, quæ vox in hujusmodi locutionibus, non raro supprimitur. Thucyd. III. 72. Ἐν δὲ τῆτῳ, τῶν τε Κερκυραίων κ. τ. λ. Schol. τῷ καίρῳ δηλονότι. Sic etiam ἐν τῷ παρόντι (sc. καιρῷ) τιμὴν ἔχοντα, apud Thucyd. I. 132. Quem loquendi modum a Græcis imitati sunt Latini. Cicero Familiar. II. 10. *Hæc ad te in præsenti scripsi.* Sal-

lust. B. C. 16. *Si causa peccandi in præsens minus suppetebat,* &c. Burton.

287. ἑπτάστομον πύργωμα. Soph. Antig. 119. ἑπτάπυλον στόμα. Similiter infra v. 1058. ἑπτάπυργα κλῆθρα, quod tamen dicitur pro ἑπτὰ κλεῖθρα πύργων, ut ἑπτατειχεῖς ἐξόδους pro ἑπτὰ τειχέων ἐξόδους, apud Æsch. Theb. 270.

293. γονυπετεῖ σ' ἕδρᾳ προσπιτνῶ, conjecturam Valckenærii, male recepit Brunckius. Si enim προσπιτνεῖν σε et προσπιτνεῖν ἕδραν separatim recte dicantur, cur non etiam conjunctim? Sophocl. Trach. 49. πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην· ubi constructio usitatior esset, πανδακρύτοις ὀδύρμασι. Porson.

303. παιδὶ pro εἰς παῖδα est ex conjectura Musgravii, quoniam desideratur vox locum indicans, in quem Jocasta properabat. Nonnulli MSS. in versu posteriori ποδὶ dant, unde levi mutatione παιδὶ facies. Locutionem haud ita solennem confirmant Æsch. Prom. 358. ἦλθεν αὐτῷ. Theoc. Idyl. II. 145. ἦνθε μοι. Sic. Virg. Æn. II. 457. *avo puerum Astyanacta trahebat:* pro *ad avum.*

305. Senec. Phœn. 501. *Teneo longo tempore petita votis ora.* χρόνῳ est *tandem.* Valck.

306. μαστὸν Polynicis intelligit Heathius, et pro στῆθος accipit. Idem παρηΐδων ὄρεγμα vertit, *genarum ad oscula porrectionem,* i. e. *genas porrectas.*

311. ἄελπτα κἀδόκητα, pro ἀέλπτως καὶ ἀδοκήτως. Vide Matt. Gr. Gr. §. 446.

313. λόγοισι Ald. Schol. et alii. Ex aliis MSS. κόμαισι dedere Grotius, Piersius, Kingius, Burtonus. Ingeniose Musgravius conjicit κόραισι, laudans Lucretium, IV. 1072. jam a Valckenærio citatum: *Nec constat, quid primum oculis manibusque fruantur.* Sed paullo minus ardoris matrem decet; nec dubito quin hæc lectio ab Hecub. 820. huc migrarit. Porson.

322. Locus videtur corruptus. Porson. Post ἵεῖσα Markland. ad Max. Tyr. 32. §. 4. supplet φωνήν. Beck.

κείρομαι. More lugentium, qui apud veteres Græcos comas detondebant. Burton.

324. ἄπεπλος φαρέων; *Sine vestibus.* Similia passim occurrunt. Soph. Œd. C. 677. ἀνήνεμος χειμώνων. Ajax. 321. ἀψόφητος κωκυμάτων. Elect. 36. ἄσκευος ἀσπίδων. Nostri Androm. 705. ἄπαις τέκνων. Vide Matt. Gr. Gr. §. 317.

λευκῶν. Quia in luctu, albis vestibus depositis, atras indui moris erat. Burton.

325. τρύχη, i. e. ῥάκη. Anglicè, *Rags*.

328. Par fratrum, ætate fere æqualium, audaci translatione Euripides dixit ἀπῆναν ὁμόπτερον. Similiter ζεῦγος et ξυνωρὶς de quovis ejusdem generis pari dicuntur. BECK. Infra v. 1085. ξυνωρὶς τέκνων.

331. Repetitis verbis ἀνῆξεν ἐπὶ locum vertit Valckenærius: *Tum superascendens tecta ruit in laqueos.*

335. ἀλαλή. Proprie est *militum ovantium clamor*, a quo deductum verbum ἀναλαλάζω, infra v. 1395. In hoc tamen loco de simplici *clamore* dicitur, quo sensu cum in re læta, tum in mærore, ponitur, monente Valckenær. Hesych. ἀλαλάξατε· ἐνυψώσατε τὴν φωνήν.

337. τὲ ante ϗ addidit Kingius. Multo melius Piersonus καινοῖς γάμοισι, quod firmat Valckenærius ex Sophocle et Statio; sed neque particula ϗ est otiosa, neque hoc versus genus tragicis ignotum. PORSON. Sophoclis et Statii loca sunt Œd. C. 370. καινὸν κῆδος. Theb. II. 108. *nova connubia.*

340. Heath. observat, ἀμφέπειν hic non esse *ambire*, nam Polynices jam duxerat uxorem; sed *amplecti, fovere*. BECK.

341. Hesych. ἄλαστα· ἄτλητα, ἀνεπίλησατα, ἄτιμα, δεινά. Cf. Hippol. 873. Hunc et sequentem versum parentheseos signis incluserunt Brunckius et Valckenærius, ut appareret, ἄταν ad superiora esse referendam. BECK. Λαΐῳ improbat Valckenærius, duabus rationibus fretus; prima, quod vocatur παλαιγενὴς, secunda, quod Polynicem totamque domum Laïus detestabatur. Vero παλαιγενὴς nihilo plus valet, quam παλαιὸς, quomodo Strepsiades etiam vivus vocatur παλαιογενὴς ab Aristophane, Nub. 357. Deinde non video, quare nondum redire cum familia sua in gratiam potuerit Laïus. οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου; Hom. Od. 553. Ipse Œdipus, qui filios suos diris devoverat, 67, 334, 475, 765, 876, 1053. tandem exclamat 1701. ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός. Κάδμῳ recepere Brunckius et Beckius. PORSON.

345. γόνιμον Plutarch. de Exilio p. 606. F. Citat Valckenærius Iph. A. 723. ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος. PORSON. Moris fuit pervetusti, ut matres in nuptiis filiis faces præferrent. Quem ritum etiam annotavit Scholiast. Apoll. Rhod. IV. 808. BURTON. Cf. Senec. Phœn. 505. *non te duxit in thalamos parens Comitata primos, nec sua festas manu Ornavit ædes, nec sua lætas faces Vitta revinxit.*

350. ὄλοιθ' ὁ τάδ' Valckenærius, ut δράσας aut aliquid simile subaudiatur; et ita edidit Brunckius. PORSON. Cf. Rhes. 872.

352. Verbum κωμάζω pariter habet Aristides de Philippo Græciam turbante. Confer Aristoph. Achar. 982. MUSGR. Hesych. κωμάζει. ὑβρίζει μετὰ μέθης.

355. Confert Valckenær. Iph. A. 906. Soph. Elect. 772.

361. τάρβος Grot. οὕτω τάρβης pro εἰς τοῦτο τάρβους mihi satis insolens videtur. In Heraclid. 213. γένης μὲν ἥκεις ὧδε τοῖσδε, Δημοφῶν, ἥκεις est προσήκεις. Malim, οὕτω δ' ἐτάρβουν. PORSON. τάρβος est *terror* et φόβος *metus*, unde etiam φόβῳ ταρβεῖν dicitur. VALCK. Si Grotii lectio τάρβος recipiatur, i. e. εἰς τάρβος, ea erit constructio, quæ supra v. 284. occurrit.

370. δι' ὄσσων ὄμμ' Ald. MSS. universi cum Eustathio ad Il Γ. p. 432, 12. Sed νᾶμ' pro ὄμμ' Musgravius, aptissima loca conferens Herc. Fur. 98. ἀλλ' ἡσύχαζε καὶ δακρυῤῥοοὺς τέκνων Πηγὰς ἀφαίρει. 619. καὶ νάματ' ὄσσων μηκέτ' ἐξανίετε. Sophocles dixit πηγὰς δακρύων Antig. 803. παγὰ δακρύων Trach. 852. Ibid. 919. καὶ δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα. Noster Herc. Fur. 443. δακρύων ὡς οὐ δύναμαι κατέχειν Γραίας ὄσσων ἔτι πηγάς. Adde Alcest. 1078. PORSON. δι' ὄσσων interpretor *in oculis*, ut διὰ στέρνων *in pectore*, Soph. Antig. 650. διὰ κυμάτων *in undis*, Iph. A. 937. διὰ καλυμμάτων, *intra velamina*, Iph. T. 362. διὰ φρενὸς, *in animo*, Herc. F. 728. MUSGR.

373. Valde jejuna est ista repetitio pronominis. Vitium ortum esse suspicor e lectionis varietate, οἳ ἐγὼ et οἴμοι. Cum utraque, ut fit, in textum admissa esset, genuinam vocem expulere. Lego igitur, οἴμοι των ἐμῶν τλήμων κακῶν. Hel. 1223. ἄθαπτον· οἳ 'γὼ τῶν ἐμῶν τλήμων κακῶν. Vel si quis malit ex Helena, οἳ 'γὼ, non repugnem. PORSON.

377. σκότον δεδορκώς. Cf. Bach. 483. Soph. Œd. T. 419. 1284.

378. τλήμονες Ald. MSS. τλήμονος conjicit Marklandus; sed melius Brunckius τλήμονας, laudans Hippol. 1167. Phœn. 1724. Bacch. 1303. Adde Electr. 231. ποῦ γῆς ὁ τλήμων τλήμονας φυγὰς ἔχων. PORSON.

380. ἄνομα. i. e. ἀνόμως. BARNES.

384. Vide infra ad v. 479.

388, 9. Cf. infra. 406. Med. 649. Elect. 1315. Senecæ Consolat. Helv. *Carere patria intolerabile est.*

391. ἔχει habent edd. MSS. Arnaldi emendationem ἔχειν probavere Valckenærius, Brunckius, alii. PORSON.

Recte. Tragici enim in Senariis amœbæis hanc loquendi rationem adhibent, ut infinitivus a procedentibus pendeat. alioqui φυγάσι pluralis numerus sequi debebat.

392. Hæc refellenda sibi imprimis sumsit Plutarchus, de Exil. p. 605. E. Nam μὴ λέγειν, ἅ τις φρονεῖ sæpe prudentis est et ingenui, sed οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν est servi. VALCK.

393. Ad hunc locum respexit Cicero, Epist. Attic. II. 25. *Sed nos tenemus præceptum illud ; τὰς τῶν κρατούντων.* BARNES. Sæpe οἱ κρατοῦντες sunt *domini, principes.* VALCK.

394. Cum hoc compositum analogiæ contrarium videatur, (a substantivis nempe dissyllabis, quales sunt λόγος, νόμος, &c. derivantur verba ἀλογεῖν, ἀνομεῖν, &c. sed non ab adjectivis istius formæ, ἀσοφεῖν, ἀκακεῖν, &c.) corrigere voluere Valckenærius ξυμψοφεῖν, Piersonus ξυννοσεῖν. Equidem συννοσεῖν præferrem, si quid mutare auderem. Sed nescio an propter fortiorem antithesin regulas violarit Euripides. PORSON.

396. Præiverat Euripidi Æschylus Agam. 1677. Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους. VALCK. Soph. Ant. 1262. ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι. Nostri Bacch. 573. ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο. Vide etiam Erasmi Proverbium : *Spes alunt exules.*

401. αὖ ex Reiskii et Valckenærii conjectura edidit Brunckius. Sed sensus est: *Aliquando victum habere solebam, aliquando non habere.* Nam quod ait Brunckius ad Sophocl. Philoct. 290. ea potestate rarius adhiberi ἂν in negativa propositione, refellitur eo ipso loco : ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας Ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν. Simili errore peccavit in Hec. 725. PORSON.

403. εὖ πρᾶσσε interpretatur μηδαμῶς Valckenærius, et comparat cum ζηλῶ σ' Med. 60. εὐτυχοίης, ὄναιο. Sed obstat, quod notavit Brunckius, particula δ', quam ideo abesse iste mallet ; sed eam retinent omnes edd. MSS. Sensus idem est, qui in pervulgato versu, *Donec eris felix, multos numerabis amicos.* PORSON. Non absimile est illud Pindari : παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν, Καμάτου μεταλαμβάνειν. Nem. X. 149. BURTON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 284. 1.

410. Interpunctionem post ποῖον sustulit Porsonus.

416. ἢ pro ὡς ponitur, sonatque *utpote.* BARNES.

417. Sensus versiculi : *Deinceps vero venit etiam alius rursus fugitivus.* ἣν ταῦτα est formula affirmantis ut alibi τοιαῦτα.

421. Multo verisimilius quam Eurip. cujus ratio frigida videtur, fingit Statius, Theb. I. 483. sqq. de eadem pugnâ locutus, Adrastum intervenisse, et vidisse Polynicem

indutum *leonis* exuviis, Tydea *apri*, atque hinc conjecisse, finem nunc habere oraculum ab Apolline datum. Exuviis ferarum Apollodorus III. 6. 1. substituit clypeorum insignia. VALCK.

425. ἐς τόδ' ἡμέρας, pro ἐς ταύτην τὴν ἡμέραν. Infra v. 1085. Alcest. 9. Vide Matt. Gr. Gr. §. 319.

428. Hunc versum recte ineptum et spurium judicat Jortitinus. PORSON.

429. Statius Theb. II. 200. *Et patriis spondet reduces inducere terris.* Euripideum κατάξειν hac in historia retinuerunt Diod. Sic. IV. p. 209. 46. et Apollod. Bibl. I. 1. VALCK.

439. Cf. Erasmi Adag. *Pecuniæ obediunt omnia.* Verbis πάλαι μὲν οὖν ὑμν. ostendit, vetus dictum fuisse, eratque Theognidis. Vide ejus sententias, v. 723. VALCK. Satis notum est illud Virgilianum: *Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?*

448. ξυνωρίδες λόχων sunt *duplices manipuli.* Sic enim copias nonnunquam instructas esse docet Ælianus in Tacticis. Idem ex Suida intelligimus, qui talem numerum διλοχιὰν vocatum esse tradit. MUSGR.

449. τάσσων ἐπέσχον idem est quod τάσσων ἐπαυόμην, ut Ion, sive quis alius apud Stobæum XX. p. 103. ἐπίσχες ὀργιζόμενος. PORSON. Ita infra 1733. ἄπαγε αὐδῶν, ubi vide notam.

450. Βραβεὺς propriè certaminis Judex, qui et præmia solet conferre, vel ex cujus arbitrio pendet præmii collatio; βραβευτὴς idem. βραβεῖον ipsum præmium, Anglicè, *the prize.* βραβεία autem, et pluraliter, ut hic βραβεῖαι, *ipsa certaminis judicandi actio,* ac proinde, *reconciliandi studium.* BARNES.

451. εἰσεδέξω pro εἴσω ἐδέξω. 'Εις et ἐν sæpe obtinent vices particularum εἴσω et ἔνδον, et contra. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 377. Obs. 2. Similis constructio est apud Soph. Œd. T. 238.

453. Atticam formam ἀνύτουσιν reposui, quæ sæpe relicta est, licet aliquando obliterata. Exstat in Sophoclis Antig. 231. 805. Trach. 319. Nostri Bacch. 1053. ἐξανύτω Hipp. 400. Bacch. 1058. Ion. 1067. Nonnunquam dissentiunt codices, ut in Aristoph. Plut. 607. ubi alii MSS. dant ἀνύειν, alii cum duabus primariis editionibus ἀνύτειν. Euripides in editionibus quidem habet ἐξανυέτω Iph. T. 1426. ἐξανύετε Herc. Fur. 619. quod si servas, in metrum peccas, si duplex ττ addis, in linguam. Optime Musgravius, ἐξανιέτω, ἐξανίετε. In Suida, quem Marklandus citat, ἀνύτειν recte præbet MS.

C. C. C. Oxon. in Etymologo p. 821, 18. ἀνύτειν, et p. 270, 3. διαρύτειν MS. Leidensis apud Gisb. Kœnium ad Gregor. p. 28. Eadem enim est ratio verbi ἀρύτειν. In Cratini trochaico apud Suidam, v. ἀναρύτειν (ἀναρρύτειν) ex metri lege correxit Toupius ἀναρύτουσ'. Aristophani, Nub. 271. ἀρύτεσθε ex Suida reddidit Brunckius. Eadem forma occurrit apud Pherecratem Athenæi, VI. p. 269. D. Porro ἁνύτουσιν cum spiritu aspero edidi, Mœridi, Herodiano et aliis obsecutus. Hesychius, ab Alberto restitutus, Καθανύσαι. συντελέσαι. PORSON.

456. Γοργόνος vulgo. Valckenærius Γοργοῦς, et cum similibus formis comparat. In eleganti Andromedes fragmento, quod servavit Maximus in Dionysium Areopagitam, παρθένου τ' εἰκόνα τινα Ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων Σοφῆς ἄγαλμα χειρός· ubi εἰκὼ recte legit Musgravius, sed frustra putat locum interprete indigere. Verba enim sunt Persei, Andromeden e longinquo spectantis, quam imaginem esse ex ipso saxo, cui alligata est, sculptam sibi fingit. PORSON. Imitatur Euripidem Oppianus Cyneg. III. 222. Οὐχὶ μέτωπον ἀθρεῖς λιθοεργέος ἄγχι Μεδούσης, Οὐ γόνον ἰοφόρον παναμειλίκτοιο δρακαίνης. Similiter dicta de Gorgonis capite plura contulit Valckenærius. BECK.

457. Statius Theb. VII. 508. *Tecta vide, fratremque (quid aufers lumina?) fratrem Alloquere.* BECK.

460. Hunc locum ridet Strattis Phœnissis apud Athenæum, IV. p. 160. B. παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφὸν, Ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον. PORSON. Occasionem ludendi Comico dedit vocab. σοφὸν, quod nimis frequentat Euripides. Vide Schol. Med. 663. VALCK.

469. Vide Erasmi Adag. Chil. I. Cent. 3. n. 88. *Veritatis simplex Oratio.*

470. δεῖ τἄνδιχ' ἑρμ. De hoc Euripidis idiomate, quantum satis est, dixi ad Orest. 656. PORSON.

473. Male hæc accipit Valckenærius. προσκέπτομαί τινος æque Græcum est ac προσκέπτομαι τό τινος, cujus exempla ab ipso afferuntur. Hic utraque formula alternatim sine ullo sensus discrimine adhibetur. *Ego quidem et domui paternæ et rebus meis et huic consului.* MUSGR.

478. Usitatior constructio est λαβόντα, sed hæc tragicis non infrequens. MSS. tantum secutus edidi κεχαρμένην Orest. 1115. nam et alterum non minus probum. PORSON. Imo in Orest. 1115. κεχαρμένη solæcum fuisset. Vide Matt. Gr. Gr. §. 535.

ἄρχειν pro τὸ ἄρχειν. Barnes. Abreschius ad Æsch. T. I. p. 18. rejecta Barnesii interpretatione, ad λαβὼν subintelligit ἀρχήν. Sed potest λαβὼν etiam pleonastice positum esse. Beck.

479. δι' ἔχθρας—μολών. Modum loquendi exemplis illustravit Valckenærius. Supra 20. καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος. Infra 1561. δι' ὀδύνας ἂν ἔβας. Orest. 745. διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι. Androm. 175. διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι χωροῦσι. 417. Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰών. Addas supra 384.

481. ὁ δ' αἰνέσας ταῦθ'. *Ille vero cum his assensus sit.* Heath. Vide ad Hipp. 37.

489. Cf. Bacch. 1165, ubi idem fere versus occurrit.

494. αὔθ' ἕκαστα, vel αὐθέκαστα, est simplex oratio, qualem natura dictat; αὐθέκαστος est in singulis genuinus, nulla arte adhibita, naturam ducem sequens—περιπλοκαὶ λόγων, *intorta oratio,* et περιπλοκὰς λέγειν, *perplexe loqui;* sæpe hoc sensu πλέκειν et inde ducta usurpavit Euripides. Valck. αὐτὰ ἕκαστα proprie esse *ipsa quæque* monet Blomfield. ad Æsch. Prom. 986. ut in singulari numero αὐτὸς ἕκαστος apud Herod. VII. 19. VIII. 123. unde αὔθ' ἕκαστα *omnia sigillatim* vertit.

501. Vide Erasmi Adagium: *Quot homines, tot Sententiæ.*

502. ὀνομάσαι omnes edd. et MSS. Edidi ὀνόμασιν, quod cum sine ν, ut passim fit, scriberetur, facile mutari potuit. λόγος et ἔργον quoties opponantur, præsertim a tragicis, nemo ignorat. Neque raro ὄνομα et ἔργον, ut Orest. 444. ὄνομα γὰρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι. Iph. A. 1102. τοῖς ὀνόμασιν μὲν εὖ λέγεις, τὰ δ' ἔργα σου Οὐκ οἶδ' ὅπως χρή μ' ὀνομάσασαν εὖ λέγειν. Sed hoc vitiosum in hac oppositione alicui fortasse videatur, quod in altero membro nomen est plurale, in altero singulare; in altero additur articulus, in altero omittitur. Verum tales minutias non curiose sectantur tragici. Sophocl. Electr. 59. τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν Ἔργοισι σωθῶ. Œd. C. 1187. τά τοι καλῶς Εὑρημέν' ἔργα, τῷ λόγῳ μηνύεται. Utrumque negligit Œd. C. 782. λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά. Euripides, Androm. 264. τοιόνδ' ἔχω σου δέλεαρ· ἀλλὰ γὰρ λόγους Κρύψω, τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα. Troad. 1226. τλήμων ἰατρὸς, ὄνομ' ἔχουσα, τἄργα δ' οὔ. Ovid. Amor. I. 12, 27. *Ergo ego vos* REBUS *duplices pro* NOMINE *sensi.* Porson.

504. Solitus est Euripides sæpius vocab. αἰθὴρ adhibere, observante Schol. Aristoph. Ran. 919. et dicitur αἰθὴρ *cælum stelliferum.* ἄστρων ἀντολὰς etiam alibi Eurip. et Æsch. dixe-

runt. Valck. Æsch. Prom. 466. ἀντολάς ἐγὼ Ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις. Verba ita sunt ordinanda: ἀντολὰς ἄστρων αἰθέρος.

509. ἀνανδρία γάρ, ὅστις—Elliptica est oratio pro ἀνανδρία γάρ ἐστι τῷ ἐκείνῳ ἀνθρώπῳ, ὅστις, &c. Burton. Vide Matt. Gr. Gr. §. 481. Obs. 2.

516. ἐξαίρει λόγος. Frustra hoc mutat Valckenærius. Isocrates Panathen. λόγοις ἐξαίρειν ἐπειρῶντο τὰς διαφοράς. Musgr. Omnino legendum ἐξαίρει, nam ἐξαιρεῖν est *seligere*, quod sensui repugnat.

519. Edidi ἐκείνου pro ἐκεῖνο ex Dawesii et Valckenærii sententia, de qua vide ad Med. 731. Porson.

520. Valckenærius monuit, infinitivum esse indignantis cum affectu pronunciatum: *Dum licet imperare, huiccine me servire?* Vide ad v. 1724. Beck.

521. Eundem versum in Syleo cum dederit Euripides, integrum locum transcribam, ut lectoris animum, variis lectionibus et grammaticis minutiis fatigatum, suavitate poëtica paullisper exhilarem. Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα, Πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου Πίνων κελαινὸν αἷμα, πρόσθε γὰρ κάτω Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα, Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. Æschyli locum Prom. 991. indicavit Abreschius; utrumque respexisse videtur Philostratus, V. A. VII. 14. p. 201. ὑπὲρ τούτων, εἰ καταλύοι τις αὐτά, ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ πέλεκυς, ὡς νικήσει αὐτὸν οὐδὲν τούτων, οὐδὲ ἐς ὁτιοῦν περιελᾷ ψεῦδος. Porson. Loco Æschyli ab Abreschio citato addas ejusdem fabulæ v. 1078. πρὸς ταῦτ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπτέσθω μὲν πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, κ. τ. λ. πρὸς ταῦτα. *Hac-propter.* Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 1065. et Sept. Theb. 57. Addend.

524. Hos versus Julium Cæsarem frequenter in ore habuisse memorat Suetonius. Barnes. Vertit Cicero de Off. III. 21. *Nam si violandum est jus, regnandi gratia Violandum est; aliis rebus pietatem cole.* Deinde pergit: *Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum, quod sceleratissimum fuerit, exceperit;* ubi ineptum additamentum esse ea verba, *vel potius Euripides*, recte monuit Wyttenbachius, Bibl. Crit. Part. III. p. 30. Confer Tusc. I. 44. *Magna culpa Pelopis.* Porson. Absurdè vertit Seneca Phœniss. 662. *Pro regno velim patriam, penates, conjugem flammis dare, Imperia pretio quovis constant bene.* Eteoclis personæ conveniunt, quæ Euripides posuit; et sæpe is solet scelestorum hominum referre impia dicta, quæ toties populum ad-

versus ipsum exacerbarunt. Sophocles homines magis finxit, ut esse debebant. Aristot. Poet. 25. VALCK.

528. Ovid. Met. VI. 28. *non omnia grandior ætas, Quæ fugiamus, habet; seris venit usus ab annis.* Ad Sophoclis Scyrias, πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ, respexisse Euripidem putat Valckenærius; ad Euripidem respexit, opinor, Aristophanes, Vesp. 439. εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά. PORSON.

532. μὴ σύγ'. est blandientis. VALCK. Vide ad Hec. 405.

ἄδικος ἡ θεός.] ὁ καὶ ἡ θεὸς, cum absolute legitur. Sic Virgil: *ducente deo*, de Venere dea loquens. BARNES.

536. Cf. Erasmi. Adag. *Dimidium plus toto.* BECK.

540. ἐχθρᾶς ἡμέρας accipio pro ἐχθροῦ βίου, ut νέαν ἁμέραν Ion. v. 720. idem proculdubio est, quod νέον βίον, et ἐπίπονον ἁμέραν Soph. Trac. 667. nihil aliud quam ἐπίπονον βίον, quo etiam sensu nota sunt ex Homero δούλιον et ἐλεύθερον ἦμαρ. MUSGR.

542. ἀριθμόν. *Arithmetices Scientiam.* Æsch. Prom. 468. ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων.

543. Bene confert Jortinus Stat. Sylv. III. 3. 19. MUSGR.

νυκτὸς βλέφαρον, *Noctis oculus.* Sic Æsch. Theb. 386. νυκτὸς ὀφθαλμός. Tragicorum in his rebus grandiloquentiam ridet Aristoph. Nub. 284. ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται Μαιμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς, quod post Valckenærium monuit Blomfieldus ad Æsch. loc. cit.

546. Ridet Strattis Phœnissis apud Polluc. IX. 124. εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις, Ὅταν λέγωσιν, ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε. PORSON. εἶτα initio sententiæ interrogat, *Itane, Siccine vero, Ergo.* VALCK.

547. ἔχειν Eusebius, et Theodoretus. IV. p. 62, 49. Recte, opinor, observat Valckenærius, Euripidem in hac formula participio semper uti; quapropter in versu sequenti, sive ἀπονεῖμαι cum Aldo et MSS. quibusdam leges, sive ἀπονέμειν cum Bodleianis, errabis. In temporum rationem peccant νείμας et ἀπονείμας. Ac poteris quidem ἀπονέμων, sed leviori mutatione ἀπονεμεῖς dedi, ut quasi de novo initium faciat, sicut Hec. 837. εἴ πως φανείη γ', ὥστε σοί τ' ἔχειν καλῶς, Στρατῷ τε μὴ δόξαιμι· ubi poterat ab ὥστε verbum suspendere, non ab εἴ πως, et scribere μὴ δόξαι 'μέ. PORSON. Med. 38. Βαρεῖα γὰρ φρὴν, οὐδ' ἀνέξεται Πάσχουσ'. 74. Καὶ ταῦτ' Ἰάσων παῖδας ἐξανέξεται Πάσχοντας; Bacch. 746. οὐκ ἀνέξεται Κινοῦντα Βάκχας. Heraclid. 352. Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται. Vide Matt. Gr. Gr. §. 549. 7. Supprimitur participium in Hipp. 459.

550. ὑπέρφευ. Iterum occurrit Herc. F. 1292. Æsch. Pers. 825. Idem videtur quod ὑπερφυῶς. Barnes. Et sic Blomfieldius, ad Æsch. Pers. 825. cui quidem videtur, vocem antiquitus scriptam fuisse ὑπερφὺ, ab adjectivo ὑπερφυής. Aristoph. Nub. 76. Μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Acharn. 142. Καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς. Sequentia vertas: *An* vero *honestum est monstrari digito? Imo vero inane.*

553. τὸ πλέον, *Superfluitas.* Vide ad Orest. 1099.

554. Sæpe bis in una versu ponitur γε, et alterum γε h. l. significat *certe, saltem.* Valck. Porsonus tamen edidit τοῖσι σώφροσιν, quod nonnumquam recte lectum monet ipse Valckenærius. Vide ad Med. 856.

558. Hunc versum, Euripideum quidem, sed ex alio dramate adscriptum, ex Valckenærii sententia ejecit Porsonus.

567. Et hunc versum spurium judicat Valckenærius, dissentiente Brunckio. Equidem non inficior languidulum esse; sed, eo resecto, nimis abrupta erit sententia. Vide igitur an legendum sit, Κεκλήσεται Θήβαισι. In Suppl. 914. pro γενέσθαι veram lectionem servavit Stobæus, p. 3. κεκλῆσθαι. Porson.

569. ἠμείψατο MSS. nonnulli, mendose. Porson. χάριν et χάριτας ἀμείψασθαι, *acceptum referre beneficium,* notior erat formula librario, quam vulgata. χάριτας εἰς τινα ἀνάψασθαι itidem notat *acceptum alicui referre beneficium.* Hesych. ἀνήψατο· προσέθηκεν, ἀνέθηκεν. Valck.

572. πῶς ἀναστήσεις Ald. MSS. Sed ἀναστῆσαι Euripidis ætate erat, *dejectum erigere;* literam igitur ρ restitui. In Aristoph. Plut. 453. τρόπαιον ἂν στήσαιτο postulat syntaxis. Porson. Cf. Orest. 702. Supp. 649.

573. Sacrificium proprium est verbum κατάρχομαι, non κατάρχω, quod omnibus fere notum est. Significat autem *Sacrificium auspicari,* vel *victimam deo consecrare.* Ista scilicet consecratio tribus rebus constabat, χέρνιβι, *aqua lustrali;* οὐλοχύταις, *mola salsa;* et τριχὶ, *pilis a victimæ capite abscissis et in ignem injectis.* Vide Alcest. 76. Elect. 815. Hoc vero munere fungi solebant reges ac viri principes, aut qui cum imperio præerant. Ita apud Homer. Od. Γ. 444. γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ Χέρνιβα τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο. Bovem vero mactabat non ipse, sed filius Thrasymedes. Ita Iph. T. 40. Iphigenia dicit: Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει. Quid autem erat κατάρχεσθαι, ipsa postea explicat v. 607. ΟΡ. Αὐτὴ ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας; ΙΦ. Οὐκ· ἀλλὰ χαίτην

ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι. Qui autem κατήρχετο, idem preces etiam diis fundebat: quod ex locis ex Homero et Nostri Electra supra indicatis patet. Atque hoc in causa fuisse opinor, quare hoc muneris ad principes, aut in dignitate constitutos viros, propriè pertinere censeretur. HEATH. Omnino etiam consulendus Kusterus ad Aristoph. Aves. 960.

575. Cf. Virg. Æn. III. 288. *Æneas hæc de Danais Victoribus arma.* Plura videas apud Valckenær. et Potteri Archæol. Græc. Lib. III. cap. 12.

577. γένοιτ' ἂν ὑφ' Ἑλλήνων edd. usque ad Kingium, qui Barnesii ex conjectura ἂν delevit, quod neque legisse videtur Scholiastes. Certe sensui nocet; deinde rationes grammaticæ postulabant, ut præcederet οὔποτε, si ἂν retineretur. PORSON.

580. κακὰ μνηστεύματα προσθεὶς, idem valet ac κακὸν κῆδος συναψάμενος. VALCK.

584. ἀμαθίαι multi codices et Schol.; alii ἀμαθία, cum Aldo, quod non est duale, ut Valckenærius, sed singulare; nominativus enim, qui regit μόλητον, est οἱ δύο. Sed plurale prætuli, ut supra 393. PORSON.

588. Potest quis malle ἀναλοῦται, ut Philemon. apud. Stob. p. 367. 45. πολὺς ἀναλοῦται χρόνος. Ἀνάλωται autem est Attica forma. Veteres enim Attici frequentabant verbum ἀναλόω, cujus altera syllaba cum per se semper longa esset, atque adeo augmenti non capax, scribere soliti sunt ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι, et repudiarunt formas communes ἀνήλωκα, ἀνήλωμαι, quæ sicubi in Attico Scriptore vetere leguntur, librario tribuendæ sunt. VALCK.

589. ἐν μέσῳ. *Interea.* Phrasis occurrit supra 583. Med. 814. Hel. 630. 944. Herac. 173. Ion. 1138. 1392. Ita apud Latinos, Virg. Æn. IX. *Nec longum* in medio *tempus,* &c.

591. σκήπτρων Ald. σκῆπτρα. ex membr. edidit Brunckius. Sed recte σκήπτρων, quod infra 1253 omnes MSS. quanquam σκῆπτρον dedit Aldus. PORSON. Sed κρατεῖν et κρατύνειν sic cum Accusativo strui Brunckius docet ex Soph. Œd. C. 1380. Æsch. Prom. 403. Eurip. Hipp. 1272. aliisque locis. BECK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 338. Obs. b.

594. Similia Euripideis his leguntur apud Hom. Il. Δ. 510. et Virg. Æn. XII. 50. VALCK.

596. ἐγγύς· οὐ πρόσω βέβηκας; Hæc est e Valckenærii sententia. *Prope adest: nonne procul abis quam longissime?* Multo melius, ut videtur, edidit Porsonus ex conjectura

Reiskii, ἐγγὺς, οὐ πρόσω βεβηκώς· *prope adest, non procul digressus.* Tales pleonasmos frequentat Euripides.

599. Hanc sententiam Augustus apud Suetonium, C. 25. usurpavit ad confirmandam sui ipsius sententiam, σπεῦδε βραδεώς, *festina lente.* BARNES.

600. κομπός. Substantivum loco adjectivi. Sic ἀνὴρ ὄλεθρος aliquoties apud Demosthenem. Lucianus in Gallo: τῷ λήρῳ ἐκείνῳ γέροντι. MUSGR. Vide Matt. Gr. Gr. §. 429. 4.

σώζουσιν θανεῖν. Constructio paullo infrequentior, omissa particula μή. Sic Alcest. 11. ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην. Eodem modo post verba prohibendi et interdicendi particula sæpe omittitur, licet exprimi deberet. Vide Hermann. ad Viger. p. 629. Ed. Ox. Formulam plenius expressit Noster in Elect. 1256. εἴρξει γάρ νιν ἐπτοημένας δεινοῖς δράκουσιν, ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν. Similiter Ellipsin supplet Thycydides I. 49. τὸ μὲν πρῶτον ἀπεχόμενοι, ὥστε μὴ ἐμβάλλειν τινί.

606. λευκοπῶλοι et λεύκιπποι dicuntur cum Castor et Pollux, tum Zethus et Amphion, atque ad hos spectare verba των λευκοπώλων θεῶν censet Valckenær. ob locum Herc. F. 29. BECK.

607. ἐξελῶν. Attica futuri forma pro ἐξέλασων. Vide Brunck. ad Soph. Œd. T. 138.

610. Pro γε ex membranis σε dedit Brunckius, ut opinor; sed commodius abest pronomen, utpote ex μ' repetitum; neque otiosa est particula. Æschyl. Prom. 73. ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός. Euripid. Heraclid. 636. μάλιστα· καὶ πρός γ' εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. PORSON. Ad πρὸς subauditur τούτοις, quod valet *insuper*, ut sæpe apud Tragicos. Exemplis a Porsono allatis addas, infra 877. Orest. 611. Helen. 956, quæ Monkius affert ad Hippol. 897. (890.)

611. οἰκεῖν δόμον vel οἶκον significare κατ' ἐξοχὴν *domus ac familiæ dominum* esse docet Monkius ad Hipp. 1014. (1007.) hoc loco laudato, ut et Androm. 572. Πῶς; ἢ τὸν ἀμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν Δεῦρ'. Iph. A. 320. Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι.

616. Sæpe ἀλλὰ simpliciter *saltem* significat, quamvis ἀλλὰ γε frequentius eo sensu adhibetur.

620. εἰς ἡμᾶς ὑβρίζει. De hac formula ita Lucianus in Solæc. T. IX. p. 232. Τὸ μέν σε ὑβρίζειν, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν, ἤτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἰς σὲ, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις. καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σὲ ὑβρίζει. Hanc vero distinctionem Scriptores, ut in

hoc nostro loco, sæpe violarunt. Vide doctissimum Kusterum ad Aristoph. Plut. 900. et Matt. Gr. Gr. §. 406. 2. Obs.

623. αὐτὸ σημανεῖ, vel δείξει, solennis erat formula sciscitantibus eventum expectandum designantis: vel simpliciter significans *res ipsa indicabit*, aut *indicat*. Interdum additur ἔργον. VALCK.

625. Heliodor. Æthiop. IV. p. 170. οὐχ οὕτως ἥδε ἡ χεὶρ καὶ ξίφος τοὐμὸν ἀργήσει. PORSON.

630. Hunc versum spurium censet Valckenærius.

632. Δεξίμηλ' ἀγάλματα sunt altaria victimis recipiendis destinata. VALCK. Hesych. Δεξίμηλοι θεοί· ἐπήκοοι καὶ ἵλαροὶ, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τὰ θυόμενα μῆλα· καὶ δεξίμηλοι ἐσχάραι. (Androm. 1115.) BECK.

636. Quintilianus Inst. Or. V. 10. *Et illud apud Euripidem frigidum sane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater incessit.* Soliti sunt etiam Æschylus, Sophocles, et alii ad Etymologias propriorum nominum alludere, sed rarius quam Euripides. VALCK. Sic Æsch. Theb. 655. ἐπωνύμω Πολυνείκει. Cf. infra v. 1494. Satis autem nota est illa ludicra exclamatio Ajacis Sophoclei, v. 430. tragicæ majestati prorsus aliena. Similes etiam nominum derivationes extant in Test. Vet. Libris. Gen. xxvii. 36. 1 Sam. xxv. 5.

637. De hoc Cadmi in Bœotiam adventu, et de bove et dracone, vide Ovid Met. L. III. Fab. I. Pausan. in Bœoticis; p. 290, 44. et præcipue Scholiasten in hunc locum. BARNES.

640. Μόσχος ἀδάμαστος est *indomita juvenca, nullum servitii signum cervice gerens.* Ovid Met. III. 16. BECK. Formam ἀδάματος ubique Tragicis restituendam censet Elmsleius.

641. δίκε. Schol. κατέβαλε. Inter verbum ἔδικον, quod tantum in aoristo occurrit, et ἔβαλον hoc interesse monet Elmsleius, quod δικεῖν nunquam *ferire* significat, ideoque per ῥίψαι potius interpretari debere.

643. μιν pro μὲν correxit Musgravius, et recte recepit Porsonus, ut et in v. 615. γε pro τε ex Valckenærii emendatione.

651. Euripidea verba obscurissima illustrat narratio Mnaseæ Patarensis, quam soli Scholiastæ debemus: Bacchum, de matre cadentem, κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φύεις ἐκάλυψεν, et ramis obductum illæsum conservavit. Origo vero fabulæ, quam Euripides sequitur, in iis esse videtur, quæ de Osiride narrant Ægyptii; arcam, cui Osiris fuerat inclusus, fluctibus

ad littus expulsam ericæ insedisse. Pleraque, quæ de Osiride narrabantur, aut in ejus honorem fiebant, ab Orpheo vel Melampede sunt in Bacchum Thebanum translatæ. VALCK.

654. ἐνώτισεν. Hanc vocem frustra suspectam habet Valckenærius. Hesychius, ipso fatente, hinc sumsit, Ἐνώτισε. τὰ νῶτα περιεσκέπασεν. Bene advocat Musgravius, Herc. F. 359. ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας Δεινῷ χάσματι θηρός. Sensu cognato idem verbum adhibet Æschylus, Agam. 296. ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νωτίσαι, de lampade maris superficiem illuminante. De Sphingis ala νώτισμα θηρὸς dixit tragicus apud Plutarchum Stobæi LXXII. p. 403, 1. PORSON. *Per terga diffluit* vertit Blomfieldius ad Æsch. loc. cit. cui minus accurate vocem tractasse videtur Porsonus.

655. χορεύειν cum significet *Choreis celebrare*, (cujus exemplum dat Iph. A. 1045.) sequitur, χόρευμα *argumentum choreæ* significare posse. MUSGR.

657. Jungi debent δράκων Ἄρεος, non Ἄρεος φύλαξ. Draconem hunc a Marte genitum fabulabantur. VALCK.

670. Seneca Herc. F. 260. *Ferax deorum terra—E cujus arvis atque fœcundo sinu Stricto juventus orta cum ferro stetit:* Eadem narrantur de Jasonis Spartis, quin ejusdem quoque Dircæi serpentis dentes inter Cadmum et Jasona divisos esse prodidit Pherecydes. VALCK.

676. Idem fere paullo post ad v. 828. Hæc autem Fabula tractatur ab Æschylo in Prometh. V. item ab Ovidio Met. L. I. Fab. II. 12, 13. BARNES.

679. Cum Barbaros introducit Euripides, facit eos eandem vocem sæpe repetere. JORTIN.

682. ἔκγονοι. Genealogia hæc est; Libye, Epaphi filia, ex Neptuno peperit Agenorem, Cadmi patrem. Apollod. Lib. II. c. 1. §. 4. MUSGR.

683. διώνυμοι. Vel *binomines*, ut Scholiastes, vel *celebres*. Sic διώνυμον ναὸν apud Josephum de B. J. III. 1. 3. εὐτυχίαν διώνυμον Plutarch. in Timol. p. 437. Ed. Steph. MUSGR.

686. πάντων ἄνασσα ad Proserpinam, πάντων τροφὸς ad Cererem referre videtur.

687. Quæri potest, quæ tanta necessitudo inter Epaphum et Cererem intercesserit, ut Chorus ad opem Deæ implorandum eo quasi internuncio uteretur: Respondeo, Io, sive Isidem Ægyptiorum, eandem esse quorundam opinione, ac Cererem Græcorum. Clem. Alex. p. 322. τὴν Ἶσιν ὑπὸ Ἑλλήνων Δήμητρα καλεῖσθαι φησιν. MUSGR.

699. σὸν δέμας, i. e. σε. Periphrasis apud Poetas satis nota. Similiter infra v. 1507. Σφιγγὸς σῶμα. Eodem modo *corpus* usurpant Latini. Virg. Æn. VII. 649. *Excepto Laurentis* corpore *Turni.*

702. Constructionem minus percepit Valckenærius. Subauditur ἐμαυτόν. Aristoph. Lysistr. 469. τί τοῖσδε σαυτὸν εἰς λόγους τοῖς θηρίοις ξυνάπτεις. PORSON.

705. ἀναρτήσαντ' ἔχειν, pro ἀναρτῆσαι, quam circuitionem verbum ἔχειν (ut verba εἶναι, κυρεῖν, τυγχάνειν) alius verbi participio additum sæpius facit, imprimis apud Tragicos. BECK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 559. b.

706. ἐμπόδων, *ante pedes.* Thom. Mag. ἐμπόδων· τὰ ἐν ποσίν. Æsch. Prom. 13. οὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι.

707. Idem fere versus Sophoclis Trach. 78. τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ. PORSON.

710. Pro πύργοισι, quod ineptum censet Valckenærius, πυκνοῖσι optime conjecit Reiskius, admisitque Porsonus. Vide infra 1105.

712. ἐξοιστεόν τἄρ' ὅπλα. De hac constructione, vide Matt. Gr. Gr. §. 447. 3. a. Porsonus edidit γ' ἄρ'. Recte.

718. Cf. Herc. F. 566. VALCK.

719. Post πολλοῦ πόνου recte Schol. supplet δεόμενον, ut plato Legg. 4. p. 708. D. τὸ δὲ συμπνεῦσαι—χρόνου πολλοῦ καὶ παγχάλεπον. VALCK. Vide tamen Matt. Gr. Gr. §. 372.

720 ὡς οὐ καθέξω. Subintellige ἴσθι, vel γίνωσκε. De hac autem Ellipsi nihil, quantum observo, tradidit vir peritissimus Lamb. Bos in libello suo de Ellips. Græcis. BURTON.

721. πᾶν pro πᾶσα. Vide Matt. Gr. Gr. §. 307. b. Sensus Heathio videtur esse: *Modo vincas, quacunque ratione vincas, prudenter feceris.* Eximitur enim Eteocli scrupulus, qui ignaviæ nomen, exercitu intra mœnia versato, timere videbatur.

722. βούλει τράπωμαι. Elliptice, omissa voce ἵνα, quæ sæpissime deest ante subjunctivum. Anacreon. Od. XII. 4. Θέλεις, λαβὼν ψαλίξω; Pariter Scriptores Novi Test. Τί θέλετε, ποιήσω ὑμῖν; Matt. xx. 32. Adde Matt. viii. 4. BURTON. Addas etiam Matt. vii. 4. ix. 30. xiii. 28. xxvii. 17. Marc. xv. 9. Luc. xxii. 9. Hebr. viii. 5. Hanc Ellipsin adhibent etiam Latini, et maxime ante verba *optandi, rogandi,* et similia. Horat. Od. I. 38. 5. *Simplici myrto nihil allabores Sedulus curo.* Cicero. Epist. III. 15. *Velim ita fortuna tulisset.* Vide Bos. Ellips. Gr. p. 477. ed. Oxon.

727. ἐνδυστυχῆσαι. Vim prepositionis in hoc et similibus

verbis illustravit Porsonus ad Bacch. 508. Advers. p. 265. Herod. IX. 7. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίας, τῆς γε ἡμετέρας ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον. Aristoph. Pac. 1227. ἐναποπατεῖν γάρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνυ. Nostri locum apte Anglice verteris: *The darkness of the night is a dreadful season to be unsuccessful* in.

In hoc dialogo singulare artificium Euripidis elucet, imperatoriam in Creontis persona prudentiam monstrantis, in Eteocle contra militis audaciam minime providam. Similes loci sunt Rhes. 87. sqq. et Hom. in Il. M. VALCK.

728. προσβάλλω Ald. προσβαλῶ Flor. Grot. προσβάλω alii. Omnia recte; sed, ceteris paribus, præferendus est aoristus, ut mox 734. Aristoph. Ran. 631. Καὶ πῶς βασανίζω; recte MS. apud Brunckium βασανίσω. PORSON. Dubitantis Eteoclis interrogatio est; et tali congruit modus subjunctivus, et suppleri potest βούλει. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 515. 2. ef. Cf. v. 722. supra.

736. γίγνεται pro γένηται. Confert Schol. v. 93. supra.

741. Pro αὐτοῖς ϗ σὺ Grotius edidit αὐτὸς ϗ σὺ, quem sequitur Valck. qui monet, originem vulgatæ lectionis esse in v. 737. et expressum hunc esse ex Æsch. Theb. 57. Πρὸς ταῦτ' ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως Πύλῶν ἐπ' ἐξόδοισι τάγευται τάχος. BECK. Ita et Porsonus; recte.

744. ἀμύνειν τειχέων προσαμβάσεις notat *a mœnibus adscensum arcere*, atque adeo *mœnia tueri*. VALCK. Supra v. 489. κλιμάκων προσαμβάσεις; *scalas ascendendo aptas*.

746. Pindar. Nem. Od. 9. de præclaris ducibus dicit χερσὶ ϗ ψυχᾷ δυνατοὶ quod Schol. interpretatur γνώμῃ ϗ ἀνδρείᾳ. Et Homer. Il. Π. 630. idem fere sentit: Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμȣ, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. BARNES. Videtur respexisse Euripides ad notissimum Homeri locum: Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. In imperatore conjunctum esse debet θάρσος cum φρενῶν εὐβȣλίᾳ. Θάρσος hic in bonum sensum usurpatur de fiducia in periculis suscipiendis. VALCK.

748. ἔσται τάδ'. Anglicè verteris: *Be it so:* et passim apud Tragicos.

ἑπτάπυργον ἐς πόλιν. Forte, ἑπτάπυργον ἐς κύκλον, ut intelligatur murorum ambitus. Vulgata certe perabsurda est, cum Eteocles hoc ipso tempore in urbe fuerit. κύκλος τείχους habet Diod. Sic. XIII. 72. MUSGR. Hanc emendationem recepit Porsonus. Cf. Æsch. Theb. 288. Ἐγὼ δ' ἐπ' ἄνδρας ἓξ, ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ, Ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον Εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδȣς τάξω μολών.

750. Soph. Antig. 141. ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους. Apollodor. III. p. 154. Ἐτεοκλῆς, καταστήσας ἡγεμόνας, ἴσους ἴσοις ἔταξε.

751. Oblique hîc tangi Æschylum recte notat Brumœus. Vide Æsch. Theb. 373. Ed. Blomf.

756. Hunc versum et hîc, et infra 1376. spurium censet Valckenærius; hinc ejecit Brunckius, ibi retinet. PORSON.

757. Valck. pro γάμους legit γάμου, quia fere dicitur, μέλεταί μοι τοῦδε. At Heath. monet etiam accusativum addi verbo μέλεσθαι, ut in formula ταῦτά σοι μελέσθω, et γάμοι numero plurali usitatius esse apud poetas Atticos. BECK.

760. ἔξοδον ne quis de obitu, de exitu vitæ, accipiet, monet Valck. BECK.

762. χάριν. Ellipsis est, ut solet, prepositionis εἰς. Vide Bos. Ellips. Græc. p. 421. ed. Oxon.

770. ἄξοντα pro λαβόντα (hoc enim Græcum quidem est, sed sensui repugnat) emendatio est Valckenærii. PORSON.

772. De hoc Eteoclis contemptu vaticiniorum Tiresias ipse paulo post queritur ad v. 865. Sic apud Homerum Calchanti infensus erat Agamemnon, Iliad A. 106. Μάντι κακῶν, οὔπω ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Et in sacris literis Ahabus Michaiæ prophetæ. Vide 1 Reg. xxiii. 1. 18. 2 Chron. xviii. 7. 17. BARNES.

774. Edictum idem de non sepeliendo Polynicis cadavere vide fusius explicatum Soph. Antig. 26. et aliis locis. ÆMIL. PORT.

775, 6. Paulo negligentius hi versus, ut alii nonnulli, scripti sunt. Ita enim loquitur Eteocles, quasi prævideret, fore, ut et Polynicem vinceret, et ipse occideretur. MUSGR.

779. ἀμφιβλήματα apud Euripidem omnino *corporis amictus*, *vestes*; h. l. sigillatim *corporis munimenta*, imprimis, *thorax* et *galea*. Imitatur Euripides Æsch. Theb. 681. φέρ' ὡς τάχος Κνημῖδας, αἰχμὴν, καὶ πετρῶν προβλήματα. VALCK.

784. ὦ πολύμ. Ἄρης. Casus rectus pro vocativo. Cujus rei exempla habes in Soph. Œd. T. 1330. 1421. Antig. 1346. et mille præterea locis apud Tragicos. Adde Eurip. Hecub. 529. ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός. Similiter Hom. Il. Γ. 277. Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς. BURTON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 312. 1.

786. In hujus versus explicatione incipiemus a νεάνιδος ὥρας —νεανὶς igitur adjective hic dicitur, ut νεάνιδες ἧβαι Ion. v. 480. νεανίαις ὤμοισι Helen. 1562. ὥρας interpretor *venustatis*, vel potius ὡραιότητος. Latine diceres *florem corporis*. Νεανὶς

ὥρα simul sumptum notat primo *florem illum juvenilem;* deinde, levi sensus deflexione, universos, qui eum possident: quam quidem deflexionem in ἡλικία et νεότης, ne de Latinorum *juventute* et *juventa* dicam, observare licet. Sed et ὥρα sic adhibuisse videtur Auctor incertus in Anthol. H. Steph. p. 80. ubi lenonem ὥρης ἔμπορον vocat—στεφάνοισι recte interpretatur Heathius eo sensu, quo Ovidius *vulgi coronam* dixit, Metam. XIII. 1. Homer. Il. XIV. 736. πάντῃ γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηε, ubi Scholiastes: πανταχόθεν γάρ σε περιεκυκλώσαντο οἱ πολέμιοι. Loci igitur sententia hæc est: *Nec in pulchros choros ducentibus circulis juventutis,* i. e. juvenum et puellarum. Musgr. Vide etiam Kuster. in Aristoph. Equit. 417.

789. στρατὸν—Θήβας. Brunckius cum Musgravio reddit: *Argivos incitans in Thebarum sobolem,* ut infra v. 794.

790. Κῶμος ἀναυλότατος dicitur, quia Marti nihil cum Bacchi gaudiis negotii est. Beck. Vide ad Orest. 1481.

791. οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ. Cum in altero sententiæ membro δινεύεις subjectum habeat accusativum πῶλον manca erit oppositio, nisi et hic quoque accusativum post se trahat. Puto, auctorem scripsisse οὐ πόδα θυρσομανῆ κ. τ. λ. Musgr. Emendationem Musgravii recepit Porsonus, post πῶλον plenius interpungens.

792. μώνυχα πῶλον, ut Homerus μώνυχες ἵπποι. Barnes.

794. θοάζεις. Hesych. θοάζει: μαίνεται. Vide tamen ad Orest. 325.

802. Ut hic Cithæron Dianæ oculus dicitur, sic apud Catull. 31. 2. est *peninsularum insularumque ocellus.* Valck.

805. περόναις. Non istæ, quibus Laïus pedes perforaverat, sed quibus ipsi sibi oculos effodit, quibusque insignis futurus erat. Valck.

806. Imitatus Euripidem Lycophron Sphinga appellavit Φίκειον τέρας, v. 1471. Τέρας de variis monstris dicitur. Valck.

811. ἔρις ἄλλα dicitur illius respectu, quam v. 798. memoravit; et θάλλειν est *in dies crescere.* Beck.

814. Pro secundo καλὸν, φίλον conjicit Valckenærius ex Theognidis dicto, Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστὶ, quod ille narrat Deos Harmoniæ nuptiis cantasse; quas quidem nuptias statim 822. commemorat Euripides. Porson.

815. Legendum omnino cum Musgravio, νόμιμον, ut ad

λόχευμα referatur. Constructio est: οὐδ' οἱ παῖδες, μητρὶ μὴ νόμιμον λόχευμα, μίασμά τε πατρὸς, et post hæc repetendum, οὔ ποτ' ἔφυ καλόν.

817. ἡ δὲ σύναιμον εἰς λέχος ἦλθεν Ald. et plurimi codices. Recte εἰς delevit Brunckius. Sophocl. Aj. 491. τὸ σόν λέχος ξυνῆλθον. PORSON. Hoc versu causam aperire videtur Chorus, propter quam μητρὶ λόχευμα dixerit μὴ καλόν. VALCK.

819. Euripidea idem significabit, ac βάρβαρον ὡς φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι. Scribi quoque potuit: βάρβαρος ὡς ἀκοᾷ γ' ἐδάην, *sicut barbara quondam fama atque auditione accepi.* ἀκοὴ sæpe est *fama.* VALCK.

821. ὄνειδος hic est idem quod κλεὸς, *decus.* BECK.

822. Vide M. Anton. Mureti Var. Lect. IV. 4. de Diis, Gratiis, et Musis ad Cadmi et Harmoniæ Nuptias convenientibus; et Theogn. v. 15. Idem in Pelei et Thetidis Nuptiis factum poetæ memorant: unde Eur. Iph. A. 697. ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμους θεοί. Ibidem v. 1025. Chorus totâ Strophâ et Antistrophâ easdem Nuptias celebrat. BARNES.

824. πύργοι—διδύμων ποταμῶν. Sic Pindaro οἴκημα ποταμοῦ et οἴκημα παρὰ ποταμῷ. MUSGR.

834. θύγατερ. Tragici Græci et Latini cæco Tiresiæ filiam Manto tribuunt ducem, sed alii baculum cœlitus ei datum. VALCK. Prius ὡς est *quoniam, etenim,* secundum *ut.* PORSON.

838. Κλήρους Spanheim. ad Callim. in Pall. p. 626. rectè interpretatur *tabellas vaticiniorum.* VALCK.

840. θάκοισιν. Sedebant enim Augures auguria captantes: hinc passim apud Græcos ὄρνισι καθέζεσθαι, pro *auguria captare.* Vide Potteri Archæol. Græc. II. 15. BURTON. Sophocles etiam in Antig. v. 999. Tiresiæ θᾶκον ὀρνιθόσκοπον memorat, quem Pausanias in Bœoticis, p. 741. se ipsum vidisse dicit.

847. Locum, qui plerisque viris doctis corruptus visus est, intactum reliquit Brunckius. Conjicit Piersonus ὡς παῖς τιθήνης (paullo lenius esset τιθήνην); longe deterius Valckenærius, ἐκβᾶσ' ἀπήνης, ut scilicet γυνὴ subaudiatur. Fr. Jacobi conjecturam in textum recepit Beckius, ὡς παῖς ἄνηβος. Musgravius præfert, ὡς πᾶσ' ἄκανθα. conferens Electr. 485—8. Elegantes sane sunt Piersoni, Jacobi, Musgravii emendationes, nulla tamen adeo certa, ut omnem dubitationem præcidat. Musgravii sententiam quodammodo confirmat Electræ locus: ὡς πρόσβασιν τῶνδ' ὀρθίαν οἴκων ἔχει, Ῥυσῷ γέροντι τῷδε προσβῆναι ποδί. Ὅμως δὲ πρός γε τοὺς φίλους ἐξελκτέον Διπλῆν ἄκανθαν καὶ

παλίῤῥοπον γόνυ. Eligat lector quod optimum est, aut ipse melius aliquid excogitet. Mox 849. τί μ' ἐκάλεις Valckenærii est emendatio pro τί με καλεῖς. PORSON.

852. Pro γῆς omnino legendum cum Porsono γοῦν', *genua*, interpunctione post παρεῖμαι amotâ, adeo ut sensus sit: *Labore defatigor genua.*

854. Εὐμόλπου. Anachronismum agit Euripides. Eumolpus enim contra Erectheum centum et viginti fere annos ante Thebaida bellum gessit.

870. Sensus est: *Cruenta oculorum Œdipi effossio callidum Deorum consilium erat, ad potentiam suam Græcis demonstrandam.* MUSGR. Soph. Œd. C. 552. τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαστροφάς.

878. ἄγω τί οὐ δρῶν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη Ald. Kingius conjicit κἀγὼ παρών. Et ἄγω quidem utcunque defendi potest, κἀγὼ tamen multo facilius videtur. Sed neque hiatum tragici admittunt post τί (nam pauca, quæ adversantur, exempla mendosa sunt) neque simpliciter interrogant per ὁποῖος. Divise enim scribendum est infra 1704. ὁ ποῖος, ut et in Aristoph. Acharn. 962. ὁ ποῖος, cui recte respondet ὁ δεινός. In Rhes. 689. Bacch. 619. nulla difficultas restat. Lego igitur, κἀγὼ τίν' οὐ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη, ut τίνα non minus quam ποῖα referatur ad ἔπη. PORSON.

888. δαιμονῶντας, *Malo numine agitatos.* Æsch. Theb. 1003. δαιμονῶντας ἐν ἄτᾳ. Choëph. 514. δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Recentiores δαιμονίζειν dixisse monet Blomfieldius ad priorem Æschyli locum. δαμονιᾶν, quod Barnesius mavult, Josepho et Ecclesiasticis Scriptoribus proprium est, docente Valckenærio. Plenius interdum dicitur κακοδαιμονᾷν. Aristoph. Plut.

889. Homericum illud expressit, Iliad. A. 576. ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. BARNES.

892. Recte interpretatur Kingius: *Acerbumque illis, quos hæc fortuna manet:* Infra etiam v. 897. τύχη de adversâ fortunâ accipienda est, quæ, discedente Tiresia, et oraculis suppressis, Creontem simul fugiebat. Cf. etiam v. 914.

895. Imitatur Æsch. Theb. 269. Σιγῶ· σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.

τί γὰρ πάθω; *quid enim agam?* Est formula eorum, quos invitos natura vel fatum, vel quæcunque alia cogit necessitas. VALCK. Occurrit Hec. 611. Suppl. 256. Æsch. Theb. 909. ubi vide Blomfieldium, qui monet aorist. subjunctivum in

hujusmodi interrogationibus pro futuro indicativi sæpissime poni.

903. Κλύοις ἂν. *Audies.* Aoristus optativi ita nonnunquam pro Indic. Futuro usurpatur. Ita infra v. 926. Vide Matt. Gr. Gr. §. 506. 2.

909. Soph. Œd. T. 91. Ἐι τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν, Ἕτοιμος εἰπεῖν. VALCK.

911. ὁδὸν, *modum* vel *rationem*, quo sensu sæpe occurrit. Hec. 727. Herac. 236. Soph. Œd. T. 67. 311. Vide Kusterum ad. Arist. Equit. 1012.

923. De Creonte Statius Theb. X. 619. *Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis, nequicquam reticere rogat.* BECK.

924. αἰτῇ edd. et MSS. fere omnes. ἐστὶν pro αἰτῇ ex conjectura Heathii edidit Brunckius. γῇ Valckenærius. δυσμάλακτ' Musgravius pro δυσφύλακτ'. Pro αἰτῇ Cant. αἰτεῖς. Quid si legamus ἀρκεῖς, eodem sensu, quo Latinum *arces, repellis?* Electr. 1301. οὐκ ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις; Tragici fragmentum apud Wetsten. Prol. in N. T. II. p. 6. σφαγὰς οἰκτρὰς ἀρκέσαι. PORSON. Ita etiam ἐπαρκέω apud Homerum Il. B. 873. οὐδέ τι οἱ τόγ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. αἰτεῖ, *petes*, sententiam plane absurdam efficit.

930. κεῖς ἀγῶν' ἔρχει λόγων. Hæc leguntur etiam Androm. 234. Similia Med. 543. Suppl. 428. BECK.

931. θαλάμη de brutis animalibus proprie dicitur, θάλαμος de rationalibus. Eustath. θαλάμαι· ζωϊκαὶ καταδύσεις.

934. Κάδμῳ pro Κάδμου est Valckenærii conjectura, qui citat Sophocl. Trach. 668. οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων. Ii enim casus nominibus addi solent, quos verba regunt, unde deducta sunt. Adde nostri Iph. T. 377. τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα. Odyss. Λ. 553. citavi supra ad 341. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 396. ἐκ μηνιμάτων, *propter iras.*

936. Inter Ἄρη et Ἄρην fluctuant codices, ut solent. Posthac, non monito lectore, Ἄρην semper servabo. PORSON.

941. Accius in Phœniss. apud Nonium: *Ab dracontis stirpe armata exortus, genere antiquior.* Cf. Stat. Theb. X. 607. 662. aliosque a Valckenærio laudatos. BECK.

944. Οἵ σοί τε παῖδες, scilicet ἐκ Σπαρτῶν γένους orti sunt et ἀκέραιοι. VALCK.

945. Eustath. ad Il. Δ. p. 382, 6. ἠΐθεος, τουτέστιν, ἄπειρος γάμου. Elmsleius ad Soph. Œd. 18. hanc vocem idem significare docet, quod Gallicè *Garçon.*

946. Et hunc versum ut spurium ostendat, multa molitur Valckenærius. ἔχειν λέχος pro *desponsatum esse* improbat. Deinde εὐνῆς ἥψατ' parum Atticum censet, quamvis exempla ipse attulerit, in quibus ψαύειν γάμων, εὐνῆς θιγεῖν, occurrant; nihil enim prorsus, ait, differunt hoc usu γάμος, εὐνὴ, λέχος, λέκτρον. Sed audiamus virum summum iterum ad Hippol. 885. "In versum 953. (946.) Phœn. notata mihi satis accurate videbantur disputata; viro clariss. (Heathio) *levissima sane videntur*: suus cuique gustus est." Non meminerat scilicet ejusdem fabulæ versum 1023. ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων. PORSON.

947. τῆδ' ἀνειμένος πόλει, *huic urbi consecratus*, i. e. *pro ea devotus*. HEATH. Statius Theb. X. 714. *Diis votum juvenem*; et 787. *Thebis devotum caput*, Menœcea appellat. VALCK.

954. ἐμπύρῳ τέχνῃ. Hesych. Ἐμπύρια· μαντεῖα, παρὰ Βοιωτοῖς. HEATH.

962. δῆλον οἵγ' ἐμοὶ λόγοι. Eleganter supprimitur πρᾶγμα cum εἰσὶ. Plena enim locutio est: δῆλον πρᾶγμά εἰσι οἵγε ἐμοὶ λόγοι. BURTON. Sequentia, imprimis v. 967. admiratur Grotius, Prolegg. p. 23. paterni velut affectus imaginem pulcherrimam. BECK.

969. εἰμι addit Aldus, sed nesciunt codices. Attici quidem sæpe omittunt, nonnunquam tamen addunt, ut supra 484. Hec. 299. PORSON.

971. Plerique codices μάντεως, sed ex meliori Aldus μάντεων, quod ex Statio, Theb. X. 717, confirmat Valckenærius: *Non me ulli monitus, nec vatum exorsa furentum Sollicitant, manesque movent; sibi callidus ista Tiresias, natæque canat*. PORSON. Pluralis etiam numerus contemtum denotat.

972. ἀπαλλαγεὶς Ald. Asperas et antiquas formas adamarunt tragici, ideoque aoristos priores prætulere. Sic habet ἐθρέφθην noster, Hec. 348. θρεφθῆναι ex eadem fabula 595, et κρυφθεὶς ex Orest. 43. citat Eustathius ad Il. E. p. 519, 41. 44. θαφθεῖσι, quod ex Herodoto ibidem memorat, invenies VII. 228. ἐθάφθη Simonidi restituendum pro ἐκάμφθη apud Athen. III. p. 125. D. Recte igitur ἀπαλλαχθεὶς ex pluribus MSS. reposuit Valckenærius; sed, successu paullo confidentior factus, e tragicorum reliquiis infelicem illum aoristum exstirpare conatur. Et hoc quidem per metrum fieri potest in Æschyli Agam. 344. et Sophoclis Antig. 428. Quid autem faciet Æschyli Prom. 749. ἀπαλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰς ἅπαξ θανεῖν. Male etiam affirmat, ne semel quidem

ἀπαλλαγεὶς aut ἀπαλλαγῆναι apud nostrum inveniri, cum ἀπηλλάγης exstet in Androm. 583. quanquam et illud sine metri jactura mutari poterat. Sed quomodo factum est, ut duo loca hujus ipsius fabulæ 592. 1409. præterviderit. PORSON.

987. Ἰοκάστην λέγω. Sic designare solent, in Tragædiis, quem intelligant, ubi paullo obscurius spectatoribus esse poterat. VALCK. Anglice verteris; *I mean.*

989. προσηγορήσων. Cum μολὼν jungendum est, non cum εἶμι. Μολὼν προσηγορήσων, *cum primum salutatum iero,* εἶμι, καὶ σώσω βίον, *ibo scilicet tum, et vitæ consulam.* MUSGR. Vide infra v. 997.

991. Expressit Statius, Theb. X. 715. *Fraude patrem tacita subit, avertitque timorem.* BECK.

994. συγγωστὰ. Vide ad Hec. 1083.

995. συγγνώμην ἔχει, *excusationem habet,* i. e. *veniam meretur,* quo sensu rarius occurrit. Plerumque enim *veniam dare* valet, ut in Orest. 650. Hippol. 116. ubi vide Monkium.

1004. Vir quidam doctus conjecit δῆλος ὡς, ut v. 628. sed dissimilia hæc sunt. δειλοὶ apud Homerum et reliquos poetas dicuntur homines nullius pretii et improbi. VALCK.

1010. μελαμβαθῆ. *Nigram profunditatem habentem.* Æsch. Prom. 227. Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν, ubi vide Blomfieldium.

1019. In hoc Choro, ut solet, Euripidem peccasse monet Valckenærius, quod, morte et fortitudine Menœcei pene neglecta, ad res quodammodo alienas descenderet.

1024. φοιτᾶσι Ald. et edd. pleræque. Recte φοιτάσι Brunckius. Vide ad Orest. 260. PORSON.

1027. πεδαίρω verbum est Æolicum, neque a Sophocle potuit, vel et Euripide praterquam in Choro collocari, vel in Trochaicis. Æschylus in Senariis Doricis istiusmodi formis et Æolicis non abstinet, cui pro μετάρσιος adhibetur πεδάρσιος, Prom. 277. VALCK. Sic et πεδάορος pro μετέωρος, et πεδαίχμιος pro μεταίχμιος, Choëph. 587. Vox terum occurrit Rhes. 368.

1028. ἀμφὶ. Construe cum ἔφερες, ut sit pro περιῆγες, περιέφερες. Crebra sunt hæc genera Tmesis apud Tragicos. BURTON. Pind. Olymp. X. Epod. 4. ἀείδετο πᾶν τέμενος ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον. Vide et Olymp. IX. Antistr. 4. MUSGR. ἄλυρος μοῦσα est *carmen triste Sphingis.* Ἄλυρος sæpe est *lugubris.* BECK.

1038. ἰπωτότυζε. *Clamorem lugubrem edit.* Verbum ὀτο-

τύζω ex nota illa exclamatione ὀτοτοῖ, ὀτοτοῖ formatur, sicut οἰμώζω ab οἴμοι, et φεύζω a φεῦ. Vide Eustath. ad Iliad X. p. 1279, 34.

1046. ἀσμένοις, quod dant Aldus et septem minimum MSS. recte defendit Musgravius ex Aristophanis Pace 582. ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν, et Sophoclis Trach. 18. ἀσμένῃ δέ μοι Ὁ κλεινὸς ἦλθε. Æschyl. Prom. 23. ἀσμένῳ δέ σοι Ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος. PORSON. ἀσμένος est particip. perf. ab ἅδω, *placeo*. Similem apud Latinos constructionem notat Blomfieldius ad Æschyli locum: Tacit. Agric. 18. *Quibus bellum volentibus erat*. Vide et Matt. Gr. Gr. §. 391. b.

1047. γάμους δυσγάμους. Vide ad Hecub. 607.

1051. Vertendum: *In certamen sanguine dirimendum adducit*, urbem scilicet. HEATH. Imo vero *liberos*.

1054. Hinc illud Juvenalis, Sat. XIV. 237. *quarum amor in te est, Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus*. BARNES.

1062. Brunckius et Porsonus edidere κατειργάσω. Certe melius. λιθόβολον idem est quod λιθόβλητον.

1063. Καδμείαν μέριμναν. Eodem modo Ovid. Fast. I. 37. *Cura Quirini*. Vide supra ad v. 56.

1077. Suspicabar aliquando, legendum esse τοῦδ', ut ad φόβου referretur, et μὴ τρέσῃς absolute ponendum, quod sæpe fit apud Euripidem, Alc. 340. Heracl. 649. 710. fragm. apud Plutarch. de Sera Numinis Vind. p. 549. A. Sed et μὴ τρέσῃς sæpe casum regit, et paullo durius videtur ὡς hoc sensu post aliud verbum ponere. Si tamen huic objectioni satisfieri posset, non repudiarem, motus præcipue Sophoclis loco apud Athenæum III. p. 99. D. θάρσει. μέγας σοι τοῦδ' ἐγὼ φόβου μοχλός. Confer Hec. 852. PORSON.

1087. πυργηρούμενοι. *Turribus inclusi, obsessi*. Hesych. πυργηρούμεθα· ἐντὸς ἐσμὲν τῶν πύργων· οὐ τολμῶμεν ἐξιέναι· Orest. 750. ὡσπερεὶ πόλις πρὸς ἐχθρῶν, σῶμα πυργηροῦμεθα. Verbum ex Æsch. Theb. 22. mutatum censet Valckenærius.

1097. τῷ νοσοῦντι τειχέων. Anglice, *The weak part of the wall*. Matt. Gr. Gr. §. 352. 2.

1098. δι' ὀλίγου. *prope, e propinquo*, ut Thucyd. III. 21. MUSGR.

περγάμων ἀπ' ὀρθίων. *E summis Arcibus*. Servius ad Æn. I. 99. "Ex quibus omnia alta ædificia *pergama* vocantur."

1100. Teumessus mons est Bœotiæ; præterea oppidulum illius nominis in Thebanis finibus fuit: unde frequenter apud

Statium *Teumessius* pro *Thebanus* legitur, ut Theb. L. 6. *Non alius tacita juvenis* Teumessius *iras Mente acuit.* Barnes.

τάφρος, *vallum*, teli jactum, vel etiam longius, a muris distabat; unde Adrastus mox repulsum a muris exercitum ἔξω τάφρου καθεῖσεν. v. 1188. Hinc loci hujus sententia elucescit: Argivos, cum ad τάφρον, sive intra teli jactum, venissent, reliquum spatium cursu confecisse, quo celerius muris succederent. Phrasis, si ad verbum reddas, hujusmodi est: *Cursu conjunxerunt urbem Thebanam, ut vallo contigua esset.* Sic solent Græci velocitatem significare. Soph. Elect. 688. Musgr.

1108. Tangitur hic fabula Apri Calydonii. Res notissima. Videatur Ovidii Metam. VIII. 272. sqq Burton.

1112. Æschylum imitatur, qui Theb. 597. σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ. In cæteris Euripides clypeorum insignia tribuit ducibus ab Æschyliis diversa. Valck.

1115. πανόπτην. Sic Argum Græci appellabant. Fabulam ejus expositam habes ab Ovidio in Metam. I. 625. Burton.

1116. Plerique fingebant Argum parte tantum oculorum vigilem. Beck.

1118. Duo priores versus pene suspectos habet Valckenærius, licet ab Eustathio agnitos ad Il. B. p. 182, 29. sed hunc spurium esse statuit, alterumque infra 1133. Mihi uterque omnino servandus videtur. Porson. θανόντος. Ἱππομέδοντος scilicet.

1120. Brunckius recte e MSS. edidit ἀσπίδι ut infra. 1124.

1122. Ita rectè interpunxit Musgravius, vertitque: *Facem gestabat, velut Titan ille Prometheus, urbem incensurus.* Ita enim Prometheum pingebant veteres. Soph. Œd. C. 56. Confer Æsch. Theb. 428. de Capanei signo: Ἔχει δὲ σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον, Φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη· χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασιν ΠΡΗΣΩ ΠΟΛΙΝ.

1126. Verte: *Callide verticulis ab interiori clypei parte circumactæ.* Heath.

1127. ὥστε μαίνεσθαι δοκεῖν. Statius Theb. X. 653. *Ipsa insanire videtur Sphinx galeæ custos.* Musgr.

1134. ταῖς δ' ἑβδόμαις. De septem Thebarum portis quinque præcipui auctores, Æschylus, Euripides, Apollodorus, Pausanias, Statius, (Hygini enim nullam rationem habemus) non omnino eadem tradunt. Maxima est in Apollodoro difficultas, qui inter Ogygias portas et Oncaïdas diserte distin-

guit. Oncaïdas et Ogygias easdem portas vocari auctor est Hesychius: Ὄγκας Ἀθήνας. τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει. Oncaïdas memorat Æschylus, non Ogygias; Ogygias, non Oncaïdas Euripides, Pausanias, Statius. Quas omittit Apollodorus Neïtas, ceteri omnes habent. Quid si ponamus Apollodorum scripsisse primo τὰς Ὠγυγίας ἢ Ὀγκαΐδας, deinde τὰς Νηΐτας suo loco; sed Ὀγκαΐδας omissum, postea in margine repositum, sede sua alterum illud expulisse? Porro Hebdomæ non sunt proprium portarum nomen, sed Æschylus et Euripides, sex portis jam nomine designatis, ultimas commemorare supersederunt. Scholii cujusdam verba sunt hæc: τινὲς δὲ φασὶ τὰς ἑβδόμους πύλας τῆς Βοιωτίας καλεῖσθαι ἀπὸ Βοιωτοῦ, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς σοφῆς Μελανίππης, ἀφ' οὗ πᾶσα ἡ Βοιωτία ἐκλήθη. Lege τὰς ἑβδόμας πύλας Βοιωτίας καλεῖσθαι. His positis, portarum nomina sic distribuo: 1. Προιτίδες. 2. Ἠλέκτραι. 3. Νηΐται. 4. Ὀγκαΐδες ἢ Ὠγύγιαι. 5. Βόῤῥαιαι ἢ Ὕψισται ἢ Βοιώτιαι. 6. Ὁμολωΐδες. 7. Κρηναῖαι ἢ Διρκαῖαι. Porson.

1135. Ex hoc loco deprompta sunt illa Virgilii: Æn. VII. 657. *Clypeoque insigne paternum Centum angues, centumque gerit serpentibus Hydram.* Burton. Cf. etiam Sil. Ital. II. 158. In fine versus Porsonus ex optima Valckenærii emendatione γραφὴν pro γραφῇ edidit, distinctione post ἐκπληρῶν positâ, adeo ut Lernææ Hydræ pictura sit Ἀργεῖον αὔχημα, quam, medio clyplei descriptam, centum angues cingebant.

1143. πέτρων ἀραγμοῖς, Heathius reddit *saxorum jaculationibus.* ἀράσσειν enim propriè de saxorum jactu dicitur. Beck. Iph. T. 299. πᾶς ἀνὴρ ἔσχεν πόνον, Βάλλων, ἀράσσων. 317. Αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις.

1151. ἐκνενευκότας, pro ἐκπεπνευκότας, conjectura est Marklandi ad Suppl. 692. probata a Valckenærio ad Hipp. 822. et a Brunckio. Porson.

1154. Τυφὼς. Vide omnino Blomfield. ad Æsch. Prom. 359. 362. βοᾷ *clamando petit* vertit Valckenærius.

1157. Parthenopæi cædem etiam Periclymeno, Neptuni filio, imputavit Antimachus in Thebaide apud Pausan. IX. p. 746. Valck.

1158. Vox γεῖσα per oppositionem connectitur cum λᾶαν. Burton.

1171. νοσοῦν. Subaud. τειχέων. Vide ad v. 1097.

1174. Imitatur hic Euripides Æschylum Theb. 433. sqq. Similia Eurip. Suppl. 498. sqq. Soph. Ant. 129. sqq. qui-

bus nihil inest parum verisimile. Sed Statius, tumidum secutus Antimachum, modum omnem exuperat. VALCK.

1180. Expresserunt hæc Statius, Theb. X. 864. Q. Calab. XI. 458. VALCK.

1184. Stat. Theb. X. 922. *Talia dicentem toto Jove fulmen adactum Corripuit: primæ fugere in nubila cristæ.* VALCK.

1186. Cf. Soph. Antig. 136. et Æsch. Theb. 438. VALCK.

1190. ἁρμάτων ὄχους. Eadem Periphrasis occurrit Hipp. 1156. Iph. T. 360. Similia vide ad Hecub. 295. Musgravii conjectura, ἁρμάτων ὄχοι minime contemnenda est.

1208. δρασείετον, i. e. *facere statuerunt.* Hanc vocem illustravit Dawesius in M. C. p. 462. ed. Kidd. conferens Med. 93. Soph. Aj. 326. 385. Phil. 1245. Aristoph. Pac. 61. Sequentia sunt verba Bentleii ad Hor. A. P. 139. " Quæ Græci ἐπιθυμητικὰ, *desiderativa,* vocant in ειω exeuntia, habere dicuntur ἔμφασιν τοῦ μέλλοντος, *significationem* quodammodo *futuri;* derivantur enim a futuro, ideoque etiam in primo tempore Futuri vim habent."—Videas quæ insuper annotavit Kiddius ad loc.

1209. Vide ad Orest. 1658.

1216. Aristoph. Acharn. 178. Δεῖ γάρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας. Nub. 167. Ἦ ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην. Herodot. IV. 23. ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδένος ἀδικέεται. Commodum advocat Wesselingius V. 95. Homer. Il. Ξ. 81. Xenoph. Anab. II. p. 169, 19. τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα οὔτ' ἀπὸ ποίου ἂν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι. In his locis simplici verbo *conatus,* composito *effectus* indicatur. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 558.—Sententiam expressit Herodotus IV. 132. ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανὸν, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω.

1219. μέλλετον cum μονομαχεῖν est conjungendum, et τολμήματα αἴσχιστα ad præcedentia verba, quasi per oppositionem, referendum. Vide Matt. Gr. Gr. §. 432. 4.

1230. μόνῳ, quod conjecit Valckenærius, recepit Brunckius. Mihi magis placet altera conjectura a Valckenærio memorata, μόνῳ pro τῷ 'μῷ· licet enim αὐτὸς sæpe pro μόνος ponatur, αὐτὸς μόνος non est tautologia. Præterea hanc vocem data opera repetit Euripides; mox enim 1232 pro πόλιν recte e membr. Brunckius μόνῳ, quod etiam præbuit Scaligeri codex. Eodem modo ludit noster in voce ἀδικῷ et

cognatis Orest. 635. in κακὸς Alcest. 720. Participium μεθεὶς optime per ῥίψας explicat Valckenærius. PORSON.

1238. ἐπιῤῥοθεῖν proprie de undarum strepitu, deinde de murmure, assensus teste, dicitur. VALCK. Vox deducta est a ῥόθος *undarum Strepitus.* Hesych. ῥόθος. ὁ ἀπὸ τῶν κυμάτων ψόφος.

1240. Euripidea ducta sunt ex Hom. Il. Γ. 269. VALCK.

1248. Solent poetæ ἄλλος ἄλλοθεν jungere cum pluralibus. Vide Matt. Gr. Gr. §. 301. b.

1250. Post ἐν σοὶ supplendum κεῖται vel ἐστιν, *in te* vel *in tua situm est potestate; a te pendet;* quo sensu sæpe hæc formula legitur: vid. Valck. BECK. Cf. Alcest. 290. Soph. Œd. T. 314. Phil. 963. De Deorum imaginibus pro tropæis positis vide ad Heraclid. 931. Similem locum vide infra 1473. BANES.

1256. ῥήξεις Scholiastæ explicant τὰς τῆς χολῆς vel τῆς κυστέως ῥήξεις. Cf. Triclin. ad Soph. Ant. 1031. Sed tota hæc sententia pertinet ad ignispicia Græcorum, in quibus nulla *ruptæ vesicæ* mentio, sed flammam potissimum spectabant, quomodo se per auras explicaret: unde, si in scipiones et reflexiones evasisset, malum omen habebatur; ut contra, si ea recta et indivisa stetisset, maxime si in altum claro apice protenderetur. Sic tanquam bonum omen a Dion. Cass. memoratur Lib. 37. quod τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς ἤρθη. Ovid. ex Ponto Epist. IV. 9. 53. *Surgat ad hanc vocem plana pius ignis ab ara, Detque bonum voto lucidus omen apex.* Sed omnia fere, quæ bonum eventum portendebant, complectuntur Tiresiæ ad Mantum quæstiones: Senec. Œdip. 309. *Utrumne clarus ignis et nitidus stetit, Rectusque purum verticem cælo tulit, Et summam in auras fusus explicuit comam.* Adde et Stat. Theb. X. 593. Hinc etiam illustrari possunt Euripidis ῥήξεις, quæ fuisse videntur αἱ τοῦ πυρὸς καμπαὶ et εἰλήσεις. Per ἐμπύρους ἀκμὰς indicatur *ignis* vel *flammæ vigor*, in acutum desinentis, qui dicitur apud Æschylum πώγων πυρὸς, sæpe enim ignium flammæ appellantur *crines*. De apice flammæ, bono omine, eadem fere dedit Valckenærius, qui, quid sit ὑγρότης ἐναντία, se nescire fatetur. Quid sit apud poetas νωμᾶν extra controversiam posuit Plato, qui sic in Cratylo: τὸ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταὐτὸν. p. 282. E. BECK. MUSGR.

1257. ἄκραν τε λαμπάδ'. Victoriam scilicet portendebat apex flammæ, si clarus et nitidus esset; tristem contra eventum, si in fumum et nigredinem desineret. Qui plura de ignispiciis desiderant, conferre possunt Æsch. Prom. 497.

Soph. Ant. 1015. Apoll. Rhod. I. 437. ibique Scholiasten. Virg. Georg. I. 385. Ovid. Met. X. 278, 9. Valer. Flacc. VIII. 247. Stat. Theb. X. 593. Lucret. 1. 546. Artemidor. Oneir. II. 9. Propert. III. 8. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. I. 20. De desidio flammæ in rogo Eteoclis et Polynicis vide Philostratum Icon. Lib. 2. in Antigona. MUSGR.

1260. Seneca Phœniss. 401. *I, redde amorem fratribus, pacem omnibus, Et impia arma, mater, opposita impedi.* BECK.

1262, 3. Et hos duo versus pro spuriis habet Valckenærius, vereor ut rationibus satis validis impulsus. Non nimis quidem apte cohærent, ut nunc leguntur; et recte observat vir egregius, τἄθλα scribi non potuisse a tragico. Articulus enim cum α brevi tantum crasin facit, ἆθλον vero primam habet per se longam, utpote ex ἄεθλον contractum. Sed alterum vulnus dextre sanavit Reiskius, alterum ego sanare conabor. Pro στερήσῃ optime legit στερείσῃ; lege igitur ΚΑΠΑΘΛΑ, et sententia bene procedet. Nullum erroris genus frequentius, quam ubi eædem vel valde similes lineæ diversas literas constituunt. PORSON. Vide ad Hecub. 618.

1274. Vide ad Hecub. 506.

1288. Sensus: *duorum filiorum uter nempe cruentabit alterum.* πότερος non genus nominis τέκεα, sed significationem, respicit, more satis usitato: et nominativus non solum in distributione pro genitivo ponitur, sed et in similibus loquendi formis, in quibus μὲν et δὲ casui recto non subjunguntur. VALCK.

1298. δορὶ παλλ. Verto ad mentem Heathii: *hasta sortientes.* Hesychius: παλλομένων, κληρουμένων, respiciens Hom Il. O. 191. MUSGR.

1304. Omnino legendum cum Scaligero φόνος, quod et recepit Porsonus.

1307. ἕνεκ' Ἐριννύων. *Propter* Œdipi *imprecationes.* BURTON.

1308. συννεφῆ. Recte Scholiastes per στυγνὸν et κατηφῆ exponit a νέφος, *nebula,* quæ μεταφορικῶς *vultui mæsto* attribuitur. Ita Poeta noster in Hippol. 171. στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται. Sic et Horatius: *deme supercilio* nubem. BARNES. His addas Sil. Ital. VIII. 612. *nec nubem frontis amabit.* Ciceron. Orat. in Pison. §. 4. *Frontis tuæ nubeculam.*

1314. Nomen ἀνία, vel ἀνίη, plerumque penultimam producit, aliquando corripit, ut in quatuor exemplis a Ruhnkenio Epist. Crit. II. p. 726. adductis. Verbum ἀνιάω, vel ἀνιάζω, apud epicos poëtas secundam plerumque producit, ut et in

Sophocl. Antig. 319. Verbum ἀνιῶ apud Aristophanem penultimam ter corripit, semel producit Eq. 348. Corripitur etiam ab Antiphane apud Stobæum CXIV. p. 585, 36. CXX. p. 609. 21. (475. 501. Grot.) Semper, nisi fallor, secunda in ἀνιαρὸς ab Euripide et Aristophane corripitur, producitur a Sophocle Antig. 316. Sed ubique tertia syllaba longa est, quod tamen ignorasse videtur Grotius, dum in Stobæo suo C. p. 419. Orest. 224. citante, ἀνιαρὸν pro diiambo reliquit. PORSON.

1319. Mos erat apud veteres, defunctorum cadavera ante funerationem *lavare*, ut et *ungere*. Vide Joh. Kirchmanni de funerib. Roman. I. 7. Hinc Ennius: *Tarquinii corpus bona fœmina lavit et unxit*. Hinc et hujus fabulæ v. 1667 Antigone a Creonte petit, ut Polynicis cadaver sibi lavare liceat. BARNES. Cf. et Hec. 608.

1321. Pro εὐσεβεῖν scripsi cum Valckenærio εὖ σέβειν. Res quidem ad liquidum perduci non potest; videntur tamen tragici dixisse εὖ σέβειν θεοὺς, et εὐσεβεῖν εἰς θεούς. PORSON. Inter has formas accuratissime distinxit Blomfieldius ad Æsch. Agam. 329. ubi ita scribit: " Aliud est εὖ σέβειν, aliud εὐσεβεῖν; quorum hoc, ab εὐσεβὴς ductum, *pie se gerere*, illud vero, *rite revereri*, significat: quare εὐσεβεῖν cum accusativo construi nequit nulla intercedente præpositione. εὐσεβεῖν, *pie se gerere*, Soph. Elect. 307. Trach. 1224. Aj. 1350. Antig. 921. Eurip. Phœn. 525. Orest. 888. Antig. 731. 924. εὐσεβεῖν εἰς τοὺς κακούς. Phil. 1441. εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς. Eurip. Alc. 1151. εὐσέβει περὶ ξένους. Scyr. p. 11. εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς. Bacch. 463. correxit Valckenær."

1326. ὑπὲρ, *ob, propter*, quo sensu haud raro occurrit. Vide Markland ad. Suppl. 1125. Matt. Gr. Gr. §. 582.

1333. Ut similes terminationes evitaret, Porsonus e duobus MSS. πρόσοψιν edidit.

1336. Cf. Hecub. 178. Hippol. 568. Troad. 716.

1343. Ante παίδων intellige περὶ, ut Sophocl. Antigon. 1182. ἤτοι κλύουσα παιδὸς, ἢ τύχῃ περᾷ· quod frustra sollicitant nonnulli. PORSON. Addas Hom. Il. P. 427. ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο Ἐν κονίῃσι πεσόντος. Thucyd. ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημένης, quæ contulit Musgravius.

1347. Barbarum est εἰδοίης, quod habet D. Attici enim non habent εἴδω indicativum, sed optativum et subjunctivum quasi ab εἴδημι formant. PORSON. Ita vertit Valck. *Siquidem etiam mala nosses, quæ ad hæc accesserunt.*

1353. Sic Ald. Mavult Valckenærius αἰνιγμοῦ τ', sine causa.

Sensus est, *Sphingis ænigma Jocastæ attulit infelicem cum vitæ, tum nuptiarum, finem.* Sic in Iliad. Δ. 155. exclamat Agamemnon, θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον. *Fœdus, quod pepigi, tibi mortis causa est.* PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 433. Obs. 2.

1354. κ̀ πῶς edd. omnes ante Valckenærium, qui edidit πῶς δή. Ceteri codices magno numero, πῶς κ̀. De membranis silet Brunckius, qui tacite edidit πῶς δή. Eo nomine κ̀ πῶς vitiosa est lectio, quod objicientis fere est vel contradicentis, ut modo 1348. Sensus est, *Dic præterea quomodo.* Ita solet copula interrogativis τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος, postponi. Hec. 510. πῶς κ̀ νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι; 1041. ποῖ καί με φυγᾷ Πτώσσουσι μυχῶν; Alc. 851. πȣ̃ καί σφε θάπτει; Aristoph. Pac. 1288. πȣ̃ καί ποτ' εἶ; Sophocl. Aj. 1290. ποί βλέπων ποτ' αὐτὰ κ̀ θροεῖς; Nonnunquam inter primam vocem et κ̀ interponunt δέ, ut Hec. 1177. τίνα δὲ κ̀ σπεύδων χάριν Πρόθυμος ἦσθα; Androm. 396. τί δέ με κ̀ τεκεῖν ἐχρῆν; Iph. A. 1179. τίς δὲ κ̀ προσβλέψεται Παίδων σ' ὅτων ἂν προθέμενος κτάνῃς τινά; Sophocl. Antig. 772. μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βȣλεύει κτανεῖν; 1314. ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ; Atque hæc sufficient ad vindicandum Hippol. 92. Οὐκ οἶδα· τȣ̃ δὲ καί μ' ἀνιστορεῖς πέρι; quem imperite sollicitavit Brunckius. PORSON.

1360. Repetitur hic versus e v. 1243.

1361. στῆναι εἰς ἀγῶνα, ut ἐς δίκην ἔστην Iph. T. 968. στάντα ἐς ἀρχὴν Herodot. III. 80. εἰς ἔριν ἔστης Archias Anthol. III. 8, 3. ἐς κρίσιν ἵστασθε Julian. Cæs. p. 319. B. PORSON.

1362. Hunc versum, satis ineptum, expunxit Porsonus, monente Valckenærio.

1365. Junonem, ut ei adsit, precatur Polynices, quia Argorum erat Dea tutelaris. Singulæ enim civitates apud antiquos Deum habuerunt suum, cujus præcipue curæ committebantur. Quod autem Argi in Junonis tutela erant aperte testatur Homerus Il. Δ. 51. Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, Ἄργος τε, Σπάρτη τε, κ̀ εὐρυάγυια Μυκήνη. Hinc etiam in nummis et lapidibus antiquis obvia *Junonis Argivæ* mentio. BURTON.

1368. Tres versus, quos post hunc addunt Aldus et MSS., delevi, Valckenærii judicium secutus. PORSON.

1377. Sic cum Musgravio distinxi. Vulgo ἀφείθη πυρσὸς, ὡς. Sed Tyrrhenicam tubam heroicis temporibus usitatam fingunt tragici, Æschylus, Eumen. 570. Sophocles, Aj. 17. Euripides, Rhes. 985. PORSON.

πυρσὸς ὡς. Cursuum certamina respicit, ni fallor, Euripides,

in quibus signum face projecta datum est; Aristoph. Ran. 131. quod non obscure indicant sequentia: ἦξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι. Quod ait Scholiastes, signum prælii conferendi face projecta apud antiquos datum esse, minime inducor, ut credam, cum nullum ejus moris exemplum in tot veterum monumentis, quot sciam, compareat. Musgr.

1381. ἔγχη, quod addit Aldus post ξυνῆψαν, omittunt MSS. Gregorius Nazianzen. T. II. p. 28. D. Κάπροι δ' ὅπως, θήγοντες ἀγρίαν γένυν, Ὡς ἂν μιμήσωμαί τι τῆς τραγῳδίας, (nota metricam boni episcopi peritiam) Λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασι, Συνῆπτον· unde conjicit Valckenærius, hîc lectum fuisse a Gregorio senarium, Λοξὸν βλέποντες ἐμπύροισιν ὄμμασι, et comparat Stat. Theb. XI. 530. Porson. Ad ξυνῆψαν tamen supplendum est ἔγχη. Cf. v. 1192. supra.

1383. ἐξολισθαίνοι omnes edd. et MSS. Formam, quæ sola antiquis in usu fuisse videtur, reposui. Sophocles apud Suidam v. ὡς. Θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ὀλισθάνει. Comicus ignotus apud Plutarch. Erot. p. 769. B. Οἰκειότητα δ' ἐμβλέπων ὠλίσθανον. Priorem locum attulit Dawesius. Quin etiam in oratione soluta, et apud scriptores non adeo vetustos, hæc forma non raro occurrit, ut apud Plutarch. T. II. p. 405. F. ὠλίσθανεν. Eandem ex MSS. restituit Perizonius Æliano, XII. 46. In Aristophanis Pac. 1165. metrum postulat οἰδάνοντα pro οἰδαίνοντα. Porson.

1384. Expressit Theocrit. XXII. 187. Valck.

1390. Grotius edidit μεταψαύων. Similiter apud Æsch. Prom. 394. ψαύειν et ψαίρειν permutata sunt. *Radendi* propria verborum ψάω, ψαύω, et ψαίρω potestas fuit. Valck. Sensu tamen paullo diverso, quod monuit Blomfieldius ad Æsch. Prom. in l. c. Anglice vertens ψάω, *to scrape*, ψαύω, *to touch*, ψαίρω, *to graze*.

1398. διῆκε. i. e. *voluit, conatus est trajicere*, ut recte Valckenærius: qui hunc verborum usum illustrat. Musgr.

1400. ὡς δ' Aldus et codices quidam, sed pauci. Non usurpatur ὡς pro εἰς vel πρὸς, nisi de personis. Primum hujus Atticismi exemplum apud Homerum exstat, Od. P. 218. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Porson.

1403. κάμακος. De hastili usurpatur hæc vox etiam in Hec. 1131. Elect. 856. Apud Homerum Iliad Σ. 563. *de vinearum perticis* sumitur. Vocem illustravit Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Agam. 65.

1404. ἁρπάσαντες Ald. cum plurimis MSS. Præterquam

vero quod dualis plurali præstat, alia ratio est, quam indicavi ad Hec. 340. Sophocl. Philoct. 533. ἴωμεν ἤδη, προσκύσαντες τὴν ἔσω Ἄοικον εἰσοίκησιν. Eurip. Ion. 22. φρουρὼ παραζεύξασα φύλακας σώματος. Lege προσκύσαντε et φύλακε. PORSON.

1407. κεὖ πως Valckenærius, sed κ̧ nunquam crasin facit cum εὖ, nisi in compositis. Dum de crasibus loquimur, non abs re fortasse erit monere, κ̧ nunquam cum ἀεὶ crasin facere, quod cum ignorabat Piersonus, ad Mœrin p. 105. in Pherecratis versu apud Harpocrat. v. βωμολόχος. Ἔπειθ', ἵνα μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς πανταχοῦ Ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα, dupliciter peccavit, legendo Κἀεὶ, primo ob causam quam dixi; deinde, quia hujusmodi pleonasmos semper sine copula adhibent Attici, ut πανταχοῦ ἀεὶ Hec. 828. Aristophan. Eq. 565. διαπαντὸς ἀεὶ Pac. 397. ἐνδελεχῶς ἀεὶ Menand. apud Ammon. v. ἦς. PORSON.

1408. ὁμιλίᾳ χθονός. *Consuetudine terræ*, quod in eam fortasse ire consueverat, vel in ea tempus aliquod transegerat. Constat certe, auxilia ei e Thessalia missa esse. Pausan. p. 289. 3. ed. Sylb. MUSG.

1409. Porsonus dedit ἀπαλλαγεὶς e MS.

1410. Stratagema Eteoclis sic concipio. Fratres alter alterum in dextram circuire tentaverant. πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον, inquit auctor v. 1406. Dum hoc fieret, Eteocles subito in lævam retrogrediens, fratris abdomen, quod antea denudatum esse ea parte animadverterat, ense confodit. Confer, citante Valckenærio, Theocrit. Idyl. XXIII. 197. MUSGR. Apud Stat. Theb. XI. 541, primus Polynices *ensem germani in pectore pressit*. BECK.

1412. Vide Porson. ad Orest. 1411.

1428. ἐλειπέτην βίον significat *dum linquebant vitam*: postea demum v. 1454. ambo moriebantur. ὡς est *simul ac*, *interea dum*. VALCK.

1433. ἐν μέρει, *vicissim*; Anglice, *in turn*. Orest. 442. Cycl. 180. 253. Herac. 184. Idem fere valet Latinè *in partem*, Horat. Epod. II. 39. quod monet Blomfieldius ad Æsch. Agam. 323.

1439. ὑγρὰν. Intelligo: *flexilem, non firmam*. Confer Soph. Antig. 1250. Valckenærius interpretatur *cæde madentem*. Eidem viro docto in mentem veniebat ψυχρὰν. Ed. Ald. λυγρὰν. Sed ὑγρὰν præbent Scholiastes et alii. MUSGR.

1442. ὃς δ' ἦν Porsonus, ex emendatione Valckenærii; quam lectionem expressit Statius Theb. II. 640. *At* cui *plaga*

recens et adhuc in vulnere vires, Hos tibi complexus, hæc dent, ait, oscula nati. Hæc vero de Thespiadis, non de fratribus Thebanis, dicta.

1446. Tibull. Eleg. III. 6. 56. *Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen.*

1450. Aut errore aut fraude versum addit Teles, ut Euripidem arguat: κ̧ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῶ κ̧ τάφῳ. Præterea nullus apud tragicos senarius reperitur, qui ita spondeum in quinto loco dividat, ut κ̧ sit pars secunda, præter Æschyl. Suppl. 274. χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα μήνη κ̧ δάκη, quem corruptum esse nemo non videt. Edd. Ald. Rob. μηνεῖται ἄκη. Porson.

1451. Ita Hom. Il. Λ. 458. Ἆ Δεῖλ', ἐ μὲν σοίγε πατὴρ κ̧ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι, θανόντι περ. Sic Eurip. Hec. 427. ζῆ, κ̧ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν. De hoc veterum more in claudendis morientium oculis vide J. Kirchman. de Funer. Rom. I. 6. Barnes. Cf. et apud Vet. Test. Scriptores, Gen. xlvi. 4.

1455. Sophocles in Œdipo T. aliam illius necis formam refert. Ut et Homerus. Licet tamen poetis œconomiam Fabularum variare. Barnes.

1461. Non hic accusativi pronuntur pro genitivis, sed subintelligendum est λέγοντες—quod in simili Herodoti loco, I. 82. additur, ut v. 1463. ἔλεγον omissum est. Artificium est poetæ verbum sæpe supprimentis, ut versus rerum accommodet velocitati. Valck.

1465. Hunc versum spurium esse judicat Valckenærius, et in locum alius jam perditi invasisse. Porson.

1471. Elegans est αἷμα μυρίον, *plurimum sanguinis fluebat:* Nam μυρίον adhibetur propriè de *fluidis*, ἐπὶ τῶν μυρομένων, sed tum de quacunque magnitudine frequentatum est. Valck.

1480. Supprimitur μόνον, ut et infra 1496. Vide ad Hecub. 1097.

1486. βοστρυχώδεος ἁ. π. i. e. παρηΐδα ἁβρὰν βοστυχώδη. In versu sequenti ὑπὸ et αἰδομένα per Tmesin separantur.

1489. βάκχα νεκύων. Occurrit Ἅϊδος βάκχα, Hecub. 1054. Hipp. 550. Herc. F. 1091.

1491. στολὶς, quod Grammatici *rugam vestis* interpretantur, nonnunquam est *tunica*, ut Helen. 1359. Antipater Anthol. H. Steph. μαλακὰς ἑσσομένα στολίδας. Στολὶς κροκόεσσα haud dubio est κροκωτὸν, *crocea* sc. *tunica*, Aristophani memorata ut commune mulierum gestamen, Lysis. 44.—ἀνεῖσα, *demittens,*

proprie omninò. Moris enim erat, quoties planctus edituræ erant fœminæ, sinum vestis stringere, et superiorem ejus partem ad pedes demittere. Seneca Troad. 68. *paret exsertos Turba lacertos: veste remissa Substringe sinus, uteroque tenus Pateant artus.* Idem fere habitus fœminis Adonin abeuntem lugentibus, Theocr. XV. 134. Λύσασαι δὲ κόμαν, ϗ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι, Στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς. Musgr. Nec tamen inde sequitur, quod δρυφαῖς, *laniationibus*, pro τρυφᾶς scripserit poeta.

1492. ἀγεμόνευμα, i. e. προηγήτειρα, ut sæpe nomina pro vocabulis hominum. Valck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 429.

1494. Vide supra ad v. 636.

1503. αἵματα. Certissima Musgravii est emendatio pro αἱμακτὰ, quod habet Aldus. Nam αἷμα etiam *cædem, cæsa corpora*, et *cædis instrumentum, gladium*, indicat. Porson. Brunck.

1506. δυσξύνετον pro δυσζυγέτον est ex emendatione Valckenærii. Ænigma Sphingis *intellectu difficile* sæpe dicebant veteres, unde et Œdipus ξυνετὸς illud solvisse appellabatur.

1509. Jungenda τίς τῶν προπάροιθ' εὐγενετᾶν ἕτερος, αἵματος ἀμερίου. *Quis veterum nobilium, qui quidem fuerit mortali sanguine cretus, &c.?* Homines sæpe dicuntur ἀμέριοι et ἐφημέριοι. Beck. Vide supra ad v. 130.

1514. Valckenærius de lugubri lusciniæ cantu confert Hel. 1109. Soph. Œd. C. 664. El. 148. Catull. 64. 13. Beck.

1517. Ὀδυρμοῖς ἐμοῖς μονομάτορος, pro ὀδυρμοῖς ἐμῆ μ. Pronominibus possessivis sic genitivos adjungunt Tragici, quem Græcismum Latini etiam mutuantur. Beck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 466. 1. Pro ἄχεσι in versu sequenti Musgravius ἀχήσει certissime correxit.

1522. δακρύοις· τίν' est emendatio Musgravii. Porson.

1524. Attingitur hic mos Antiquorum receptissimus, quo amicorum funera detonsis capillis exornabant. Lege Archæol. Græc. Lib. 4. c. 8. Kirchman. de Funer. Rom. l. 2. c. 15. Burton.

1548. παραβάκτροις conjunctim legit Porsonus ex conjectura Reiskii, qui παράβακτρα θεραπεύματα de aliquo pedibus suis incedere haud valente interpretatur, cui ad latus adjuvandi causa incedunt servi.

1552. Porsonus ϗ τάδ' ἀυτεῖν restituit.

1571. Est λείμαξ Euripideum verbum pro λειμών. Usurpat

idem Iph. A. 1520. item Bacch. 822. Est et λειμὰς, ἄδος pro eodem. BARNES.

1573. ὁμαύλους conjicit Musgravius. Si quid mutandum, quod non puto, melius esset, λέοντε συναύλω. PORSON.

1575. Supple εὗρε ex v. 1570. petendum. BURTON.

1578. ἔβαψεν, primus pro ἔπεμψεν restituit Valckenærius. Hujus verbi exempla ex Æschyl. Prom. 862. Agam. 1011. Sophocl. Aj. 94. Lycophr. 1121. et aliunde, jam attulere alii. Eustath. ad Od. Z. p. 1554, 7. (250, 36.) τὸ δὲ εἶσι κατ' οὔρεος, Ἀττικὴν ἔχει σύνταξιν. ὡς κ̣ τὸ, κατὰ σπλάγχνων ἔβαψε ξίφος. PORSON.

1589. Pro οὔκουν Kingius edidit οὐκ οὖν, at vulgatum bonum est, et significat; *Equidem non sinam.* Οὔκουν semper habet vim negandi, sed οὐκοῦν est σύνδεσμος συλλογιστικός. VALCK.

1590. Accii locum e Phœnissis apud Nonium v. *vastescant,* citat Valckenærius, *Jussit proficisci exilium quovis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.* PORSON.

1597. Suspectum istud ὃν propter μ' in versu sequenti. Occurrit quidem ἥν—τήνδε bis Androm. 641. 700. sed uterque locus mendosus videtur. Legerim cum interrogatione, οὐ, καὶ πρὶν εἰς φῶς. ἄγονον Valckenærius recte interpretatur *nondum natum* ex Aristophanis imitatione, Ran. 1214. ὅντινά γε, πρὶν φῦναι μὲν, Ἀπόλλων ἔφη Ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι. PORSON.

1603. In Leid. ἀθλίαν βοὰν, sed si vel maxime hæc jungenda essent, tamen non mutandum foret ἄθλιον. Sunt vero, ad Scholiastæ mentem, sic separanda: θηρσὶν, ἄθλιον, βοράν. VALCK.

1606. In loco corrupto Aldinam retinui lectionem. Lego, ἀλλὰ δουλεύσοντά με Μοῖρ' ἐξέδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην. Μοῖρ' initio versus elisum occurrit in Moschionis Telepho apud Stobæum, Ecl. Phys. p. 127. Grot. ὦ καὶ θεῶν κρατοῦσα καὶ θνητῶν μόνη Μοῖρ', ὦ λιταῖς ἄτρωτε δυστήνων βροτῶν, Πάντολμ' ἀνάγκη, στυγνὸν ἣ κατ' αὐχένων Ἡμῶν ἐρείδεις τῆσδε λατρείας ζυγόν. PORSON.

1611. ἀράς. Eas scilicet, quas Laio exoptabat Pelops, ob Chrysippi filii sui raptum iratus. De hac historia præter Scholiographum consule Apollodori Biblioth. L. 3. p. 145. et Hygini Fab. 85. BURTON.

1622. Sic Aldus et codices plerique. οὐ μὴν γ' ἑλίξας edidit Valckenærius, γ' auctoritate membranarum et trium aliorum omisit Brunckius; male uterque. Sæpe additur γε in eadem

sententia cum ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, οὐδὲ μὴν, οὐ μὴν, sed nunquam, nisi interposito alio verbo. Euripides, Alope apud Etymol. M. p. 420, 16. οὐ μὴν σύγ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ἠδέσω. Male editur οὐ μή. Sophocl. Œd. T. 987. κ) μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι. Ita postulat metrum (secundam enim corripit μέγας) idemque conjecit nescio quis in editione Londinensi a. 1746. sed neglexit Brunckius. Legitur quidem in nostri Electr. 980. καὶ μὴν γ' ἀμύνων πατρὶ δυσσεβὴς ἔσει. Sed optime κ) μή γ' ἀμύνων Reiskius. Quæ sequuntur, sic corrige: ΟΡ. ἐγὼ δὲ μητρὶ τοῦ φόνου δώσω δίκας. ΗΛ. τῷ δ' αὖ, πατρῴαν διαμεθεὶς τιμωρίαν. PORSON. Euripidea expressit Statius Theb. XI. 688. 692. Cf. Eurip. Androm. 191. BECK.

1628. Ald. et MSS. τόνδε δ' ὃς (τόνδ' ὃς Ald.) πέρσων πόλιν Πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε Πολυνείκους νέκυν· ubi σὺν ἄλλοις cum sit valde frigidum, σὺν ὅπλοις conjicit Kingius, recepit Brunckius. Vulgatum defendit Valckenærius ex Herc. Fur. 1135. ἥκω σὺν ἄλλοις, οἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοὰς Μένουσιν ἔνοπλοι. Sed ibi σὺν ἄλλοις non absolute ponitur. σὺν ὅπλοις igitur recipiendum esset, nisi tota clausula spuria esset. Quis enim dixit πόλιν πατρίδα? Deinde summa cum brevitate mandata sua dat Creon, neque rationibus reddendis immoratur. Præterea si rationem reddidisset, quare Polynicen sepultura privarit, rationem quoque reddidisset, quare Eteoclem honorarit, ut facit apud Æschyl. Theb. 1015—1032. Sophocl. Antig. 194—206. Nec mirum hunc locum interpolari, cum integer Sophoclis versus ex Antig. 29. in omnes MSS. post 1633. mox irrepserit: ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν. PORSON.

1631. κηρύξατε Ald. unde conjici posset, κηρυξάτω, ut κήρυξ subaudiatur; sed melius κηρύξεται, quod dant alii codices, et interpretatur Scholiastes κηρυχθήσεται. PORSON.

1632. Veteres Græcos coronas ex omnigenis floribus contextas mortuis imponere solitos, notum est. Vide doct. Meursium ad Lycoph. Alex. 799. Idem mos veteribus Romanis. Inspice Pitisci Lexicon Antiq. Rom. v. *Corona*, p. 576, 2. BURTON.

1637. εἰσιοῦσαν Ald. membr. ἐπιοῦσαν Grot. et codices plerique; quod intactum reliquisse Valckenærium miror, Brunckium non miror. Neque prodest Marklandi et Heathii sententia, pronunciandam scilicet hanc vocem quasi trisyllabam. Nunquam enim hoc fit, nisi in vocali ε, neque id in omnibus; e. g. ἡδέως et πρακτέον nunquam in dissyllabon contrahuntur. Edidi igitur e lib. P. ἰοῦσαν, nec puto ἐπιοῦσαν ἡμέραν, utpote

sermoni propius, dicturos tragicos; librarios autem facillime scripturos. Sic pro τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος Aristoph. Thesm. 877. citat Scholiastes ad Hec. 225. τῆς ἐπιούσης ἡμέρας. Sed, ubi verbum ἐπιοῦσαν adhibent tragici, ἡμέραν circumlocutione exprimunt, ut Med. 356. εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ. Rhes. 327. πέποιθα δείξει τοὐπιὸν σέλας θεοῦ. Noster apud Stobæum, CXXII. p. 499. Grot. οἳ τὴν ἐπιστείχουσαν ἡμέραν ἰδεῖν Ποθοῦσ'. In Rheso 988. et verbum et nomen variatur: ἡμέραν ἐλευθέραν 'Ακτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν. Sic ἡλίου τέλλοντος pro ἀνατέλλοντος dixit Sophocles, Electr. 699. Porson.

1643. Observanda est vis articuli, qui apud Tragicos sæpe pronomini subjungitur, et inservit irrisioni, quam exprimit indignatio. Beck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 275.

1644. Hunc versum spurium judicat Valck.

1653. τῇ τύχῃ, i. e. τῇ ἀτυχίᾳ, ut Med. 998. Herac. 709. Musgr.

1656. ὅδ' ἀνὴρ edidit Aldus, et sic plures MSS. Alii ἀνὴρ ὅδ'. Sed altera lectio retinenda erat, articulo tantum addito. Nusquam ἀνὴρ priorem producit, nisi ubi ἀνέρος in genitivo facit. Cum vero ἀνέρος Attici nusquam in senariis, trochaïcis, vel anapæsticis usurpent, priorem vocis ἀνὴρ semper corripiant necesse est. Porson.

1657. Similiter Antigonen respondisse ferunt Æschylus (Theb. 1038.) et Sophocles. Hic et Ovid. Trist. III. 3. 67. faciunt eam etiam humo supponentem cadaver. Valck.

1665. καὶ πρὸς σὲ τῆσδε. Solet in talibus pronomen inseri inter præpositionem πρὸς et substantivum inde pendens, quod Latini imitantur, ut Tibull. IV. 5. 8. *Per te dulcissima furta—rogo.* Plura dedit Valck. Beck. Vide ad Med. 328.

1667. Vide ad v. 1319.

1668. ἐν τοῦτ'. Nam duo vetuerat Creon, τὸν νεκρὸν καταστέφειν et γῇ καλύπτειν, v. 1632. ἀπόῤῥητον eodem sensu Soph. Ant. 44. Valck.

1669. τελαμῶνες sunt *fasciæ*, et *fasciis involvere* dicitur τελαμωνίζειν. Valck.

1675. Seneca Herc. F. 500. *Deest una numero Danais; explebo nefas.* Herc. Œt. 948. *Vacat una Danais: has ego explebo vices.* Beck. Danaidum Historia nota est ex Hygini Fab. 168. Videndus quoque Eurip. Schol. ad Hec. v. 883. et Horat. Od. III. 11. Burton.

1684. Melior vulgata φεύγεις, adeo ut sensus sit; *sed si*

nupserim tu vero solusne fugies, pater? i. e. tune solus fugere potes? Ita interpretatur Brunckius, ideoque indicativum positum esse docet, quia non pendet ab εἰ.

1685. στέργειν τι et τινι est, *contentum esse aliqua re.* VALCK.

1689. Simile quiddam legitur et apud Ovid. Fast. I. 2. *Una dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos perdidit una dies.* ÆMIL. PORTUS.

1698. ἐκτάδην κεῖσθαι, *porrectum jacere*, quod est mortuorum et dormientium. ἐκταθῆναι etiam, rarius παραταθῆναι, de mortuis usurpantur. VALCK.

1707. Templum erat in Colono equestris Neptuni, et Euripides hic voluisse videtur, ut in ipso Neptuni templo sepultum credamus Œdipum. In Colono eum reconditum esse tradit Sophocles, ibique etiam ἡρῷον Οἰδίποδος fuit. Pausan. I. 5. 76. Diversa est Homeri de fato Œdipi narratio. BECK. Est ἵππιος Neptuni Epithetum, ideo ei inditum, quia primus equos junxit, et equitandi artem invenit. Vide Soph. Œd. Col. 712. cui consentit Pausanias in Achaicis, c. 21. Diversam tamen appellationis hujus causam tradunt Festus, v. *Hippius*, et Servius ad Virg. Georg. I. 12. BURTON.

1708. Quod in exemplum daturus eram conjecturæ plausibilis, sed non admittendæ, τυφλῷ ποδὶ, ecce id ipsum, ex MS. ut videtur, notatum a Scaligero. Sane si unus et alter e ceteris accederent, recipiendum esset: perdite enim hanc phrasin amat Euripides. In Hec. 1026. τυφλῷ ποδὶ dixit; et supra 834; τυφλὸν ποδὸς 1540. 1616. τυφλὴν χέρα 1699. imo etiam audacius πόδα τυφλόπουν 1549. PORSON.

1710. Vide supra 378. Electr. 501. ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις. PORSON.

1716. Dedi ἄθλιοι pro ἄθλιαι, quia de se sola Antigone loquitur, et γε delevi. Neque magis reprehendendum ἄθλιοι παρθένων, quam ἄνθρωπος πάντων θηρίων θεαιδέστατος Antiphontis apud Suidam v. θεαιδέστατον, vel νόσων χαλεπώτατος φθόνος Menandri, frustra a Bentleio sollicitatum. *Dulcissime rerum* et similia apud Latinos abundant. PORSON.

1726. τλᾶς, quod bis in vulgatis habetur, barbarum est. Neque τλῆμι, neque τλάω exstat. E membranis τλὰς dedit Brunckius, quibus concinunt alii. Œdipodis verbum repetit Antigone. PORSON.

1732. ὄνειδος, *decus.*

1733. Sensus est: *Desine pristinam memorare felicitatem.* Hesych. ἄπαγε· παῦσαι. Verbis παύσασθαι, λήγειν, διατελεῖν et similibus additur a Græcis participium. VALCK.

1737. ποθεινὰ δάκρυα Brunckius monet esse idem quod πόθον καὶ δάκρυα, neque hæc sollicitanda esse. Sic καταλιπεῖν γόους καὶ ἄχη apud Theodoridam in Epig. λελοιπέναι πάθη apud incertum poetam, et apud nostrum supra v. 1057. Κρέοντι λιπὼν γόους. BECK.

1753. ἐν ὄρεσι Μαινάδων. *In monte Mænadum* Bacchi ministrarum: i. e. *Cithæronis.* Vide Virg. Æn. IV. 301. *qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.* BARNES.

1754. ᾧ. Barnesius et Kingius interpretati sunt *in quo templo:* sed Heath. et Valck. *cui,* sc. *Bromio,* in cujus honorem. Sæpius hoc sensu dativi leguntur pronominum. BECK.

1758. Hunc versum et sequentem, ut ex Sophoclis Œd. T. 1524, 5. interpolatos, Valckenærii judicium secutus, ejecit Brunckius. Sed mihi, fateor, nimis abrupta videtur sententia, si hos duo demas, et ita incipias, Σφιγγὸς ὃς μόνος κ. sic enim Barnesius pro, Ὃς μόνος Σφιγγὸς κ. Malim igitur alterum retinere, et statuere ex simili Sophoclis loco alterum in margine primo adscriptum postea in textum irrepsisse. PORSON.

1763. Recte confert Barnesius supra 382. PORSON. Cf. etiam Soph. Phil. 1310.

1764. Vide ad Orest. 1686.

FINIS NOTARUM IN PHŒNISSAS.

NOTÆ

IN

MEDEAM.

NOTÆ IN MEDEAM.

1. Totum locum, ut ab Ennio versus est, conservavit Auctor ad Herennium II. 22. prope totum Priscianus de versibus comicis, p. 1325, 15. *Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes: Neve inde navis inchoandæ exordium Cæpisset, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Peliæ per dolum: Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem, Medea, animo ægra, amore sævo saucia.* PORSON. Ἔιθ' ὤφελ. Aorist. 2. verbi ὀφείλω sæpissime optando usurpatur, vel solus, vel cum particulis αἴθε, εἴθε, vel ὡς. Il. A. 415. Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων Ἧσθαι. Conf. Aristoph. Vesp. 730. Hom. Il. Φ. 269. Eurip. Iph. A. 1276. 1302. Vide Viger. de Idiom. Gr. p. 215. ed. Oxon. Matt. Gr. Gr. §. 513. Obs. 3.

διαπτᾶσθαι. Sic pleræque editiones tam Nostri, quam Aristophanis Ran. 1429. Verum tum debebat esse verbum, πτάομαι, πτῶμαι, quod nullum est. Attici enim in præsenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita præferendum judico, ut contra librorum tamen consensum nihil mutetur. Ἵπταμαι vero Atticis opinor prorsus fuisse incognitum. Nunquam sane occurrit in præsenti; aliquoties in imperfecto, sed ubi aptius responderet aoristus, ut Iph. A. 1584. ἀφίπτατο. Polyid. fragm. apud Valckenær. Diatrib. p. 201. ubi primum est ἵπτατο, mox ἔπτατο. In Iph. A. 784. ὡς ἔτυχε Λήδ' ὄρνιθ' ἱπταμένῳ, literas male divisas vidit Marklandus. Lege, ὡς ἔτυχεν Λήδα μιχθεῖσ' ὄρνιθι πταμένῳ. Quam facile autem hæc permutentur, exemplis patebit. Recte editur Electr. 948. ἐξέπτατ' οἴκων, sed Sextus Empiricus adv. Mathem. XI. 54. habet ἐξίπτατ' οἴκων. Confer. Av. 35. cum Suid. v. ἀμφοῖν. Optime dedit διαπτάσθαι Kusterus, cui accedunt Lascaris et Eustathius ad Il. Δ. p. 452, 33. E. 526, ult. Od. A. 1419, 49. Similiter errabant grammaticorum

veterum nonnulli, cum φάσθαι apud Homerum προπερισπαστέον contendebant. Ecce notam bene longam de re, si quis ita velit, non magni momenti. Ac poteram et labori parcere, et quieti meæ fortasse consulere, totam omittendo. Video enim a nonnullis, optimis quidem illis, sed nec satis eruditis et paullo iracundioribus viris, omnem accentuum rationem despicatu haberi. Verum ii sunt, opinor, ætate jam provectiores, quam ut a me vel quicquam pravi dedoceantur, vel recti quicquam addiscant. Vos autem, ADOLESCENTES, quos solos tutelæ meæ duxi, vos nunc alloquor. Aliquoties hoc argumentum tetigi, ut ad Orest. 623. et alias; iterum, ubi opus erit, tacturus. Si quis igitur VESTRUM ad accuratam Græcarum literarum scientiam aspirat, is probabilem sibi accentuum notitiam quam maturrime comparet, in propositoque perstet, scurrarum dicacitate et stultorum irrisione immotus. *Nam risu inepto res ineptior nulla est.* Unum tantummodo in præsentia monebo. Quicunque, hujus doctrinæ expers, codices MSS. conferendi laborem susceperit, is magnam partem fructuum eorum, qui ex labore suo in remp. literariam redundare et poterant et debebant, disperdiderit. Qui hanc doctrinam nescit, dum ignorantiam suam candide fatetur, inscitiæ tantum reus; qui vero, nescire non contentus, ignorantiæ suæ contemtum prætexit, majoris culpæ affinis est. Ἠγώνισταί γε πρὸς τοὺς ἀμούσους ὑπὲρ Μουσῶν, οἳ καὶ κακοήθως ἀποδιδράσκουσι τὸν ἔλεγχον τῆς ἀμαθίας, τῷ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν λοιδορίαν ὧν ἠγνοήκασιν. Synesius Dion. p. 54. B. PORSON.

2. Κυανέας. Latine *Cyaneas.* Ita verto, rejecto *Cæruleas,* quod prius obtinebat: *Cyaneæ* enim est proprium nomen hoc in loco earum Insularum *Ponti* [*Euxini,*] quæ ob concursum, quem navigantibus facere videntur, *concurrentia saxa* [*Cyanes.* Juven. Sat. xv. 19.] Latinis, et συμπληγάδες, συνδρομάδες, συνορμάδες vocantur Græcis. BARNES. Conf. Iph. T. 231. Apoll. Rhod. Argon. I. 2. II. 317.

4. χέρες præfert Musgravius. Confundit ἐρετμῆσαι et ἐρετμῶσαι. Ἐρετμῆσαι est simpliciter *remigare;* ἐρετμῶσαι *remigare cogere, remigio applicare.* Hesychius e Tragico Lexico, Ἐρετμῶσαι. κώπαις ἁρμόσαι· quod huc bene rettulit Abreschius. Comparavit Orpheum 356. χεῖρας ἐρετμώσαντες Ruhnkenius, Epist. Crit. p. 241. ed. nov. PORSON. πεύκη, *pinus;* materia, de qua facta est navis, pro *ipsa nave* usurpata. Sic Horat. Epod. xvi. 57. *Non huc Argos contendit remige* pinus.

5. ἀνδρῶν ἀρίστων. Sic vocari posse Argonautas nemo nescit aut negat. Sed potiori jure expectasses epitheton proprium,

quod in eos solos caderet, ἀριστέων scilicet, quo nomine quoties a poëtis appellentur, nihil opus est exemplis ostendere. Ea igitur loca tantum proferam, ubi ἄνδρες ἀριστεῖς vocantur. Apollon. Rhod. I. 70. Ὦρσεν, ἀριστήεσσι σὺν ἀνδράσιν ὄφρα νέοιτο. II. 460. 960. ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν. 465. αὐτόθι μίμνειν Κέκλετ' ἀριστήεσσι σὺν ἀνδράσιν. III. 1004. εἴκε σαώσαις Τόσσον ἀριστήων ἀνδρῶν στόλον. Phrasin usurpat Euripides Iph. A. 28. Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως. Nec raro corrupta fuit hæc vox. Schol. Villoison. ad Il. Γ. 19. ἢ τοὺς ἀριστεῖς τῶν Τρώων προετρέπετο κατὰ τῶν Ἑλλήνων, codex insignis, cujus usum mihi humanissime concessit vir ornatissimus, Carolus Townleius, male quidem habet, ἀρίστους; sed ad 1. 168. ubi Scholia Veneta habent, κἀνταῦθα γενόμενον κατασχεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀρίστων εἰς εὐωχίαν, ille optime, ἀριστέων. Legitur apud Sophocl. Aj. 1304. Ἆρ' ὧδ' ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν Βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος; Suidas etiam tum editus, tum scriptus, in tribus MSS. ἄριστος retinet, v. πρὸς αἵματος. Melius tamen videtur ἀριστεύς. Hæc conjectura, nisi me memoria fallit, aliis in mentem venit: sed credo me eam pluribus et diversis argumentis exemplisque munivisse. Sed utut de hoc statuas, graviorem corruptelam passa est hæc vox in Electr. 22. Δείσας δὲ, μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι, Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις. Corrupta vox Ἀργείων sensui repugnat, et cum παῖδας prioris versus metro necessarium fecisset, anapæstum in quartam sequentis sedem invexit, ποινάτορας. PORSON.

8. Eurip. Hippol. 38. ἐκπεπληγμένη κέντροις ἔρωτος, ubi hanc formam illustrat Valckenærius. Cf. infra v. 637.

12. Genitivus πολιτῶν post ἁνδάνουσα (vide ad Orest. 1602.) viris doctis quam maxime offendit, unde variæ conjecturæ, quas tamen enumerare nolumus, exortæ sunt. Porsonus edidit πολίταις, qui πολιτῶν e scripturæ compendiis male intellectis natum putat. Pro vulgato φυγῇ Elmsleius φυγὴ mavult, quod et Scholiastes legisse videtur: quo admisso ea erit constructio, quam appositionem vocant Grammatici. Vide omnino Matt. Gr. Gr. §. 431.

18. Hesych. αἰσυμνᾷ· βασιλεύει, ἄρχει.

21. δεξιᾶς pro δεξιὰς conjecit Jortinus, et recte admisit Porsonus. Confert Elmsleius Soph. Œd. C. 1632. δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις. Phil. 813. ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν.

22. Manuum conjunctio πίστις eximie dicebatur, jam inde ab Homerico, δεξιαὶ, ᾗς ἐπέπιθμεν· quem locum citat Scholiastes ad Aristoph. Acharn. 307. Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις,

οὔθ᾽ ὅρκος μένει· ubi βωμὸς est jusjurandum per victimas, ὅρκος per verba, πίστις per dextras. Porson.

28. ἐνθαλάσσιος κλύων᾽ minus recte conjicit Valckenærius ad Hippol. 304. Primo concinnitas verborum κλύδωνος postularet; deinde sententiam optime defendit locus Androm. 528. ab ipso laudatus: τί με προσπίπτεις ἁλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὣς ἱκετεύων. Porson.

41. Hunc versum, huc retractum e v. 384. delevit Porsonus.

42. τύραννον de Creonte intelligunt interpretes universi ante Elmsleium, qui melius, nostro quidem judicio, de Creontis filia sumit, Anglice vertens, *the princess.* Vix enim credibile est, quod patrem, potius quam filiam, meminerit nutrix. Hanc interpretationem etiam confirmant verba τόν τε γήμαντα, quorum sensus est, *et qui eam in matrimonium duxit.* Confer infra v. 866.

45. οἴσεται edd. MSS. Emendatio est Mureti V. L. III. 11. comparantis Herc. F. 177. 679. Electr. 868. Et sic citat Lambinus ad Horat. A. P. 123. Porson. Subauditur ᾠδήν, vel ὕμνον. Exemplis a Mureto allatis addit Elmsleius Phœn. 1728. Ὅδ᾽ εἰμὶ, μοῦσαν ὃς ἐπὶ Καλλίνικον οὐράνιον ἔβαν παρθένου κόρας αἴνιγμ᾽ ἀσύνετον εὑρών. Addas etiam Pind. Olym. IX. 3. Plene dicitur in Elect. 868. ἀλλ᾽ ἐπάειδε Καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ.

49. Nutricem alloquitur tanquam vilissimam supellectilis partem; quod ita deridet Alexis Athenæi XI. p. 483. E. Εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, Παλαιὸν οἴκων κτῆμα. Imitatur Ennius apud Nonium v. *Eliminor: Antiqua herilis fida custos corporis, Quid sic te extra ædes exanimato eliminas?* Porson.

58. μολούσῃ omnes edd. et plerique MSS. MS. tamen E. et Lib. P. cum X. Π. 57. μολούσαν. Vulgatam confirmare videtur Philemon Athenæi VII. p. 288. D. ὡς ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα. Si sana ea est, aptius exemplum adduci non potest quam Iph. A. 481, 2. Hos duo versus ita vertit Ennius apud Ciceron. Tusc. III. 26. *Cupido cepit miseram nunc me proloqui Cælo atque terræ Medeai miserias.* Porson. Qui edidit μολοῦσαν. Ennianos versus ita introducit Cicero: *Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat.* Conferas nostri Iph. T. 42. ἃ καινὰ δ᾽ ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα, λέξω πρὸς αἰθέρ᾽, εἴ τι δὴ τόδ᾽ ἔστ᾽ ἄκος.

60. ζηλῶ σε. Formula negandi bene ominata. Hesych.

μακαρίζω σε. Soph. Elect. 1027. ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δε δειλίας στύγω. Phrasin illustrant Valckenær. ad Phœn. 406. et Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Prom. 338.

66. ὁ δοκῶν κλύειν. *Simulans me non audire.* De hac potestate verbi δοκεῖν vide Valckenærium ad Hipp. 462. (Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν.) BRUNCK. Exemplis addit Elsmleius Aristoph. Ran. 572. μαίνεσθαι δοκῶν, *pretending to be mad.*

68. πεσσούς. Recte interpretatur Scholiastes de loco, ubi aleatores convenire solebant. Vide quæ congessit Piersonus ad Mærid. v. Σήσαμα. MUSGR. παλαίτατοι, pro quo Piersonus optime reposuit παλαίτεροι, male revocavit Matthiæ.

86. Terentius in Andria: *Omnes sibi melius esse malle, quam alteri.*

88. εἰ hic est pro ἐπεί. BRUNCK. Elmsleius autem εἰ, sequente οὐ, solœcismum esse monet, undè legendum καὶ conjicit, quod Anglicè vertit, *even so.*

106. Vulgo ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον. Prepositionem ante ἀρχῆς post Brunckium delevit Porsonus, et figuram, quam Rhetores ἀναστροφὴν vocant, fecit, sede prepositionis propter metrum mutata.

107. ἀνάψει. Activum pro passivo. Sic συνάπτει, Hippol. 186. MUSGR. Vide Matt. Gr. Gr. §. 496. 4. Hujusmodi vero constructionem præferre videtur Elmsleius: δῆλον δ' ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ (ἡ Μήδεια) νέφος οἰμωγῆς ἀρχῆς ἐξαιρόμενον.

121. Sensus est: *pauca aliorum voluntate, pleraque sua, agentes.* MUSGR. Cf. Hom. Il. A. 80. Ita etiam Senec. Med. 494. *Gravis ira regum est semper.* Verbum ἄρχεσθαι, *imperio teneri,* eodem sensu occurrit apud Æsch. Pers. 595. 885.

126. Herodotus III. 80. πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην. PORSON. εἰπεῖν νικᾷ, *dictu optimum est.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. 4. a. Phrasin πρῶτα μὲν illustravit Blomfieldius ad Æsch. Pers. 864.

128. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' κ. τ. λ. Hæc vertunt plerique ad sensum notissimæ illæ sententiæ, ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς, quos recte improbant Brunckius et Elmsleius; nec tamen ipsi melius facturi. Valet οὐδένα καιρὸν, *nihil tempestivum, nihil commodum.* Καιρὸν pro καίρια dixit Pindarus Pyth. I. 157. monente Hermanno in Diario Class. T. xxi. p. 342. adeo ut sensus loci sit, *Quod modum excedit, nihil commodi mortalibus efficere potest.*

135. ἐπ' ἀμφιπύλῳ. Non construitur cum μελάθρῳ, sed est substantivum ab ἀμφίπυλος vel ἀμφίπυλον. Videtur significare *porta*, quâ alia pars ædium ab aliâ divisa erat. θύρας μεσαύλους vocat Alcest. 567. Confer Theocrit. Idyl. XIV. 42. Musgr.

139. Magna in hoc versu variantium seges. Lascaris dedit, ἐπεί μοι φίλα κέκραται. Aldus, ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται. Lib. P. ἐπεί μοι φίλια κέκραται. MSS. alii habent, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται. Edidit Musgravius, ἐπεὶ μὴ φίλι' ἃ κέκρανται. Sed sine hac distinctione idem sensus exsisteret. Poteris etiam legere, ἐπεί μοι φιλία κέκραται, *Ex quo amicitia mihi cum domo intercessit*. ἐπεί idem est quod ἐξ οὗ sæpe alibi et supra 26. φιλίας ἀνακίρνασθαι Noster, Hipp. 253. Herodotus, IV. 152. φιλίαι συνεκρήθησαν. VII. 151. φιλίην συνεκεράσαντο. Æschyl. Choëph. 342. νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν. Et hoc fortasse verum. Nec tamen absurda est lectio quatuor codicum et Scholiastæ, ἐπεί μοι φίλον κέκρανται, ut φίλον cum δῶμα concordet. Brunckius et Beckius, ἐπεὶ μὴ φίλια κέκρανται. Porson. Fere ad Porsoni sententiam edidit Elsmleius, ἔπει μοι φιλία κέκρανται, collato Androm. 474. ubi ἔριν κραίνειν dicitur.

140, 141. Omnes MSS. et pleræque edd. φροῦδα τάδ' ἤδη· Ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων, utriusque versus cum dispendio. Aldus etiam δῶμα, quod retinet Beckius. Sed λέκτρα, quod edidere Musgravius et Brunckius, habet Lascaris. E Musgravii conjectura dedere Brunckius et Beckius, τὸν μὲν γὰρ ἔχει. Sed rectius, opinor, si fieri potest, servabitur nominativus, ut ὁ μὲν et ἡ δ' accuratius opponantur. Deinde rectius dicitur Iason ἔχειν quam ἔχεσθαι. Dedi igitur, non prorsus ex conjectura, φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ'· ὁ μὲν γὰρ ἔχει. Scholiastes: ἀπὸ δὲ ἀρσενικοῦ εἰς οὐδέτερον μετέστη. φροῦδα γὰρ τάδε. τά οἰκήματα λέγει. Prævideo tamen objectionem, cui et ipse vim aliquam tribuo; sic non eousque valere arbitror, ut hæc lectio rejiciatur. Scilicet objici potest, particulam γὰρ intra tantillum spatium repeti, quod apud comicos sæpissime occurrit, apud tragicos multo rarius. Et fatendum est, quædam hujusmodi in vulgatis editionibus mendose circumferri; spurius enim est versus Sophoclis Aj. 555. ex alio dramate ad marginem adscriptus, quæ sententia est viri summi, Valckenærii, ad Hippol. 247. In Hippol. 868. receptum est δὲ pro γάρ. Heraclid. 475. πρῶτον γὰρ τόδ' ἐξαιτήσομαι. Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν Κάλλιστον. Sed pro γὰρ priore legendum videtur μέν. Nec tamen desunt indubiæ fidei exempla, quorum pauca, sed aptissima proferam. Æschyl. Prom. 333. Πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής. Choëph. 751. τὸ μὴ

φρονοῦν γὰρ, ὡσπερεὶ βοτὸν, Τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός· Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις. 989. Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον· Ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην. Suppl. 494. κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς. Καὶ γάρ τάχ' ἄν τις οἶκτος εἰσιδὼν τάδε, Ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος στόλου. Euripid. Phœniss. 945. οὐ γάρ ἐστιν ἤθεος· Κεἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος· ubi Valckenærium, quantumvis suspicacem, hæc suspicio non tetigit. Suppl. 844. ἐπιστήμων γὰρ εἶ. Εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ Τολμήμαθ'. Iph. A. 1390. γενναία γὰρ εἶ· ὅρα δ'· ἐγὼ γὰρ βούλομαί σ' εὐεργετεῖν. 1401. γενναῖα γὰρ Φρονεῖς· τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν. PORSON. Quod ad nos attinet, Porsoni emendatio ad numeros sane, et ad sensus optima esse videtur. Siquis tamen Musgravii lectionem præferendam censeat, nos non ita invitos habebit. Sic Virgil. Eclog. I. 31. *Nos Amaryllis habet.* Quod Matthiæ dedit, si Græcum est, vix intelligimus.

152. ἀπλάστου κοίτας ἔρος. Enallage, pro ἀπλάστος. Sic infra 215. ἁλμυρὰν πόντου κλῇδ'. Phœn. 30. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον. Soph. Antig. 863. ματρῷαι λέκτρων ἆται, et alibi passim.

158. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου edd. MSS. et Eustath. ad Il. Z. p. 633, 43. Partim propter metrum, partim quia vix æquum erat, a Medea, ut ne omnino irasceretur, exigere, legit Musgravius, δεινῶς τοδὶ μὴ χαράσσου. Deinde e Scholiaste variam lectionem eruit et probat, τόδε μὲν χαράσσου. Edidit Beckius post Brunckium λίαν pro τόδε. Verum hoc nimis audax videtur, et λίαν statim recurrit. Repetitiones verborum, ut non sunt nisi gravissimis de causis tollendæ, ita non sunt ex emendatione obtrudendæ. Quod primo vult Musgravius τοδὶ, metro quadrat, sed tam raro occurrit apud tragicos, ut ipse tantum ταυτὶ ex Suppl. 154. τῳδὶ ex Herc. F. 653. protulerit. Addere quidem poterat νυνὶ e Suppl. 304. sed priorem locum Marklandus suspectum habere videtur, et hunc vix quisquam, opinor, sanum crediderit, qui vel obiter inspexerit. In Herc. F. 653. legendum τῷδ' ἦν pro τῳδί. Reliqui vulgatum, sed proxime ad Brunckii mentem corrigo, κείνῳ τόσον μὴ χαράσσου. PORSON. Hesych. κεχαραγμένος, ὠργισμένος. Herodot. VII. 1. μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι.

159. Sensus est: *In ulciscendâ hâc injuriâ Jupiter ipse feret opem.* BRUNCK.

161. δυρομένα. Vide ad Hecub. 723.

171. Θέμιν εὐκταίαν, i. e. *quæ vota et imprecationes effectu carere non sinit.* Sic Furia, quæ Œdipi execrationes effi-

caces reddere studebat, εὐκταία Ἐρινὺς Æschylo dicitur, Theb. 729. Juramentis autem apud Antiquos fere semper adjunctæ erant imprecationes. Exemplum vide infra v. 749, 750. Firmatque hanc interpretationem ὁρκίαν Θέμιν, quod mox legitur v. 212. Scholiast. in Pind. Olymp. 6. Antist. 3. εὔχοντο, ἀντὶ τοῦ, μετὰ τῆς πρὸ θεοὺς εὐχῆς διεβεβαιοῦντο. Iterumque: εὔχοντο. ἠρνοῦντο μετὰ καταρῶν. MUSGR. Vide Blomfield. Gloss. in Æsch. Theb. 720.

180. τὸ πρόθυμον, i. e. ἡ προθυμία. Vide ad Orest. 1099.

200. μουσῇ. Anglice, *by music*. Ita Phœn. 787. λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει Μοῦσαν.

210. τὸν ἐν λέχει, *Maritum*. Similia sunt οἱ ἐν γένει, *cognati*; οἱ ἐν τέλει, *magistratus*; et alia multa.

211. Θεοκλυτεῖ. Formatur verbum a θεοὶ κλύετε, ut οἰμώζω ab οἴμοι. MUSGR.

215. ἅλα νύχιον dicit, quia contra veterum morem, tam noctu, quam interdiu, navigabant. Valer. Flacc. VII. 175. *Inde diem noctemque volant*. MUSGR.

216. πόντου κλῇδ'. Sic Theodorides Antholog. II. Steph. p. 253. κλῇδες πόντου σὲ, καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος. κλῇς utroque loco *portam* vel *claustrum* significat, plane, ut apud Dionys. Perieg. 1036. ἄχρι πυλάων Κασπιάων, αἵ τ' εἰσὶ βαθυνομένας ὑπὸ πέτρας Κλῇδες γαίης Ἀσιήτιδος. Intelligendum autem hoc loco de Bosporo Thracio, quod claustrum erat Euxini. ἀπέραντον interpretari licet *qui claudi non potest*; περαίνειν enim *claudere*, *obserare* sonat Orest. 1546. MUSGR.

218. οἶδα γὰρ κ. τ. λ. Hæc sunt valde difficilia et intricata. Ut in re incerta, Brunckii emendationem præfero, ὀμμάτων ἔπι. Ceterum ex Ennii versione apud Ciceronem, Epist. VII. 6. *Nam multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul; Multi, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati*, conjicit Wyttenbachius, Bib. Crit. P. V. p. 53. hanc lectionem in suo codice habuisse Ennium: τοὺς τε δωμάτων ἔπι, τοὺς τ' ἐν θυραίοις. Idem mox δ' ἄρ' pro γὰρ legit. Versum 217. ita vertit Ennius: *Quæ Corinthi arcem altam habetis, matronæ opulentæ, optimates*. PORSON. Omnia sane, de hujus sententiæ explicatione dicta, incerta sunt. Omissis igitur cæteris, Seidleri interpretationem, quæ nobis optima videtur, proferre satisfaciet. *Novi multos homines austeros, alios quos ipse oculis meis vidi, alios de quibus audivi*. Confert ille Æsch. Agam. 997. πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν. Soph. Œd. C. 14. πύργοι μὲν, οἳ πόλιν στέγουσιν,

ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω. Vide Hermann. apud *Diar. Class.* T. XXI. p. 344.

219. σεμνούς. Intelligo: *claros, honoratos.* Sic σεμνὴ Νίκα, Orest. 1686. σεμνὴ δαίμων, Hippol. 98. σεμνὴ 'Αθάνα, Iph. T. 1459. Vertit Muretus *arrogantes:* nec diffiteor, ea notione aliquoties apud Euripidem adhiberi. Sed alteram hujus loci sententia postulat. MUSGR. Vide ad Hippol. 92.

221. ἐκτήσαντο ῥαθυμίαν. Verto: *Ignaviæ opinionem consecuti sunt.* Confer Hippol. 696. Iph. T. 659. Helen. 1097. MUSGR. Addas Soph. Ant. 924. τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.

222. δίκη γὰρ οὐκ κ. τ. λ. Tale quid Virgil. dicit. *Fronti nulla fides.* BARNES.

223. ὅστις. Nempe ὀφθαλμός. MUSGR. ἐκμάθῃ Eustath. ad Il. Γ. p. 415, 12. Utraque lectio proba. Sæpe enim πρὶν cum subjunctivo jungunt tragici, omisso ἄν, quod in sermone familiari semper requiritur. PORSON. Acutissime de hoc Tragicorum usu disseruit Elmsleius, observans eos nunquam ita subjunctivum usurpasse, nisi in priore membro, quod hic est ὅστις στυγεῖ δεδορκώς, adsit negandi vel prohibendi significatio; idemque etiam de optativo statuendum esse. Cf. infra vv. 278. 674. Soph. Phil. 551. 961.

225. Confert Elmsleius Soph. Œd. C. 171. Ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾷν, εἴκοντας ἃ δεῖ κἀκούοντας. Eurip. Supp. 893. Πρῶτον μὲν, ὡς χρὴ τοὺς μετοικοῦντας ξένους, Λυπηρὸς οὐκ ἦν, οὐδ' ἐπίφθονος πόλει, Οὐδ' ἐξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς Μάλιστ' ἂν εἴη δημότης τε καὶ ξένος. Ciceron. de Offic. I. 34. *Peregrini autem et incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse republica curiosum.*

229. ψυχὴν, i. e. *fortitudinem,* εὐψυχίαν. MUSGR.

231. Legendum puto γιγνώσκεις καλῶς. Res enim ejusmodi est, de qua ad testimonium Chori recte provocari potuit. MUSGR. Quem sequitur Porsonus. Vulgatam revocavit Matthiæ, quam si retineas, infinitivus pro imperativo accipiendus est. Vide Matt. Gr. Gr. §. 544.

235. Ita Popius nostras: *That gave you beauty, but denied the pelf, That buys your sex a tyrant o'er itself.*

245. μὴ βίᾳ est *sponte.* HEATH.

246. Hesych. Ζηλωτός· μακαριστός. BECK.

248. καρδίας χόλον Ald. Sed e MSS. quinque, ed. Lasc. Eustathio ad Il. I. p. 739, 36 edidit Musgravius καρδίαν ἄσης. Malim tamen cum Olympiodoro apud Ruhnken. ad

Timæum v. ταλασιουργία, legere καρδίας ἄσην, cui constructioni favet Aldina lectio. In Bacch. etiam 563. melior lectio videtur, a Brunckio edita, σαρκὸς τρόμον, quam σάρκας τρόμου. PORSON.

249. Euripides, quo judice unus amicus μυρίων κρείσσων ὁμαίμων (Orest. 794.), amico æqualem non opponeret. Dedi igitur πρὸς ἥλικας, *ad æqualium cœtum*, ut Phœniss. 1748. πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς. PORSON. Vide ad Orest. 64.

250. Antipater Stobæi LXV. p. 417, 40. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι· ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν, τὴν τοῦ ἀνδρός. PORSON.

251. Ennius apud Varronem de L. L. lib. V. p. 60. ed. Scaliger. 1581. Nonium v. *Cernere: Nam ter sub armis malim vitam cernere, Semel quam modo parire.* PORSON.

261. μεθορμίσασθαι proprie est μεταγαγέσθαι. Hesych. Cf. Wessel. ad Herod. II. 215. BECK.

265. Grammatici præcipiunt, ut γαμεῖν de viro, γαμεῖσθαι de femina dicatur, quæ regula certe plerumque observatur. Anacreon tamen apud Ammonium habet, Ἐκεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Anti-Atticista apud Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 482. citat ex Ἀντιφάνους Ἀσώτοις, ἐγημάμην a viro de se dictum. Sed hæc cum Valckenærio figurate usurpata existimo, eodem fere sensu, quo Electra de Ægistho Elect. 935. Ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή. Martialis, *uxori nubere nolo meæ.* Fortasse igitur, ut tali sarcasmo utatur Medea, legendum est, ᾗ τ', quod quam facile in ἣν τ' abire posset, nihil attinet dicere. Contra ipsa de se infra 603. γαμοῦσα dicit. Nec tamen negabo, bene etiam legi posse, ἥ τ' ἐγήματο, ut mox. 291. τὸν δόντα καὶ γήμαντα καὶ γαμουμένην. PORSON.

281. ἐξιᾶσι πάντα κάλων. Fiebat hoc vento duntaxat secundo. Significat igitur Medea hostes suos in summa diligentia fortunam quoque adspirantem habere. Scholiastes in Aristoph. Aves, sub init. αἱ νῆες οὐριοδρομοῦσαι ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν πλέουσιν. Catull. IV. 20. *Sive utrumque Jupiter Simul secundus incedisset in Pedem.* MUSGR. Cf. Arist. Equit. 756. νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιεῖαι σεαυτοῦ. Legendum haud dubie ἐξιᾶσι, monente Elmsleio. ἐξίασι est ab ἔξειμι, ἐξιᾶσι vero Atticè pro ἐξιεῖσι ab ἐξίημι, *emitto.*

282. κοὐκ ἔστιν ἔκβασις. *Non est littus in quod effugiam.* Comparat se alicui in pelago versanti, inque hostis vel piratæ manus jamjam incidere metuenti. MUSGR.

283. Brunckius mavult, καὶ ξένη περ οὖσ' ὅμως, sine causa, si

quid video. Qui adversa fortuna utuntur, eos, quorum in potestate sunt, non audent libere alloqui. Sic Hecuba 231. interrogandi veniam ab Ulysse petit. Vulgatam quoque probat Wyttenbachius. PORSON.

285. περιαμπίσχειν Ald. et omnes editiones Brunckianam præcedentes, excepta Lasc. quæ παραμπέσχειν habet. παραμπέχειν recte Beckius post Brunckium. Vulgatum, sed non audacter, defendit Toupius Addend. ad Theocrit. XXI. 26. cum putet, idem juris esse liquidæ ante mutam, quod est mutæ ante liquidam. Nec mendosum esse credit Wyttenbachius p. 55. anapæstum fortasse in quartam sedem admitti posse judicans. Sed demus, anapæstos non vi ejiciendos esse, si omnes consentiant MSS., eos certe ubi plures tollunt, frustra retinere coneris. Præterea tragici nunquam in senarios, trochaicos, aut, puto, anapæstos legitimos, περὶ admittunt ante vocalem, sive in eadem, sive in diversis vocibus. Imo ne in melica quidem verbum vel substantivum hujusmodi compositionis intrare sinunt; raro admodum adjectivum vel adverbium. Apud Æschyl. Agam. 224. est περιόργως, ibid. 1457. περιώδυνος. Hinc etiam refellitur Dawesii emendatio ad Sophocl. Œd. T. 1505. μή σφε περιίδῃς pro μή σφε παρίδῃς. Quod περιιδεῖν tam sæpe occurrit apud comicos, argumento est, tragicis eo uti non licere. Nisi statuere mavis, παρίδῃς genuinæ vocis esse interpretamentum, lege, μή παρά σφ' ἴδῃς. At enim dices, περιάγουσιν habet ipse Euripides. Habet sane; sed in Cyclope 680. dramate satyrico, quæ plures tragœdiæ leges violant, plures comœdiæ licentias adsciscunt. Huc adde, quod tragici, si vocem puram a περὶ compositam adhibent, huic vitio per tmesin medentur, ut Bacch. 575. Τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι καὶ χηλαῖς ποδῶν. PORSON. παραμπίσχειν, tres habent MSS. nec alteram formam adhibet Euripides; extat tamen in Æsch. Prom. 521. Pers. 849.

287. τῆδε δείματος, i. e. ἐς τόδε τὸ δεῖμα. Sic Hesiod. Op. et D. 179. προφέρει μὲν ὁδῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργυ, i. e. προφέρει εἰς ὁδὸν, καὶ εἰς ἔργον. Thucydides quoque: τῦ πολέμου καλῶς ἐδόκει καθίστασθαι. III. 92. iterumque in eodem capite: τῆς τε ἐπὶ Θρᾴκης παρόδου χρησίμως ἕξειν. MUSGR. Vide Matt. Gr. Gr. §. 316.

290. Ex Tyrwhitti conjectura edidit Musgravius ἀπειλεῖν σ', ex sua Brunckius χόλῳ δ' ἀπειλεῖς. Sed mihi videntur hujusmodi tautologiæ non abhorrere ab Euripidis ingenio. Hel. 1050. βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν, λόγῳ θανεῖν; quod nimis

licenter Reiskius et Musgravius emendant, Brunckius vero sine suspicione laudat ad Sophocl. Electr. 61. PORSON.

299. ἐκδιδάσκεσθαι proprio medii verbi sensu usurpatur. Magister puerum διδάσκει, pater, qui ad magistrum discendi causa mittit, διδάσκεται. Sed hæc aliquando a poëtis confunduntur. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 492. c. et §. 414. 3.

300. Sumendum est ἄλλης πλεοναστικῶς, quod in locis quibusdam apud Nostrum videor legisse. PORSON. Cf. Orest. 521.

302. σοφὰ edd. pleræque et MSS. Sed alii ἔπη. Credo equidem, hanc lectionem esse ex Euripidis ipsius curis secundis profectam. Cum enim esset Noster εὐεπίφορος εἰς τὸ ΣΟΦΟΣ, veterem ejus inimicum hoc vitium effugere non poterat. Aristophanes igitur ita argutantem Mnesilochum, Euripidis socerum, inducit, Thesm. 1141. Σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ, Μάτην ἀναλίσκοις ἄν. Ergo, hac reprehensione permotus, σοφὰ in ἔπη mutasse videtur Euripides. Vide infra ad v. 1307. PORSON.

304. ποικίλον, *vafrum*. Hesych. συνετός. Androm. 919. ποικίλων λαλημάτων. Soph. Œd. C. 762. μηχάνημα ποικίλον. Philoct. 130. ποικίλως αὐδωμένου. Sic apud Latinos *varius*. Sallust. B. C. I. 1. *animus audax, subdolus, varius*. BLOMFIELD.

307. Post hunc versum sequebatur, τοῖς δ' ἡσυχαῖα, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου, e v. 803. huc retractus. Deinde 308. pro εἰμὶ δ' οὐκ conjicit Musgravius λῆμα, κοὐκ. Male. Verba, ut vulgantur, sunt Medeæ modeste de se loquentis, et vires suas consulto extenuantis. PORSON.

318. Vide infra ad v. 389. Porson. ad Hec. 506.

324. φυλάσσειν, i. e. *Observare*, ut recte interpretatur D'Orvillius ad Charitonem, p. 442. MUSGR. Recte quidem distinguit Dawesius, Misc. Crit. p. 157. inter formas φυλάσσειν et φυλάσσεσθαι, quorum hanc *servare, observare, custodire*, illam vero *carere* significare docet. Male tamen φυλάσσεσθ' in hoc loco legere mavult.

328. Hanc adjurandi formulam, quamvis notissimam, hic illic corrupere librarii, ut in locis Sophocl. Trachin. 436. Apollonii Rhod. III. 985. a Brunckio emendatis. Alcest. 286. μὴ πρὸς τῶν θεῶν τλῇς με προδοῦναι, Ἀλλ' ἀνατόλμα. Hiatum tollit Musgravius, e MSS. inserendo versum: Μὴ πρὸς παίδων, οὓς ὀρφανιεῖς. Optime. Sed duo menda, quanquam levicula, restant. Vix enim credo, compositum istud apud Græcos exstare, ἀνατολμῶ. Recte ed. Lasc. Ἀλλ' ἄνα, τόλμα. Ἀλλ'

ἄνα est phrasis Homerica, a Sophocle etiam usurpata Aj. 194. Præterea tragici in ista adjurandi formula nunquam articulum addunt; comici pro libitu vel addunt, vel omittunt, sed frequentius addunt. Cum igitur τῶν omittat Lascaris, quid planius, quam legendum esse? Μὴ πρὸς σὲ θεῶν τλῇς με προδοῦναι. PORSON.

335. Recte vertit Buchananus: *Perinde, opinor, res uti sese dabit.* Anglice, *That is as it may be.* Confert Elmsleius, Troad. 1046. EK. οὐκ ἔστ' ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. ME. ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.

336. Hic ordo verborum restituendus videtur Iph. A. 884. ubi nunc legitur, ὃς κακῶν τῶνδ' αἴτιος. Athenæus IV. p. 156. F. εἶτα πάλιν φακοὶ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι· καὶ ὁ Διϊτρεφὴς δραξάμενος ἔφη, Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν. καὶ ἄλλος ἐξῆς ἀνεβόησε, Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι. Hinc saltem Euripidis senarium lucramur: Κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι. PORSON.

338. Hunc versum nulla opera explices. Lego: πόνος μεν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα; *Molesta quidem est: at nos nonne in molestiis versamur?* πόνος, subaudito ἐστὶ, ut κίνδυνος Androm. v. 86. MUSGR. MSS. et edd., credo, omnes ante Brunckium, πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα, qui certissimam Musgravii conjecturam adoptavit, apte conferens Orest. 1608. ὦ τλῆμον Ἑλένη, τἀμὰ δ' οὐχὶ τλήμονα; Non minus aptum Hec. 1232. ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς. PORSON.

339. Vulgo ὠθήσῃ. E membranis ὠσθήσῃ Brunckius, recte, opinor. Sunt sane multa apud Græcos verba, quorum futura media passive significant, sed non memini ὠθήσομαι in hac classe vidisse. ἐξωσθέντες occurrit Cycl. 279. ipsa forma ὠσθήσῃ Hel. 452. PORSON.

354. ὁρῶ ἐξαμαρτάνων, *video me errare.* Eleganter nominativum participii pro infinitivo usurpant Græci, quando sermo ad eundem refert personam. Confer vv. 26. 36. supra. Vide Matt. Gr. Gr. §. 547. 1.

356. Vertit Ennius, *Si te secundo lumine hîc offendero, Moriere.* PORSON.

359. ἐφ' edd. MSS. X. Π. 225. Literam mutavi, ut melius cum locis similibus 344. 377. 393. congruat. In v. 393. ἔτι X. Π. 888. Aristoph. Lysistr. 767. Καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον. Sic recte Kusterus. Quod edidit Brunckius, Καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ', repudiandum esset, licet in mille codicibus reperiretur. PORSON. Qui ἔθ' edidit.

366. κλύδωνα κακῶν. Tales locutiones maxime adamarunt Tragici. Hippol. 818. κῦμα συμφορᾶς, et paullo supra, κακῶν πέλαγος, ubi, præter nostrum locum, protulit Monkius Supp. 826. Herc. F. 1060. Æsch. Prom. 771. 911. 1051. Theb. 764. Pers. 433. et notissima Shakspearii verba, Hamlet, Act III. Sc. 1. *Or to take arms against* a sea of troubles, *And by opposing end them.*

369. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα. *At non hæc hoc modo abibunt.* Heath. Ennius apud Ciceron. de Nat. Deor. III. 26. *nequaquam istuc istac ibit.* Vide Valckenær. ad Hippol. 41.

384. Valckenærius et Piersonus hunc versum spurium judicant, sed Brunckii judicium potius sequor; hîc igitur retinui, supra post v. 40. ejeci. Porson.

389. Vide Porson ad Hec. 506. Sequentia sunt Viri doctissimi verba in Epistolâ ad Dalzell. *Miss. Crit.* T. I. p. 334. πεφυκάμεν σοφαὶ *is not* "I Medea am expert," *but* "We women are expert." Euripides, *the woman-hater, could not miss the opportunity of libelling the sex.* Ion. 618. Ὅσας σφαγὰς δὴ, φαρμάκων τε θανασίμων Γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς. *There is a stronger objection against* Dawes's *rule, in* Hippol. 1102. *than can be brought, I believe, from any other quarter.* Conf. v. 411. infra.

390. καὶ δὴ τεθνᾶσι. Monet Hermannus ad Viger. p. 648. ed. Oxon. particulas καὶ δὴ sæpe significare, *fac ita esse. Æsch.* Eumen. 883. καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει; Ita infra v. 1097. καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον.

399. Hunc locum ab Eupolide derisum monuit Toupius ad Longinum, Cap. XVI. Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, Χαίρων τίς αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Porson.

401. Cicero in Verrem: *Erat apud Heium sacrarium in ædibus.* Vide et D. Lambinum ad Horat. Lib. I. Od. 30. Musgr.

409. τοῖς Σισυφείοις, i. e. *Creonti* et illius familiæ: is enim filius erat prædonis Sisyphi. Per contemtum autem vocat eos Sisyphios: Vide ad Iph. A. 514. Barnes. Hesychius: Σισυφείοις· Κορινθίοις, κακοῖς. ἀπὸ Σισύφου βασιλέως. Musgr.

414. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν. Non certos quosdam fluvios præ aliis designat hoc epitheton. Omnes enim sacri a veteribus habiti. Musgr. Hoc proverbium Æschylo debere Euripidem notant Viri docti ex Hesychio. Porson. Hesych. ἄνω ποταμῶν. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γενομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης. Confer Horat. Carm. I. 29. 10. *quis*

neget arduis Pronos relabi posse rivos Montibus, et Tiberim reverti. Ovid. Trist. I. 7. *In caput alta suum labentur ab æquore retro Flumina.* Hinc etiam referatur Virgil. Æn. II. 169. *Fluere ac retro sublapsa referri Spes Danaûm.*

416. θεῶν πίστις eodem sensu dici videtur, quo ὅρκοις θεῶν, Hippol. 652.

418. Verte: *Jam in contrariam partem tendens fama efficit, ut mea quoque vita laudem habeat.* Heath.

422. παλαιγενέων. Alludit per prolepsin ad poemata Archilochi, qui Euripidi παλαιγενὴς erat, licet non Medeæ. Musgr.

424. Rarior est hæc constructio, quæ etiam restituenda videtur Homero Od. Ω. 200. χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὄπασσε Θηλυτέρῃσι γυναιξί. Sed codex Harleianus, χαλεπὴν δ' ἐνὶ φῆμιν ὀπάσσει. Et hoc imitati sunt Latini. Lucretius, III. 647. *Et simul in pugnæ studio quod dedita mens est, Corpore relicuo pugnam cædesque petisset;* quorum versuum priorem advocat M. A. Muretus ad Catull. LX. 101. *Non tuus levis in mala Deditus vir adultera;* alterum ita emendat Bentleius ad Phædr. I. 31, 13. pro *Corpore cum reliquo.* Citat etiam Lambinus IV. 813. *Præterquam quibus est in rebus deditus ipse,* ubi variant codices, sed vulgata sanissima videtur. Porson.

425. Homer. Od. Θ. 498. θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν. Porson.

426. Hinc, ut observat Bentleius, confirmatur varia Horatii lectio Carm. IV. 6, 25. ductor *Argeæ fidicen* thaliæ, phœbe. Porson.

431. ὁρίσασα. Ex hoc versu collato cum Æsch. Supp. 555. crediderim, ὁρίζειν idem aliquando significare, quod περᾷν. Vide etiam Helen. 394. 828. Ion. 46. Herac. 16. denique Ammiani Epigram. in Antholog. H. Steph. p. 169. Musgr. Gl. διελθοῦσα. Exemplorum e Musgr. collatorum unum illud quod ex Heracl. (φεύγομεν δ' ἀλώμενοι Ἄλλην ἐπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.) laudat, vim habere docet Brunck. In v. 1253. λιποῦσα eodem sensu ponitur quo h. l. ὁρίσασα. Verbo ἐκπερᾷν Eurip. in eadem re utitur Androm. 779. Beck.

434. κοίτας λέκτρον. Vide ad Hecub. 294. exemplisque ibi citatis adde Phœn. 1190. ἁρμάτων ὄχους. Alcest. 255. μελάθρων στέγαι. Troad. 690. ναὸς σκάφος. Cyclop. 118. στέγας δόμων.

442. Pro ἀλλὰ conjecturam Musgravii ἐπεὶ recepit Brunckius, quod non ausus est Beckius. Nihil in textu mutavi, præter accentus et distinctiones; totum vero locum ita legen-

dum puto: Σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι, Δύστανε, μεθορμίσασθαι Μόχθων πάρα, σῶν τε λέκτρων Ἄλλα βασίλεια—μεθορμίσασθαι genitivum regit, ut supra 261. Alcest. 815. PORSON.

445. παρὸν absolute ponitur, ut in Phœn. 520. Ita etiam ἐξὸν, v. 376. supra. δοκοῦν Hec. 116. et similia.

464. Post hunc sequebatur, male retractus ex 1314, θεοῖς τε κἀμοὶ, παντί τ' ἀνθρώπων γένει. Delevit Brunckius. PORSON.

473. Hic locus ab antiquis ob sigmatismum notatus est, quanquam sigma sæpius repetitur in Iph. T. 748. τὸ σῶμα σώσας, τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί. nec parcius in Sophocl. Œd. T. 1481. ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας, et ejusdem fabulæ 425. quem laudat Marklandus ad Iph. T. 1068. PORSON.

481. τὴν Πηλιῶτιν εἰς Ἰωλκὸν. *Iolcos* erat urbs *Thessaliæ*, septem stadiis e mari distans, ubi Jasonis parentes habitabant. *Pelion* quoque et urbs et mons *Thessaliæ, Iolco* conterminus, unde et *Iolcos Peliotis* dicitur. BARNES.

483. Πελίαν τ' ἀπέκτειν'. Vide de hac re Ovid. Met. VII. 4. Præterea de hoc ipso argumento Drama edidit Euripides, cujus Fragmenta nonnulla extant. Vocatur *Peliades*, nempe a *Peliæ* filiabus, ut mox ipse testatur, v. 501. BARNES.

488. ξύγγνωστ'. Vide ad Hecub. 1083.

491. θέσμι' ἀνθρώποις. Sic pleræque editiones; sic Schol. Æschinis; sic omnes MSS. quorum enotatæ sunt variæ lectiones. Sed valde speciosam lectionem præbet ed. Lasc. θέσμ' ἐν ἀνθρώποις. Multa enim sunt nomina, quæ, cum in singulari masculina tantum aut feminina sint, in plurali neutra fiunt, ut δίφρος, δίφρα, κύκλος, κύκλα, κέλευθος, κέλευθα, δεσμὸς, δεσμὰ, σῖτος, σῖτα. Vide Musgravium ad Hel. 420. Et θεσμὰ quidem citant Budæus et H. Stephanus, sed ex minus probatis auctoribus, Phalaride et Nonno, Stephanus quoque vitiosum esse Phalaridis locum suspicans. Sed exstat in Sophoclis Alexandro apud Stephanum v. Ἄστυ. οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει. Pluralem λύχνα usurpant Herodotus II. 62. 133. Euripides Cyclop. 511. PORSON.

499. Ennius apud Ciceronem de Orat. III. 58. *Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternamne, anne ad Peliæ filias?* PORSON.

507. θαυμαστὸν δέ σέ γ' edidit Beckius. Sed vocalis in fine versus elidi non potest, nisi syllaba longa præcedat. Nempe vidit vir doctissimus hanc particulam requiri; alibi collocandam esse non vidit. Vulgo enim plene distinguitur post 508. et imperfecte post 510. Sed mutavi distinctiones, et in v.

509. pro τε posui γε, quod quam facile in alterum corrumpi possit, quam facile a sequente syllaba γαῖ absorberi, nemo non videt. Porson.

513. Similis locus est Hipp. 922. ubi contulit Monkius Ciceron. de Amicit. c. 17. *Nec habere quasi signa quædam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent.*

520. Æsch. Theb. 62. ὥστε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος, unde hunc versum hausisse Euripidem monent Valckenærius et Porsonus.

521. ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις. Ad hunc locum illustrandum aliquid fortasse conferet Pindari Scholiastes in Nem. V. Epod. 3. ubi sic Poeta: ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον Πρὸς ζυγὸν καρχασίου. Scholiastes: καρχήσιον, τὸ ἀνώτατον τῆς κεραίας· τούτῳ τὸ ἱστίον προσανατείνουσιν, ὅταν θέλωσι δαψιλεῖ τῷ ἀνέμῳ χρῆσθαι, οὐριοδρομοῦντες. Musgr.

526. νοῦς λεπτὸς hic non reddi debet *mens subtilis*, sed *animus levis*. Exprobratio est merita Medeæ erga se minuentis. Heath.

527. Hunc locum respicit Ennius apud Ciceronem, Tusc. IV. 32. *Tu me amoris, magis quam honoris, servavisti gratia.* Porson.

529. θήσομαι significare debebat *judicabo*. Non invitus legerem αὖτ' ἀθρήσομαι, si mihi exemplum hujus futuri innotuisset. Sed nusquam inveni vel activum vel medium hujus verbi futurum. Porson.

539. Formam orationis adumbravit e nobilissimo Tyrtæi loco apud Stobæum LI. p. 193. quem paullo plenius citari nemo, uti spero, indignabitur: Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην, Οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης, Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε, Νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην. Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη, Πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον. Οὐδ' εἰ Τανταλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη, Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι. Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς. Et Tyrtæum et Euripidem ob oculos habuit Theocritus VIII. 53. Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων· ubi J. Piersonus, præfatus, "frigida esse χρύσεια τάλαντα, cum aliquid specialius dicere debuisset poëta," emendat Κροίσοιο, eleganter sane et speciose. Crœsi divitias memorant ipse Theocritus a Piersono laudatus, X. 32. τὰ Κροίσου τάλαντα Procopius, commodum a Wartono laudatus. Nec tamen inducor, ut veterem lectionem deseram. Æquo enim jure objicere poteras

hoc Euripidis loco, " Frigida sunt χρυσὸς ἐν δόμοις, cum aliquid specialius dicere debuisset poëta." Præterea ἀνέμων similiter frigore laborat, et Tyrtæo præeunte mutandum erat in Βοῤῥέα. In Anacreont. XXIII. 1. Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ, ex emendatione Sevini Κροίσου primo ediderat Brunckius; postea errorem suum agnovit, a Larchero monitus, quem vide ad Herodot. II. 121. Eandem loquendi formulam iterum adhibet Noster, Herc. F. 634. Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη, Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη, Τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν· ubi si quis legendum contendat Κροίσου, ei auctor sim, ut artem criticam desinat, *Anticyras melior sorbere meracas.* Porson.

543. Idem versus Suppl. 428. ut monuit Valcken. ad Phœn. 937. Porson.

552. ἐχθραίνων vulgo, sed ἐχθαίρων Brunckius ex A. Fl. Jam monui ad Orest. 288. tragicos semper ἐχθαίρω, nunquam ἐχθραίνω dicere. In Sophocl. Antig. 93. Aldus recte edidit ἐχθάρῃ, sed tacuit Brunckius. Pro ἐχθραντέος Aj. 679. variam lectionem in margine habet Juntina secunda, ἐχθαρτέος, et sic legebat Suidas, ut ex ordine literarum constat. Porson.

563. Notandum est hic τὸ λύει singulari significatione usurpari pro λυσιτελεῖ, quod in vulgaribus Lexicis notari debuit. Hesychius ad hunc locum respexit: Λύει, λυσιτελεῖ, ἀδημονεῖ. et Phavorinus: Λύει, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖ. Nec mirum: τὸ λύει enim simpliciter pro τέλη λύει ponitur, quod pro λυσιτελεῖ a Sophocle usurpatur, ut ἰσοδυναμοῦν ῥῆμα. Œd. T. 324. ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι. Schol. διαλελυμένως δὲ εἶπε, τέλη λύει, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖ. Idem quoque Elect. 1015. λύει γαρ ἡμὰς οὐδὲν, οὐδ' ἐπωφελεῖ. Scholiast: οὐ λυσιτελεῖ γὰρ ἡμῖν. Similiter Euripides facit hujus fabulæ v. 1352. et Alcest. 644. Barnes.

570. γὰρ mutavi in ἄρ', quod γνωμικώτερον. Porson. Ad sententiam conferas Hippol. 211. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν, Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; Εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος, Ὀυκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παράσχεσθαι τόδε. Nostrum imitatus est, monente Monkio, Miltonus P. A. X. 888. *O why did God, Creator wise, that peopled highest heaven With spirits masculine create at last This novelty on earth, this fair defect Of nature, and not fill the world at once With men, as angels, without feminine; Or find some other way to generate Mankind?*

576. διάφορος εἰμί, Anglicè, *I disagree.* Hanc vocem inter alias genitivo junctas recenset Matthiæ, Gr. Gr. §. 344. d.

Notat Elmsleius singularem ejus in hoc loco cum dativo constructionem, cujus aliud exemplum se nescire fatetur.

578. ζημίαν ὀφλισκάνει. *Mulctam debet, pœnæ est obnoxius.* De hac phrasi vide infra v. 1217. BARNES.

582. ἓν γὰρ οὖν κτενεῖ σ' ἔπος Ald. quod per se optimum est, ut supra 530. ὅπη γὰρ οὖν ὤνησας. Sophocl. Antig. 771. εὖ γὰρ οὖν λέγεις. Œd. C. 1199. ἔχεις γὰρ οὖν βίαια τἀνθυμήματα, ut optime Heathius pro οὐ, post quem nihil tentare debebat Brunckius. ἐκκτενεῖ Brunck. et Beck. compositum Græcis ignotum. Eustathius vero ad Iliad. H. p. 672, 60. ἓν γὰρ ἐκτενεῖ σ' ἔπος, ἤγουν εἷς λόγος ἐκτάδην ῥίψει, quod citat et rejicit Valckenærius Diatrib. p. 152. sed codicum lectiones ignorasse videtur vir egregius. ἐκτάδην κεῖσθαι phrasis bene nota. Quidni potuit Medea dicere, *Uno argumento ita te prosternam, ut quasi mortuus jaceas?* Neque durior est metaphora, quam in Platonico isto, Euthydem. p. 227. F. παρατεθῆναι γελῶντα. PORSON.

589. Cur πρὸς γῆρας? Credo, quia ætate provecti non amore, sed ambitione, duci solent. Formula πρὸς γῆρας est in fragmento Danaïs apud Stob. Tit. LXXI. μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους. Vide et Suidam v. ἀνδρός. Reiskio placet πρὸς γῆρυν. Sed γῆρυς *famam* non significat. MUSGR.

597. οἶσθ' ὡς μέτευξαι legendum censet Elmsleius ad Soph. Œd. T. 543. de qua forma vide ad Hecub. 222.

598. φαίνεσθαι et δοκεῖν Reiskius, ut pendeant a μετεύξῃ. PORSON.

615. Similiter Soph. Aj. 676. ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Haud aliter Miltonus nostras in Como: *None but such as are good men can give good things.*

622. σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται. Hæc verba dedecere ferocissimam Medeam, et hinc risui Aristoph. Plut. 114. inservisse, putat Valck. ad Phœn. p. 232. BECK.

632. οἰστὸν est disyllabon, ut semper apud Atticos. Vide egregiam Piersoni notam ad Mœrin, p. 275. Nec male Barnesius: "In scansione ut οἰστὸν legendum." Idem ad Androm. 1110. "Legendum δισυλλάβως, quasi οἰστοί." Sed ad Herc. F. 193. audacior factus, bene edidit μυρίους οἰστοὺς ἀφείς. Cum igitur dixi in præf. ad Hec. p. IX. [ed. Cant. 1802. x. ed. Lond. 1808.] "In Euripide usque ad hunc diem semper editum est ὀϊστὸς," *erravi*, sive tu mavis, humanissime lector, MENTITUS SUM, Musgravii editione deceptus. PORSON.

648. Cf. Phœn. 388. et ibi citata.

661. ἐπιστροφῇ Ald. ἐπιστρωφῇ analogia postulat. A νέμω enim

νωμᾷν, a στρέφω στρωφᾷν, a τρέπω τρωπᾷν, formant Græci. Solum πέτομαι, quantum scio, et ποτᾶσθαι et πωτᾶσθαι facit. Porson.

663. ὀμφαλὸν γῆς. Vide ad Orest. 321.

665. τείνεις βίον. *Vitam degis.* Æsch. Prom. 584. Ἡδύ τι θαρσαλέαις τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, ubi Blomfieldius contulit Agam. 1364. Ἦ καὶ βίον τείνοντες ὧδ' ὑπείξομεν. Hor. Epist. I. 5. 10. *impune licebit Æstivam sermone benigno* tendere *noctem.*

672. Hic non mirarer, si quis particulam καὶ ut expletivam improbaret. Nam Androm. 89. ubi rectissime legitur, Ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι κοὐ περίβλεπτος βίος, citans Brunckius in Gnomicos Poëtas, p. 305. corrigit ἐπεί τοι γ' additque, "Quos versus protuli, ut levem maculam a priori senario abstergerem." Satius erat manum abstinere, vir egregie. Maculam enim non abstersisti, sed versui sano inspersisti. Suppl. 880. Ἤχθαιρ', ἐπεί τοι γ' οὐδὲν αἰτία πόλις. Sic edidere Marklandus et Musgravius e tribus Parisiensibus MSS. Sed et illud notavi, Aldum in Supplicibus et Iphigenia utraque sæpe meliorem lectionem aut melioris lectionis vestigia conservare, quam conservarunt isti codices. Ex Stobæo citat Marklandus ἐπεὶ κατ' οὐδὲν, et sic legitur in editione, qua utor, Gesneriana 1543. XLIV. p. 314. Sed Grotius edidit ἐπεί τοι κοὐδὲν, ex MS. proculdubio, Trincavellus enim ἐπί τοι κοὐδέν. Nimirum primo lectio vulgata leviter in ἔπειτα κοὐδὲν depravata est; postea inde fecere ἐπεὶ κατ' οὐδέν. Præterea existimo Atticis non licuisse γε post τοι ponere, nisi alio vocabulo interjecto. Exceptiones sunt certe perpaucæ; præcipuæ, quas memini, Aristophan. Thesm. 716. Euripid. Iph. T. 703. Porson. Reliquum hujus notæ libenter omittimus, formulæ ἐπεί τοι καὶ exempla tantum proferentes, quæ, Hermanno conviciis jam satis exagitato, addit V. D. nempe: Herac. 507. 739. Aristoph. Ran. 511. Acharn. 931.

674. ἀσκοῦ πόδα, &c. Euripides in hoc loco *sensum*, non ipsa *verba*, oraculi profert: ea enim heroico erant metro dicta, quomodo a Plutarcho et Scholiasta Euripidis proferuntur. Hoc autem oraculum ita vertit Anton. Muretus, V. L. III. 14. *Ne solvas ex utre pedem, qui prominet, ante Cecropiæ pingues quam sis delatus in agros.* Barnes. Ut intelligas, hoc non allegoricum modo, sed et proprium sensum habuisse, ἀσκοῦ ποδεῶνα habet Pollux II. §. 196. ἀσκῶν ποδεῶνας· Herod. II. 121. Musgr.

679. εὐσεβέστατος hoc modo accepit Valck. ad Hipp. II. *maxime pius inter filios Pelopis.* Nam reliqui filii Pelopis erant scelesti, sed Pittheus fuit rerum divinarum atque humanarum peritus. Beck.

681. τρίβων est vox μέση. Hic in meliorem capitur partem; ut in Rhes. 621. τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ κ) νοεῖν σοφὸς, ubi et *Accusativum* habet ut hic loci. Alias *Genitivo* gaudet, et in malam partem frequentius sumitur: ita Bacch. 673. Καί τις πλάνης κατ' ἄστυ κ) τρίβων λόγων [Ἔλεξεν εἰς ἅπαντας.] BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 324. et §. 416.

684. ὅδε hic ὧδε vel οὕτως valet, quam significationem solus omnium notavit Elmsleius, intactam reliquit Matthiæ, Gr. Gr. §. 470. Cf. vv. 50. 158. supra.

709. οὕτως sæpe, ut hic, cum optativo usurpatur, cum supplex aliquid boni alteri exoptet. Ita etiam apud Latinos, Horat. Od. I. 3. 1. Sic *te Diva potens Cypri*, sic *fratres Helenæ lucida sidera, ventorumque* regat *pater.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 513. Obs. 4.

713. Similis phrasis hujus versus clausulæ apud Herodotum III. 85. ubi Œbares ad Darium, ὡς βασιλεὺς οὐδεὶς πρὸ σοῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. Confer Theocrit. II. 161. PORSON.

716. ὤν μ' edidit Brunckius, quod pro μοι non amplius, credo, accipit. Si quis pro με acciperet, non multum refragarer, cum plura similia verba aliquando, licet rarius, accusativum pro dativo regant, qualia sunt εἰπεῖν, ἐπιστέλλειν, λέγειν, παραινεῖν. Sed non necessarium puto pronomen. PORSON.

719. Invenuste admodum quater in quatuor continuis versibus repetitur pronomen. Quare legendum censeo, πειράσομαι 'γὼ, deleta distinctione post χθόνα. Simili mendo laborat locus Helen. 952. Ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε, Αἱρήσομαι τὸ πρόσθε τῆς εὐδαιμονίας. Lege, Αἱρήσομαι 'γὼ πρόσθε τῆς εὐψυχίας. Nimirum εὐψυχίας primo in εὐτυχίας corruptum est ex literarum, deinde in εὐδαιμονίας, ex sensus affinitate. Optime igitur Heathius et Tyrwhittus εὐψυχίας. PORSON.

731. μεθεῖσαν Ald. μεθῇς ἂν Brunckii membranæ, et edd. recentes, solœce. μεθεῖς ἂν (ut opinor) B. suprascripto ἐκδοίης. Recte edidit Brunckius μεθεῖτ' ἄν, quod habet Schol. sed male constructionem ordinat, quam recte explicat Scholiastes: ἄγουσιν ἐμὲ ἐκ γαίας οὐκ ἂν μεθεῖο, ἐμοῦ subaudito. Hinc autem probare conatur Brunckius, mediam formam μεθίεσθαι accusativum regere, contra Dawesii Misc. Crit. p. 238. et Valckenærii ad Phœniss. 522. decretum. In Aristoph. Vesp. 414. Brunckius ipse tantum non velle videtur, τοῦδ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι, legere. Restat formidabilis Sophoclis locus Electr. 1277. τῶν σῶν προσώπων ἡδονὰν μεθέσθαι. Lege, Dorica forma, ἁδονάν. Ipsa Electra iterum usurpat pluralem 1302. Sed ne

alii simili errore trahantur, pauca quædam de hac figura addere libet. Græci scilicet, cum verba duo, diversos casus regentia, ad idem nomen æque referantur, ne nomen proprium aut pronomen minus suaviter repetatur, in utrovis regimine semel ponunt, altero omisso. Antiphanes Athenæi VIII. p. 338. A. ὃν ἢν ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται· ubi οὗ non deterius esset ad sensum, quanquam deterius est ad numeros. Ceterum illud etiam observatu non indignum, non varias esse lectiones μεθεῖσαν, μεθεὶς ἂν, sed veram lectionem leviter depravatam. Si enim plenis literis scribas ΜΕΘΕΙΟΑΝ, videas quam facile in ΜΕΘΕΙCΑΝ transmutetur. PORSON. Vide Matt. Gr. Gr. §. 367.

733. ἐπικηρυκεύματα sunt *petitiones per Præconem*, cujusmodi duas exhibet Euripides; unam Thebanorum, Suppl. 399. alteram Argivorum Heraclid. 134. MUSGR. κἀπικηρυκεύμασιν Οὐκ ἂν πίθοιο MSS. edd. sed, cum negativa particula sensui noceat, varias conjecturas proposuere viri docti. ὦκ' Musgravius; sed hoc ne in melicis quidem, nedum in senariis apud tragicos compareat. σύγ' ἂν Brunckius edidit, quod et nimis emphaticum est, et Ægeum ceteris hominibus pejorem faceret. Quod conjecit Wyttenbachius, edidi, ut verisimillimum. Ne Ægeum offendat, timorem suum isto *fortasse* moderatur Medea. Similem cautionem vide in Soph. Philoct. 811. PORSON.

736. ἔλεξας ἐν λόγοις Ald. ἔδειξας non ineleganter Valckenærius, ad Phœniss. 531. quod probat Musgravius, edidere Brunckius et Beckius. Sed, cum tautologia vitetur edendo ὦ γύναι, hoc prætuli. Idem est ἔλεξας, ac si dixisset, ἔδειξας ἐν λόγοις. PORSON.

741. ὄμνυε Lasc. quod metrum quidem non corrumpit, quanquam alterum vel in hac parte præstat. Sed in tironum gratiam observandum est, hac forma, ea nempe, ubi ύω pro υμι in fine verbi ponitur, nunquam uti tragicos; rarissime veteres comicos; sæpius mediæ, sæpissime novæ Comœdiæ poëtas. Paullatim et parce adhiberi cœpta est sub mediam fere Aristophanis ætatem; tantum enim occurrit ὀμνύῃ Av. 1610. συμπαραμιγνύων in ultima ejus fabula Pluto 719. Cetera loca, ubi usurpari videtur, aut emendata sunt, aut emendanda. PORSON. Simile Latini regis juramentum conferas apud Virg. Æn. XII. 197. *Hæc eadem, Ænea, Terram, mare, Sidera, juro, Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem, Vimque Deûm infernam, et duri sacraria Ditis.*

747. Ald. et omnes fere editiones λαμπρὸν Ἡλίου τε φῶς,

copula ineleganter inserta, ut in re simili dicebam ad Hec. 76. neque verba muto. Plerumque, fateor, copulam singulis nominibus addunt tragici, sed non semper; ideoque legendum esset, λαμπρὸν Ἡλίου φάος, ubi media copula supprimitur, quod interdum fit. Ne vero quis cavilletur "nimiam profecto emendandi libidinem, quum bonæ lectiones propter hanc solam rationem mutantur, etc." sciatis, optimi Adolescentes, ita plane legi in Lascaris editione. Et hoc satis esset ad importunum istud τε amoliendum. Sed cum alii pro var. lect. 741. habeant Ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας, quod ad hunc versum referri debere bene observat Musgravius, ita edidi. Sophocles, Œd. T. 830. ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας. Philoct. 1289. Ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας. Euripides, Cycl. 575. τὸ πᾶν τε δαιμόνων ἁγνὸν σέβας. Æschyl. Eumen. 888. ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας. Idem, Myrmidonibus apud Athenæum XIII. p. 602. E. Σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω, Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων· quæ verba sunt Achillei ad Patrocli cadaver. Vulgatur ἅγιον, sed ἁγνὸν ter citat Theodorus Canterus Var. Lect. II. 9. fortasse ex MSS. Certe hæc verba sæpe permutantur, et ἅγιος rarissime ab Atticis, nunquam, credo, a tragicis adhibetur. Porson.

763. ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν. Anglice vertit Elmsleius: *where I was most at a loss: where I was weakest.* Ion. 366. οἶσθ' οὖν, ὃ κάμνει τόν λόγον μάλιστά σοι.

765. De hac Metaphora vide ad Herc. F. 472. Barnes.

772. ἔχειν editiones recentiores ex emendatione, ut videtur; ἔχει enim Ald. et MSS. quod si retinetur, expungendus est etiam sequens versus. Nam qui olim sequebatur, Γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει, abest a Flor. teste Valckenærio ad Phœn. 1286. Porson.

779. Delevi, Valckenærio monente, versum, qui hunc sequebatur in editis, νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα. Porson.

810. μὴ πάσχουσαν. Exemplum hujus constructionis habes supra v. 739. ubi Brunckius contulit hujus fabulæ vv. 655. ἀνοίξαντα. 877. κηδεύουσαν. Plura videas apud Elmsleium ad Heraclid. 693.

813. Sic edd. omnes et MSS. nisi quod Brunckius e conjectura dedit, σὺ δ' αὖ γένοι' ἄν. Male. Hoc exemplum adde iis, quæ congessi ad Orest. 1229. *Inertem particulam* γε, inquit Brunckius, *impendio odi*. Esto; si modo sit iners; sed hîc vim suam exerit. Vide Sophoclis locum apud Plutarchum T. II. p. 35. E. 89. A. Infra quoque 818. γ' addidi

ex Scholiaste. Sæpe enim in dialogis hæc particula sequitur εἴπερ, vel continuo, vel interposito alio vocabulo. Sophocl. Aj. 84. Πῶς, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ; Æschyl. Choëph. 221. Κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ' εἴπερ ἕν γε τοῖσι σοῖς. Porson.

821. ἀποϱθήτας Flor. testante et probante Valckenærio ad Phœn. 242. Neque ego improbo. Sed vulgatam reliqui, ne causæ meæ velificari videar, quam egi in Præf. ad Hec. ubi φιλοξένη Æschylo restitui. [Atticos, videlicet, hujusmodi nomina plerumque generum duorum communia facere; nec tamen hanc regulam semper servare veteres.] Omnia enim adjectiva composita, et in ος terminata, apud antiquissimos Græcos per tria genera declinabantur: ἀπόρθητος, ἀπορθήτη, ἀπόρθητον. Femininas formas, cum jam paullatim obsolevissent, poëtæ et Attici, vel ornatus vel varietatis ergo, subinde revocabant. Quod in choro dixit Æschylus, Agam. 252. ἀταύρωτος, maluit in senario Aristophanes ἀταυρώτη, Lysistr. 217, 218. Idem Pac. 978. πολυτιμήτη dixit, qui alibi πολυτίμητε Δήμητερ adhibuerit, Thesm. 293. In Æschyli Agam. 1534. τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγένειαν ἀνάξια δράσας, dele inutilem copulam, et lege πολυκλαύτην. In Sophoclis Aj. 499. δούλιον pro δουλίαν contra metrum habet Aldus. Porson.

823. λαμπροτάτου — αἰθέρος. Idem observat Aristides in Panathenaico. Musgr.

825. Commemorantur a Pausania Musæ Illipiades, quibus Harmoniæ educandæ curam forte detulit Mythologia. Sic Sibyllam ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν habet Clem. Alex. p. 304. ed. Paris. Musgr. Planissimus tamen hujus loci sensus est, Musas ex Harmonia in Attica natas esse: neque ideo rejiciendus Elmsleio videtur, quia receptæ Mythologiæ contradicit. Multa enim hujusmodi apud Euripidem inveniuntur, quæ tamen non sine auctore fortasse dixerit, quamvis in hac tanta veterum librorum penuria solo ipsius testimonio nitentur.

835. Perdifficilis certe, si non corruptus locus. Brunckius πόρος e Musgravii conjectura adoptavit, πόμπιμός vero ex A. B. Flor. Schol. Vulgo πόμπιμόν. Sensus esset integer, si legeremus, ποταμῶν τις. Porson. Ordo est: πῶς οὖν ἡ πόλις ἱερῶν ποταμῶν, ἢ πόμπιμος χώρα φίλων ἕξει σε κ. τ. λ. Dicitur ἱερῶν ποταμῶν πόλις de Athenis simili jure quo Thebæ διδύμων ποταμῶν πύργος appellantur, Phœniss. 825. monente Elmsleio.

838. Huc respexit Hesychius, cujus verba, partim ope codicis, ita legenda: Παιδολέτειρα, παιδοφόνος. Παιδολέτειραν, παιδοφόνον. Porson.

841. αἱρῇ edd. et MSS. minus apte. Ex ἀείρω veteres primo formavere futurum ἀΐρῶ vel ἀερῶ, unde per crasin effecere αἰρῶ vel ἀρῶ, priore producta. Postquam vero ipsum verbum in αἴρω contraxissent, novum futurum efformabant, ἀρῶ, priore correpta. Dedi igitur αἰρεῖ, quanquam tolerari potest præsens, αἴρει. Aristophanes Ran. 381. αἰρεῖς habet in systemate, ubi longæ syllabæ tantum admittuntur, præterquam in proprio nomine Θωρυκίων. Euripid. Heracl. 322. Ὑψηλὸν αἰρῶ. Defendi hinc potest illud Æschyli Pers. 797. ἀροῦμεν στόλον. Sed non minus recte Robortellus, ἄρωμεν στόλον. Porson.

845. Pro ἢ φρενός ἢ, quæ haud dubie corrupta sunt, ἐνθεμένα e Scholiaste, ut putat, eruit Musgravius, quod recepit Brunckius. φρεσὶν pro φρενὸς Beckius. In re desperata paullo plus audaciæ condonandum est. Grammaticus apud Montefalcon. Biblioth. Coislin. p. 842. Θανατήριον ἀξιοῦσιν, οὐ θανάσιμον λέγειν. Πλάτων πολιτικῶν δευτέρῳ, Εὐριπίδης Μηδείᾳ. Sed θανατήριον est vox nihili, pro qua legendum θανατηρόν. Quid igitur, si ista vox hic olim locum obtinuit? Πόθεν δὲ θράσος θανατηρόν. Certius quiddam fortasse haberemus, si Platonis locus repertus esset. Porson. Fere nihili est, ingeniosa tamen, Porsoni conjectura; adeo ut Locus, ut ante, corruptus ad ingenia criticorum exercenda hodie manet.

854. τλάμων hic valet *crudelis*, ut Soph. Philoct. 375. Musgr.

856. οὐκ ἂν ἀμάρτοις τοῦδέ τ' Lasc. τοῦδ' ἔτ' A. Fl. οὐκ ἄν γ' ἀμάρτοις τοῦδέ γ' Ald. Sed duplex γε valde invenustum, neque ἔτ' optime convenit. Quare τοῦδέ γ' Aldinum retinui, sed in οὐκ ἂν literam mutavi, [οὔ τ' ἄν.] Elidi non potest diphthongus in τοι, sed per crasin vocalem longam efficit. Aristoph. Acharn. 161. Ὑποστένοι μέντ' ἂν ὁ θρανίτης λεώς· ubi ob metrum scilicet addidit Brunckius γ', id quod jam præceperat Marklandus ad Suppl. 376. Eandem præposteram medicinam fecit in Ecclesiaz. 646. Ὥστ' οὐχὶ δέος μή σε φιλήσῃ· δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθει. Sophocl. Aj. 534. Πρέπον γέ τ' ἦν ἂν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε· ubi si τ' pro τε accipis, γέ τε nunquam conjungunt Attici; si pro τοι, non elidi potest οι ante ἦν. Legendum igitur ex vetustis Scholiorum editionibus, Πρέπον γέ τ' ἂν ἦν. Porson.

861. λόγους Abresch. ad Æschyl. T. I. p. 15, interpretatur *convicia*, quo sensu vocab. hoc occurrit etiam Troad. 911. Musgr.

866. Ante κασιγνήτης recte τυράννους e priore membro supplet Elmsleius. Confer v. 594. supra.

871. ἐννοήσασ' ex A. Fl. P. edidit Brunckius. Sed per totam hanc fabulam passiva forma utitur Poëta, ut mox 889. quam et servat X. Π. 805. Porson. Ipse monet Brunckius, activum et passivum in νοέω et compositis promiscue usurpari.

877. Verba *gaudendi*, *dolendi*, &c. haud raro sequitur accusativus, participio ὁρῶν subaudito. Soph. Phil. 1314. ἥσθην σε εὐλογοῦντα πατέρα τὸν ἐμόν. Quo sensu et hic locus male a quibusdam accipitur, quos secutus est Matthiæ in Gr. Gr. §. 551. quod Elmsleius etiam monuit. Recte omnino Reiskius subintelligit ἐμὲ, *me lætari* κηδεύουσαν, i. e. ἐν τῷ κηδεύειν, νύμφην σέθεν, *dum curo sponsam tuam*, eique servio.

878. ἐσμὲν οἷον ἐσμέν. Hujus formulæ frequentia sunt apud Tragicos exempla. Infra v. 1000. ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας. Orest. 79. ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα. Elect. 287. ἔκυρσεν ὡς ἔκυρσε. Soph. Œd. T. 1376. βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε. Vide ad nostri Elect. 1126.

892. Hesych. ἀρτίδακρυς· εὐχερὴς πρὸς δάκρυον. Beck.

895. χλωρὸν, *recens*, ut v. 911. Beck.

898. ὀργὰς ποιεῖσθαι. Eadem locutio Orest. v. 1625. Musgr.

899. Paris. omnes, Fl. et Lasc. παρεμπολῶντος ἀλλοίως, "quod si verum," inquit Musgravius, "legendum in fine versus πόσεως." Mihi non succurrit exemplum, ubi πόσεος aut πόσεως legatur, nedum ubi iambum faciat, ut πόλεως. Suspicatur Brunckius, aliam olim fuisse lectionem, παρεμπολῶντά γ' ἀλλοίως πόσιν. Sed recte Aldinam præfert. Histrionibus ἐμοὶ pro πόσει tribuit Scholiastes. Porson.

906. τὰ πρῶτα. *Principes*. Vide ad Hec. 777.

918. τί δὴ τάλαινα. Hanc lectionem exhibent nonnulli MSS. Sed vulgatam τί δῆτα λίαν jure retinuit Porsonus. Talibus locutionibus adverbio λίαν nihil usitatius esse docet Elmsleius, conferens Hom. Il. E. 361. et similia ista μὴ λίαν τάκου supra v. 160. et μέγα στένειν v. 294.

922. μνησθήσομαι edd. MSS. X. Π. 835. Sed μεμνήσομαι pro var. lect. A. recte. Hac forma hujus verbi, ab Homero etiam adhibita Iliad. X. 390. semper utuntur tragici, illa nunquam. Idem dici potest de κληθήσομαι et κεκλήσομαι. Sed βληθήσομαι et βεβλήσομαι promiscue usurpant. Porson.

927. Mavult Elmsleius ἀπαροῦμεν. Vide supra ad v. 841.

936. ἃ καλλιστεύεται, i. e. ἃ τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποις ὄντων κατὰ πολὺ κάλλιστά ἐστιν. Valck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 370. a.

943. Ἥλιος Πατὴρ πατρός. Sol ex Perseide Oceanina ge-

nuit Circen et Æeten, Colchorum regem, qui ex Eidyia genuit Medeam. Vide Hesiod. Theogon. 956. BARNES.

953. Allusum ad vetus illud dictum apud Platonem *de Republ.* L. 3. Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας. Item: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. Unde et Ovidius Art. Amand. L. 3. *Munera, crede mihi, placant hominesque deosque; Placatur donis Jupiter ipse datis: Quid faceret Sapiens? Stultus quoque munere gaudet; Ipse quoque accepto munere mitis erit.* Vide Petri Victorii V. L. XII. 5. et Horat. Carm. III. 16. BARNES.

973. Hic versus non omnino cum strophico congruit. Scio, quam periculosum sit nova verba confingere, sed analogiæ conveniret χρυσεόπλεκτον. PORSON.

975. ἕρκος, *recte.* Hom. Odyss. X. 469. Æsch. Agam. 1620. Aristoph. Av. 528. Soph. Aj. 60. Hesychius: ἕρκεσι, δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. MUSGR.

978. ὑπεκφεύξεται edd. MSS. quod metrum aperte vitiat. Dedi ὑπεκδραμεῖται, quod non semel occurrit apud Euripidem. Alterum facile pro interpretatione irrepere potuit. PORSON.

981. ὀλέθριον βιοτάν. Dixerat Jason v. 559. se ideo Creontis filiam ambire, ut liberis ex Medea genitis lautioris vitæ subsidia compararet. Id igitur consilium quia ipsis in exitium versurum erat, merito hic exclamat chorus: *at tu nescius pueris exitiales facultates paras.* βιοτάν, *opes, facultates,* ut βίοτον, vv. 1091. 1097. MUSGR.

993. Sequebantur duo versus, e 912. 913. male repetiti: Τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα, Κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον; Piersono, Valckenærio, et aliis præeuntibus, delevi. PORSON.

1001. τί δ' αὖ X. Π. 730. probante Valckenærio ad Phœniss. 1668. τί δαὶ A. L. Assentior Brunckio δαὶ e tragicis eximenti. In loco Sophoclis Antig. 318. δὲ e duobus MSS. edidit Brunckius, quod conjecerat Marklandus ad Suppl. 94. Τί δὲ; ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου; Τί δὲ habet etiam Plutarchi de Garrul. p. 509. D. editio Aldina. In versu sequente bene πολλή μ' ἀνάγκη defendit Brunckius contra Valckenærium ad Phœniss. 1668. (1688.) πολλή μ' ἀνάγκη, πολλή γ' ἀνάγκη, et πολλή 'στ' ἀνάγκη, promiscue usurpantur. PORSON.

1002. πολλή μ' ἀνάγκη, scil. δακρυῤῥοεῖν, e v. præcedenti repetendum. BRUNCK.

1004. κρατεῖς τοι. Posset hoc utcunque explicari. Sed prius videndum, quomodo se habeat Medeæ responsio: ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ. κατάξω hîc est *ad inferos de-*

ducam, quo etiam sensu de Mercurio apud Pindarum (Ol. IX. 52.) usurpatur: Βρότεα σώματα κατάγει Κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν Θνασκόντων—. Alius porro vocis κατάγειν sensus est Thucydidi historicisque fere omnibus frequentatus, juxta quem exules, in patriam reducti, κατάγεσθαι εἰς τὴν πατρίδα, vel etiam simpliciter κατάγεσθαι dicuntur. Jam ex præcedenti versu derivatum esse κατάξω, indicat vox ἄλλως. Consideretur modo locus Iphigeniæ, A. 648. 649. in quo ὀλεῖ venuste repetitur: ΙΦ. ὄλοιντο λόγχαι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά. ΑΓ. ἄλλους ὀλεῖ πρόσθεν, ἅ με [lege πρόσθ' ἁμὲ] διολέσαντ' ἔχει. Hinc elucescit vera hujus loci emendatio: ΠΑΙ. θάρσει· κατάξῃ καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι. ΜΗ. ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἡ τάλαιν' ἐγώ. MUSGR. Hanc emendationem in textum intulit Brunckius. Et sane, quanquam ego literarum vestigiis propius paullo insistendum putavi, integram tamen laudem Musgravio tribui velim. *Habeat secum servetque sepulchro.* Posui ergo κάτει τοι. *Certe redibis ab exilio olim a liberis tuis deducta.* Voces κατιέναι, κατέρχεσθαι, hoc sensu sæpissime usurpantur. Herodot. III. 45. bis, IX. 26. ter. De κατέρχομαι vide facetam disputationem Aristoph. Ran. 1274. Neque est, quod quis miretur, post activum vel neutrale verbum sequi πρὸς vel ὑπὸ cum genitivo. Sophocl. Aj. 1235. ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά; 1320. οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους, Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως; Ceterum vide, an error profluxerit ex ejusdem dramatis 1353. παῦσαι· κρατεῖς τοι, τῶν φίλων νικώμενος. PORSON.

1015. Quod edidit, lectore non monito, Beckius, γυναῖκας metrum pessundat. Ob silentium ejus, operarum hunc esse errorem fere crederem, nisi id ipsum conjecisset Reiskius. Si igitur γυναῖκας a Reiskio sumsit Beckius, festinavit, et cæcum ducem secutus est. Nihilo deterior plurali singularis. Aristoph. Plut. 592. Οὔτε μύρροισιν μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν ΝΥΜΦΗΝ ΑΓΑΓΗΣΘΟΝ. PORSON.

1016. ἀγάλλειν hic est *splendide atque eleganter expolere, ornare.* HEMSTERHUIS. Hesychius: ἀγῆλαι· κοσμῆσαι. BECK. λαμπάδας ἀνασχέθειν. Mos erat matribus, liberorum suorum nuptiis faces præferre. Vide Iph. A. 722. BARNES.

1018. Μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις, legitur Troad. 764. sed spurium censet Valckenærius ad Phœniss. 1152. PORSON.

1040. ἐμῆς κάκης.—Ἡ κάκη, *Ignavia*, vel *perfidia*. Verbum Platoni cognitum, et Æschylo Theb. 176. et Æliano, ut Κάκῃ τὴν στάσιν λιπών. Hunc locum respicit Hesychius et

explicat: Κάκη· πελία, κακία· Ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. Κακεχίας. Idem verbum apud hunc Poetam, Androm. 949. Hippol. 1325. et Iph. T. 659. Barnes.

1042. ὅτῳ δὲ μὴ κ. τ. λ.—Ita Scholiastes: ὅτῳ δὲ, φησὶν, ἐκ εὐσεβὲς φαίνεται παρεῖναι τῷ φόνῳ τέτῳ, ἢ δέχεσθαι τοιαύταις θυσίαις, ἔτος ἀπίτω. τἔτο δὲ εἶπεν ὡς ὄντων θεῶν τίνων χαιρόντων ἀνδροφονίᾳ, οἷον, Ἐριννύων, Ἄρεως κ̣ τινῶν ἑτέρων. Ὅμηρος. Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγέ.

1044. χεῖρα δ' ἐ διαφθερῶ. Verte: *Manum meam non corrumpam*, misericordia scilicet. Adhuc enim in proposito perstat Medea, nec nisi versu sequente remollescit. De hac usu vocis διαφθείρειν confer v 353. Platon. Op. Mor. §. 886. Phæd. 66. [ἐδὲν τρέσας ἐδὲ διαφθείρας ἔτε τἔ χρώματος ἔτε τἔ προσώπε.] Nec aliter cepere veteres Critici, quorum unus διαφθερῶ per μαλακίσω, alius per ἀμβλυνῶ exponit. Heath. Musgr. Magis ad rem confert Elmsleius Æsch. Agam. 941. γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ. i. e. ἐ μαλακὸς γενήσομαι.

1067. οἷα τολμήσω κακὰ editi et MSS. plerique. Sed δρᾷν μέλλω, quod multo melius est, pro τολμήσω præbent C. E. Lasc. quod cum Grotio ad Matth. XIV. 9. et Valckenærio Diatrib. p. 21. placuerit, edidi. Quid legerit Chalcidius in Timæum Platonis p. 274. ed. Meurs. ex ejus versione, *Nec me latet nunc, quam cruenta cogitem; Sed vincit ira sanitatem pectoris*, colligi nequit. Sæpe ad hunc locum alludit X. Π. 595. 720. 742. 875, sed ita plerumque, ut, utram lectionem invenerit, non indicet. Tandem vero 1883 habet, Καὶ συνιεὶς μὲν οἷα τολμᾷς ἀφρόνως, unde liquet, eum in suo Medeæ codice habuisse τολμήσω. Contra δρᾷν μέλλω magno consensu dant Plutarchus de Vitioso Pudore p. 533. D. Clemens Alexandr. Strom. II. p. 462. Lucianus pro Merc. conduct. T. I. p. 717. Galenus de Dogm. Hippocr. et Plat. III. 2. IV. 5. et 10. Synesius de Regno p. 11. A. Hierocles in Aur. Carm. ed. Needham. p. 60. Arrianus in Epictet. I. 28. Simplicius in Epict. §. 4. et 10. et 11. in Categor. p. 61. a. 18. ed. Bas. 1551. Alcinous de Doctrina Platonis cap. 24. Aristides T. III. p. 709. (II. p. 413. Jebb.) ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς τραγῳδίαις εἰδέναι μὲν φάσκοντες ἃ δράσεσι κακὰ, αὐτῶν δὲ κρατεῖν ἐ δύνασθαι. Ovidii Medeæ quis non meminit? *Video meliora proboque, Deteriora sequor.* Porson.

1070. Hunc locum ridet Aristophanes Lysistr. 1126. Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι· Αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς ἐ κακῶς γνώμης ἔχω. Τοὺς δ' ἐκ πατρός τε κ̣ γεραιτέρων λόγους Πολλὲς ἀκέσασ', ἐ μεμέσωμαι κακῶς. Porson.

1076. παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν Ald. et edd. pleræque. E lectione Lasc. παῦρον δὲ δὴ γένος ἐν πολλαῖς conjicit Musgravius: παῦρον τόδε δὴ, recepit Brunckius [et Matthiæ.] Sed hoc paullo abruptius videtur, et copula ista in κὐκ importuna, pro qua οὐκ recte Reiskius. Pro δὲ igitur substitui γὰρ, quæ non infrequens mutatio, quanquam δὲ in γὰρ sæpius, fateor, corrumpitur, quam contra factum est. Tragicus incertus apud Stobæum de Rerum Nat. p. 126. ed. Grot. Δίκης γὰρ ἐξέλαμψ' ἐναίσιον φάος. Sic Grotius pro Δίκας δ'. Idem in Florileg. p. 147. Euripidi τὸ γὰρ ἐπιεικὲς pro τὸ δ' ἐπιεικὲς, et aliis alibi poëtis similia, restituit. Porson. Doctæ mulieres inter veteres recensentur Corinna, Erinna, Sappho, &c. &c. Adeo vere a Socrate dictum est in Platon. Πολιτ. L. 5. Γυναῖκες μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους εἰς πολλά. Barnes.

1083. οἱ μέντ' ἄτεκνοι edd. MSS. elisione non ferenda. Admisi οἱ μέν γ' e Reiskii conjectura. Sed cum illæ particulæ μέν γε rarissime a tragicis copulentur, si quis τ' expungat, non vehementer repugnem. Agathonis locus apud Aristot. Rhet. II. 19. sic fortasse legendus: Καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνῃ πράσσειν· τὰ δὲ Ἡμῖν ἀνάγκᾳ καὶ τύχῃ προσγίγνεται. Sed ejus loci ratio paullo diversa. Porson.

1084. Ad ἡδὺ, et ἀνιαρὸν subauditur χρῆμα, ut sæpissime apud Tragicos.

1102. λύει pro λυσιτελεῖ. Vide supra ad v. 563. Barnes.

1112. Suadet Medeæ Nuncius, ut vel maritimo vel terrestri itinere fugam vel citissime capessat, vetatque ne aliquorsum divertat, forte quia credit, persecuturos eam sive a Corinthiis, sive ab Jasone, mittendos satellites. Igitur *fuge*, ait, *ita celeriter, ut navem oræ non appellas, neu plaustri cursum sistas, donec in tuto sis.* Brunck. ναΐαν ἀπήνην. Simile Iph. T. 398. νάϊον ὄχημα. Sic ἅρμα θαλάσσης, et Ποσιδήϊον ἅρμα, et ἅρμα Ποσειδάωνος *navis* frequenter vocatur apud Nonnum in Dionys. Hinc Virgilius Æn. VI. 1. *Classique immittit habenas.* Multas præterea M. Ant. Muretus V. L. I. 11. ex variis auctoribus similes locutionis formulas profert, quem videat curiosus Lector. Sic Æschyl. λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα. Barnes.

1120. ἠκισμένην. Ita MS. nonnulli; sed præstat vulgata ἠκισμένη, ut sit passivum pro activo, licet alterum non sit inelegans. Sic ἠγμένοι Soph. Elect. 54. πεποίημαι Platon. Phæd. §. 64. Musgr. Porson.

1130. ἐσπεῖσθαι. Infinit. Perfect. et Plusquamperfect. a σπένδω, σπείσω, ἔσπεικα, ἔσπεισμαι, &c. Barnes.

1131. Hic et 1197. κύνει habent Lasc. Ald. solenni errore.

quem correxit Brunckius; quocirca magis eum miror in locis similibus tantas turbas interdum ciere. Sophocl. Philoct. 371: πλησίον γὰρ ὢν λυρεῖ sine ulla causa in πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν mutavit. In Trach. 767. ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ κ) προσπτύσσετο, legendum προσπτύσσεται. Noster, Alcest. 183. κυνεῖ δὲ προσπιτνῦσα, πᾶν δὲ δέμνιον Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι· ubi Lasc. Ald. κύνει. Porson.

1154. παλλεύκῳ ποδί. *Pedem album* dixit Euripides de pede albis calceis ornato. Erant autem albi calcei mulieribus proprii, teste Poll. VII. 92. Arnald. Animad. p. 20. Beck.

1156. τένοντ' ἐς ὀρθόν. Interpres: *Cervicem ad erectam.* Hesychius: τένων, τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ νεῦρον. Glossa: τένων, *cervix.* Vide et Polluc. Lib. XI. §. 134. Antipater Antholog. p. 2. ταύρου βαθὺν τένοντα. Philippus ibid. p. 306. ἄπαιρε μοῦ τένοντος, ὦ γεώπονε, Λέπαδνα. Adde Alcæum Anthol. p. 49. Apollonium Smyrnæum, p. 337. Musgr.

1162. ἢ Πανὸς ὀργάς. Hinc Πανικὰ δείματα. De *Panicis* vero terroribus vide Rhes. 36. et Bacch. 286. Barnes. Confer Hippol. 141. Musgr. ἤ τινος θεῶν, hoc est, ἤ τινος ἄλλου θεοῦ. Ita loquuntur optimi Scriptores. Arnald. Præf. Lect. Gr. Beck.

1164. Est hoc loco Tmesis pro ἀποστρέφουσάν τε κ. ο. *Et pupillas oculorum retorquentem.*

1171. Vulgo κῶλον ἔκπλεθρον δρόμου, ubi ἐκπλέθρου conjecere Reiskius et Tyrwhittus. Omnino assentior Musgravio spatium temporis hac similitudine definiri. Idem in proxime sequente versu ἂν ἥπτετο pro ἀνθήπτετο, quem secutus sum. Nec male tamen Brunckius, ἀνθήπτετ' ἄν. Porson.

1173. Non opus est ut cum Barnesio legatur ὄμματα. Æque enim dicitur μύει ὄφθαλμος ac ἄνθρωπος τὸν ὀφθαλμὸν μύει. Hom. Il. Ω. 637. ὄσσε μύσαντι. Heath.

1195. προσπίπτει ex A. edidit Brunckius. Sed, ceteris paribus, spondeo melior est iambus, et forma πιτνεῖν magis poëtica; quocirca cum πιτνεῖν unus vel alter codex præbet, libenter accipio; librarii enim vel contra metrum vulgares formas ingessere. In hujus fabulæ 55. πίπτοντα Stobæus LXII. p. 237. quod retinuit Grotius. Orest. 1500. codices quidam προσπίπτων. Præter Lasc. et Ald. προσπιτνεῖ etiam hic legit X. II. 1085. τρέχει δ' ὁρᾶτε, καί γε προσπιτνεῖ ξύλῳ· Πίπτει δ' ἐπ' οὖδας τῇ θεᾷ νικώμενος, Στῆθος τε παίει, κ) περιπτύσσει πέδον. 1221. Πίπτει στένουσα, καί γε προσπιτνεῖ ξύλῳ, Ὤμωξε δ' εὐθὺς κ) περιπτύσσει πόδας· unde potius videtur illo in codice suo habuisse, v. 1196. δέμας, non χέρας, quia neutrali, non

transitivo sensu περιπτύσσει usurpat. Sed hoc in incerto, si vis, maneat. PORSON.

1196. χέρας Ald. δέμας A. Lasc. quod, quamvis a Brunckio improbatum, admisi. In locis enim Alcest. 362. Androm. 418. cum περιπτύσσων χέρας dativus præcedens ἀπὸ κοινοῦ repetendus est. Hec. 717. πέπλοι Δέμας περιπτύσσοντες. Iph. A. 981. βάλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ. PORSON.

1203. δάφνης Lasc. Ald. et omnes MSS. una cum X. Π. 1230. certe nullius varietatis mentionem faciunt editores. Sed idem drama X. Π. 1318. δρυὸς habet, quod certe usitatius. Hedera laurum necne amplecti soleat, dicant historiæ naturalis viri me peritiores. Noster, Hec. 395. ὁποῖα κισσὸς δρυὸς ὅπως τῆσδ' ἕξομαι· ubi nunc prope adducor, ut vulgatam lectionem servem, quamvis olim viros doctos ὅμοια emendantes secutus sim. PORSON.

1206. ἀντελάζετ' edd. MSS. Quod dedi, est e Schol. Altera forma utuntur Attici, ut Orest. 442. sed hanc præferunt. λάζυσθε pro λάζοισθε Aristophani Lysistr. 209. recte, opinor, restituit Brunckius. Idem restituit in Rhes. 874. e MS. Musgravius. PORSON.

1211. ποθεινὴ δακρύοισι συμφορά. Sic edd. MSS. X. Π. 1109. Difficilis et impedita sententia. Conjecturas Musgravii δυσνοοῦσι, βασκάνοισι, vereor, ut quisquam probârit. Quod habet Lascaris, δακρύουσι, nec sententiam juvat, et metro nocet; δακρύω enim secundam producit. Obduci quidem potest Æschyl. Choëph. 81. sed eum corruptum puto. Δάκρυ' ὅσσα θέλεις scripsit per elisionem Theocritus, XV. 41. PORSON. Vulgata in sensum haud dubie peccat; nec tamen conjecturam ullam Porsonus dedit. Non male δημόταισι legendum censet vir doctus in Diario Class. T. I. p. 567. conferens Phœniss. 320. Ἦ ποθεινὸς φίλοις, Ἦ ποθεινὸς Θήβαις.

1217. μωρίαν ὀφλισκάνειν. Ὄφλω, ὀφλίσκω, et ὀφλισκάνω pro ὀφείλω; et Demosthenes ἄνοιαν ὀφλισκάνειν dixit, ut hic Euripides μωρίαν ὀφλισκάνειν. Et Chrysostomus: τὸν γέλωτα ὀφλισκάνουσι παρ' ἡμῶν. Et in hac Fabula v. 578. πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει. BARNES. In versu sequente notam meam cum textu pugnare video. Lector igitur pro arbitrio suo aut reponet ἀνὴρ, aut φύσει retinebit. PORSON.

1218. ὄλβιος φύσει pro εὐδαίμων ἀνὴρ X. Π. 1013. φύσει, quod probat Valckenærius ad Hippol. 750. recepit Brunckius, et si quis codex præberet, non illibenter admitterem; sed plura mutat Pseudo-Gregorius, quam ut ei soli tuto credamus. Nam quod paullo ante pro μωρίαν habet ζημίαν, in

eo consentit Lasc. Sed natum videtur ex 1213. aut fortasse ex 578. PORSON.

1229. Delevi e Valckenærii sententia duo versus, qui sequebantur, ex præcedentibus 1051. 1052. repetitos. PORSON.

1241. Hunc locum sic vertit Ennius apud Probum ad sextam Virgilii eclogam: *Jupiter, tuque adeo summe Sol, res omnes qui inspicis, Quique lumine tuo maria, cœlum ac terram contines, Inspice hoc facinus, priusquam fiat prohibeas scelus.* Chorus nec facilis ad metra exæquanda, neque ad sensus enodandos. PORSON.

1246. ἔβλαστεν. Hæc de Medea, non de liberis ejus, accipienda puto. Chorus enim rationem reddit, quamobrem Solem Medeæ patrem, ut filiæ scelus prohibeat, invocet; et non ipsa potius, cum hortationibus nihil profecerit, vi adhibita se interponat. Sanguinem scilicet a diis derivatum ab hominibus effundi, rem esse periculi plenam. Quod si vi res ageretur, cum Medeam omnibus viribus, periculo etiam vitæ spreto, in proposito perstituram constaret, hoc facile, re in certamen adducta, accidere poterat. Saltem si manus ei injecisset, ne spatium ulterioribus e familia regia superveniendi daret, adeoque eam inimicis suppliciis mactandam proderet, timere debebat. Quapropter ad preces iterum revoluta Solem obnixè obtestatur, ut filiam ipse vi coercere, et ab hoc parricidio avertere, dignetur. HEATH. Aldinam lectionem αἷμα recte retinuit Porsonus.

1250. ὑπ' ἀλαστόρων, sc. *accensam, agitatam.*

1257. Reiskio monente, ἀμείβεται est metaphorice dictum pro περαίνεται. Metaphora ducta ab iis, qui limen domus ἀμείβουσι, *transeunt.* BECK.

1259. ξυνῳδὰ reddendum videtur, εἰκότα, δίκαια. PORSON. Qui recte post μιάσματ' colon cum Brunckio posuit.

1268. ἐγγὺς ἐσμὲν ἀρκύων. Proverbialis est expressio εἰς ἄρκυς ἐμβάλλειν, et similia, ubi quis alium in malum inopinatum inducat. Heliod. Lib. 8. εἰς ἄρκυς ἐμβεβλημένος. Vide Erasmi Adag. *In casses inducere.* Ita etiam Nostri Elect. 969. Καλῶς ἄρ' ἄρκυν εἰς μέσην πορεύεται.

1274. Varie narratur Inûs historia. Sed hoc loco poëta eam sequi videtur, quæ est apud Apollodorum, Lib. III. 4. MUSGR.

1275. ἄλη. Interpretor, παραφροσύνη, *errore mentis.* Exemplum, quamquam ex Græco recentiore, vide apud Suidam in voce. Confer etiam Nicand. Alexipharm. 84. MUSGR.

1302. ἐντὸς, ἢ ἔξωθεν δόμων; De hac re ita Horatius in

Arte Poetica, v. 182. *Non tamen intus Digna geri promas in scenam; multaque tollas Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens. Nec pueros coram populo Medea trucidet.*

1307. Sic habent omnes edd. et MSS. ii certe, quorum varietates enotatæ sunt; et sic scripsisse quidem Euripidem, sed non ab initio, arbitror. Citat enim scriptor Christi Patientis 120. Καὶ τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγυς, et iterum 436. Τί τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους; Et quanquam non omnino τῶν ἀδυνάτων esse affirmaverim, talem scriptorem vulgatam lectionem in hanc metaphoram detorquere potuisse, probabilius existimo, Nostrum primo λόγους scripsisse, deinde duram phrasin emollire voluisse. Nec desunt alia argumenta, quæ hanc sententiam pene veram esse evincant. In Heliodori Æthiopicis, I. p. 15. Cnemon, de fortunis suis a Theagene et Chariclea importune interrogatus, exclamat, Τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν· quem locum ex Euripide sumtum monuit Kœnius ad Gregorium p. 89. sed nihil quicquam de varia lectione suspicatus est. Verum rem esse omni admiratione dignissimam fateamur necesse est, si duo homines tam disparis ingenii, quam fuerunt Heliodorus et Pseudo-Gregorius, iisdem tragici verbis in eandem parodiam abuterentur. Credo igitur, in suo Medeæ exemplari Heliodorum vel τήσδε λόγυς vel ταῦτα ἔπη invenisse. Hæc enim verba sæpe permutantur. Notum est, Aristophanem in Nubibus, dum Socratem insectatur, non minus acerbe in Euripidem invehi. Postquam igitur Phidippides ex Euripidis Æolo incestos amores cecinit, et, a patre accusatus, se defendere parat, eum sic hortatur Chorus 1399. Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτὰ, Πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια. Vocem antea omissam ἐπῶν e MSS. restituit Kusterus, quibuscum plerique consentiunt; nonnulli λόγων dant, certe duo, quos ipse inspexi; quare existimo, Euripidem primo scripsisse, τί τήσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους, deinde, ab Aristophane propter duriorem metaphoram in scena traductum, vulgatam lectionem substituisse, ut supra 302. Alia loca Euripidis in isto dramate risit comicus, præter ea quæ critici notarunt. Hoc suspicor de 319. sed nemo, opinor, monitus dubitabit, versum 1470 integrum esse Euripidis: Ναὶ ναὶ καταιδέσθητι πατρῷον Δία. Non omnino a proposito alienum erit, hunc locum paucis explicare. Aliæ scilicet gentes Δία Πατρῷον colebant, quod cum sit aptissimum Deorum atque hominum parenti epitheton, jure mireris, pios Athenienses plurimis Jovem aliis titulis ornasse, hoc abstinuisse. Hanc

ergo omissionem corrigere cupientes tragici Δία Πατρῷον sæpe ingessere, ut Æschylus et Sophocles, ab Alberto citati ad Hesychium v. Πατρῷον. Nam Scholiasten Artistophanis Jovem hoc nomine ab Atheniensibus cultum esse falso tradere, liquet ex Platonis in Euthydemo verbis a Spanhemio laudatis. Idem tamen Plato alibi Διὸς Πατρῴου mentionem facit, sed in legibus nimirum fictis, quas reipublicæ suæ fictæ præscriberet, (Legg. IX. p. 881. D. HSt. prope fin. lib.) Euripides, Electr. 676. ὦ Ζεῦ πατρῷε καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν. PORSON.

1311. τοίονδ' ὄχημα κ. τ. λ. Hæc referenda ad fabulam, quæ Medeam, junctis ad currum draconibus ex avo Sole patri Æetæ datis, per aërem avectam aufugisse narrat. Quem locum Horatius respicit Epod. 3. 13. *Hoc delibutis ulta donis Pellicem serpente fugit alite.* Huic addatur Senec. in Medea, v. 1016. *Sic fugere soleo: Patuit in cœlum via: Squamosa gemini colla serpentes jugo summissa præbent. Recipe jam natos, parens; Ego inter auras aliti curru vehar.* BARNES.

1336. ἔῤῥ', αἰσχροποιέ. Macho Athenæi XIII. p. 582. C. Λαΐδα λέγουσι τὴν Κορινθίαν ποτὲ Εὐριπίδην ἰδοῦσαν ἐν κήπῳ τινὶ Πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον Ἔχοντ', ἀπόκριναι, φησὶν, ὦ ποιητά μοι, Τί βουλόμενος ἔγραψας ἐν τραγῳδίᾳ, ΕΡΡ', ΑΙΣΧΡΟΠΟΙΕ; καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης Τὴν τόλμαν αὐτῆς, σὺ γὰρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς Εἶν' αἰσχροποιός· ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη, ΤΙ Δ' ΑΙΣΧΡΟΝ, ΕΙ ΜΗ ΤΟΙΣΙ ΧΡΩΜΕΝΟΙΣ ΔΟΚΕΙ; Acerbissimus jocus, si quis modo recordatur, quale fuerit Æoli Euripidei, unde iste versus desumtus est, argumentum. PORSON.

1347. Lege ἀνατί. De adverbiis hujus formæ disertissime, ut solet, disputat Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Prom. 216.

1352. Interpretantur viri docti per λυσιτελεῖ, neque ego repugno. Potest tamen etiam significare, MINUIT, LEVAT *meum dolorem, si tu non irrides.* PORSON. Vide ad v. 563.

1356. σοὶ omittit A. Brunckius conjicit, ἀλλ' ὕβρις ἡ σὴ, χοἱ v. eleganter, sed minus necessario. Deinde νεοδμῆτες Ald. νεόδμητοι Lasc. Utrumque rectum, sed illud faciliùs in hoc, quam hoc in illud mutatur. Dicunt Attici sine discrimine, ἀμβλὼψ, ἀμβλωπὸς, γοργὼψ, γοργωπὸς, φλογὼψ, φλογωπὸς, ἀδμὴς, ἄδμητος, ἀζὺξ, ἄζυγος, νεοζὺξ, νεόζυγος (quin et νεοζυγὴς), εὔκρας, εὔκρατος, et similia. Nihil igitur dubium, quin legi debeat in Herc. F. 913. ῥίζας τ' ἐν ὄσσοις αἱματῶπας ἐκβαλών. PORSON.

1386. γῆρας edd. MSS. contra metrum. Copulam ejicere

vult Heathius; sed parœmiacus male adhiberetur, ubi personæ singulos versus alternis loquuntur. Brunckius primo edidit, ὄπω θρήνει, qui solœcismus est; deinde γῆράς σε μένει, quasi iste hiatus tolerari posset. Addidi literam. Subauditur talis sententia, καὶ τότε θρηνήσεις. PORSON. Qui edidit γήρασκ'.

1389. Miris modis hæc offendere Brunckium, ut tandem eum verecundiæ suæ pœniteat, qui corruptelam istam in textu reliquerit. Duplicem igitur emendationem proponit: φίλια χρήζω σώματα, vel φίλια στόματα χρήζω· priorem tamen præfert. Vulgatam lectionem ob oculos habuisse videtur X. Π. 460. Νῦν γὰρ στόματος φιλίου χρήζω σέθεν Φωνῆς ἀκοῦσαι. Sed sive is ita legerit, sive aliter, nihil est mutandum. Virum doctissimum fefellit constructio, quæ hæc est: χρήζω φιλίου στόματος, ὥστε προσπτύξασθαι. Hippol. 1365. ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι Διαμοιρᾶσαι. Herodot. V. 38. ἔδεε γάρ δὴ συμμαχίης τινός οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι. PORSON.

1405. Eadem fere conclusio *Helenæ*, *Baccharum*, *Andromachæ*, *Alcestidis*; excepto, quod hic primus versus adsit, qui in ceteris desideratur; alius autem in iis legatur, qui hic desideratur, viz. πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. BARNES.

FINIS NOTARUM IN MEDEAM.

NOTÆ

IN

HIPPOLYTUM.

NOTÆ IN HIPPOLYTUM.

1. Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσιν est σεμνὴ, μεγάλη, τιμία: quod liquebit similia dicta quædam Euripidis comparanti, Iph. T. 1458. Troad. 49. Herc. Fur. 829. De Baccho eadem leguntur et de Sileno verba in Orph. Hymn. 44. et 53. τετιμένε πᾶσι θεοῖσι Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν. VALCK. πολλὴ κέκλημαι idem est, quod πολὺ κέκλημαι. Καλεῖν θεοὺς recte dicitur. Suppl. 627. Elect. 562. MUSGR. Nescimus tamen, an κέκλημαι *sum* denotat, quod Monkio videtur, ut in Hecub. 620. Phœn. 576. ubi notata adeas.

2. Musgravium recte improbat Monkius, πόντυ de Ponto Euxino male accipientem. Montem Atlantem terræ et naturæ finem esse fingebant Poetæ. Vide infra ad v. 1050.

5. πρεσβεύω. Vide de hoc verbo Scholiasten, qui dicit, Atticum esse in hoc sensu, ἄγαν τιμῶ. Alcest. 294. ἐγώ σε πρεσβεύουσα κ. τ. λ. BARNES. Hesych. Photius: πρεσβεύειν· προτιμᾷν. Exempla hujus significationis occurrunt in Rhes. 938. Soph. Trac. 1067. Æsch. Agam. 1271. Choeph. 486. 629. Eum. 1.

6. φρονοῦσιν μέγα. Vide ad Orest. 796. et v. 445. infra.

8. Confert Valckenærius Plutarchum in Erotico, T. II. p. 766. C. Nostri Bacch. 302. Alcest. 53. quibus addit Porsonus in Adversariis, p. 231. Supp. 231. monente Monkio. De constructione, qua verba *gaudendi, irascendi,* et similia, participium post se recipiunt, vide Matt. Gr. Gr. §. 551.

10. Ἀμαζόνος τόκος. Ab Ovid. Her. 4. dicitur *Amazonius vir.* Opiniones veterum de matre Hippolyti persecutus est Meziriac. Comm. ad Ovid. Her. T. I. p. 317. ss. MUSGR. Ita et Valckenærius et Monkius in loco, quorum alter pleonasmum Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος defendit, exempla similia citans ex Iph. T. 228. Æsch. Prom. 140. Soph. Ant. 1115. præeunte Blomfieldio in Æsch. loc. cit.

11. παιδεύματα pro παίδευμα; hoc pro πεπαιδευμένος. Sic θρέμμα, ὁ τρεφόμενος. BARNES. Vide ad Orest. 467. 1046.

14. ψαύει γάμων. Vide ad Phœniss. 946.

18. In ἐξαίρει accentum mutavi, scripsique, Κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονός, *latebris excitatas feras capit:* Schol. ἐκ μεσοῦ αἱρεῖ, ἀφανίζει. Ἀιρεῖν et ἐξαιρεῖν in talibus adhibentur; non autem, quantum recordor, ἐξαίρειν. Pausan. II. p. 184. m. λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος. VALCK.

19. προσπεσών. Memoratur Cyri τὸ σκυλακῶδες ἐν τῷ πᾶσι προσπίπτειν, *quod more catulorum omnibus properè accurseret.* Xenoph. Cyrop. Lib. I. Hinc προσπεσὼν non inepte interpreteris *alacriter et propere se applicans.* Plato de Legg. X. p. 959. A. πρὸς τὰς τῶν φυλάκων ψυχὰς—προσπίπτουσαι, πείθουσι θωπείαις λόγων. Confer et Troad. 766. MUSGR. Porsoni emendationem ὁμιλίαν admisit Monkius, citans Fragm. Eurip. Œoli apud Stobæum XXII. p. 187, 45. Σιγῶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν Πεσόντα. Altera constructio minus usitata est.

23. προκόψασ'. Quartum casum cum versus non admitteret, nominativum ut alibi posuit pro genitivo absoluto. Usitatior hic postulasset structura τὰ πολλὰ δὲ Πάλαι προκοψάσῃ οὔ μοι δεῖ πολλοῦ πόνου, *quæ pleraque quoniam jam antea præparavi, non opus mihi est multo labore.* VALCK. Vide ad Phœn. 283. Vocem ipsam exponit Scholiasta per προκατασκευάσασα, quo sensu occurrit infra v. 1287. Hec. 940. Alcest. 1089. Confert etiam Monkius Thucyd. VII. 56. καὶ τῷ ναυτικῷ μέγα μέρος προκόψαντες, et metaphoram ab iis sumptam esse docet, qui ligna et alia impedimenta in itinere concidunt. De forma, πόνου με δεῖ, vide ad Orest. 656.

25. Σεμνῶν ἐς ὄψιν κ. τ. λ. *Ut* Eleusinia *viseret veneranda mysteria, hisque adeo visis perficeretur.* Schol. ἐλθόντα scribit ἐπὶ μύησιν τῶν Ἐλευσινίων. Sed jam ante castus juvenis præparatus et *initiatus,* μεμυημένος, nunc venisse dicitur ἐς ὄψιν καὶ τέλη σεμνῶν μυστηρίων, id est, ut opinor, ἐπὶ τὴν ἐποπτείαν τελεσθησόμενος, sive ἐπὶ τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικά, quæ vocat Plato Symp. p. 209. E. hæc distinguens ab initiandi ritibus, verbo μυηθῆναι ibidem significatis. *Mystæ* namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant ἐπόπται et τέλειοι. Respicit eodem, ut alibi sæpissime, in Phædro Plato p. 250. B. εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην. VALCK.

27. ἰδοῦσα Φ. καρδίαν κατέσχετο E. δ. Ipsa se Phædra tum primum incensam amore fatetur Hippolyto, in Epist. Ovidii Heroid. IV. 67. *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin :—Tunc mihi præcipue, nec non tamen ante, placebas : Acer in extremis ossibus hæsit amor.* VALCK. κατέσχετο, Aorist. 2. Med. pro passivo ponitur. Vide Matt. Gr. Gr. §. 496. 8.

30. κατόψιον Γῆς τῆσδε. Sensus est: *Unde conspici possit Hæc regio.* MUSGR. Confert Valckenærius Virg. Æn. I. 420. *Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces.*

31. Recte statuit Valckenærius V. Cl. ἐγκαθείσατο dativum vel subjectum vel subauditum postulare. An legendum : ναὸν Κύπριδος καθείσατο? Tale Templum in Acropoli revera extitisse, graves sunt auctores, Diod. Sic. IV. 62. Asclepiades apud Scholiasten Homeri ad Odyss. Λ. 320. MUSGR. Musgravii conjecturam recte post Brunckium admisit Monkius. Diodori Siculi locus, Musgravio post Valckenærium citatus, est hic: μικρὸν δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾷν τὴν Τροιζῆνα.

32. Ἱππολύτῳ δ' ἐπί. *In honorem Hippolyti*, ut Herod. VII. 226. ὁ λίθινος λέων ἕστηκεν ἐπὶ Ἱππολύτῳ, ubi cf. Valck. BECK.

33. ὑμνήσουσιν. Conjectura est Valckenærii pro ὠνόμαζεν, quod vulgo legitur, et interpretes mire offendit. Vulgatam retinuit Monkius, et sententiam, certe duriusculam, vertit: *nomen dabat, quod in posterum valeret; in honorem scilicet Hippolyti positam esse Deam.* Nec tamen dubitamus, quin duo versus 33. 34. sint interpolati, quod post alios monuit vir eruditus in Censura Trimestri, T. VIII. p. 219. Ita enim verba ἐπεὶ ΔΕ Θησεὺς κ. τ. λ. apte respondent præcedentibus καὶ πρὶν MEN ἐλθεῖν, v. 29. et sententia bene procedit.

35. αἵματος Παλλαντίδων. De Pallante, Ægei fratre, filiisque ejus, Athenis seditionem moventibus, regnumque affectantibus, ideoque a Theseo interfectis, vide Pausaniam, p. 20. ed. Sylburg. Plutarchum in Theseo, T. I. p. 5. E.

37. ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν. Veteres annuo exilio ob homicidium mulctabantur, quo se expiabant tempore, et cæsorum amicos conciliabant sibi vel muneribus vel aliis officiis. Heroico tempore hac pœna uti solebant : ut ex Homeri plurimis locis constat, præcipue, Il. Ψ. 85. Hujus pœnæ

nomen erat ἀπενιαυτισμὸς, et Latinè *Abannatio.* Erat autem ex Lege: τὸν ἐργασάμενον φόνον ἀκουσίως φεύγει ὅλον ἐνιαυτὸν, μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος, ἕως ἂν αἰδέσεταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος, ἥκειν δὲ κ̓ θῦσαι κ̓ καθαρθῆναι. Vide Schol. ad Orest. 505. Barnes. Hesych. ἀπενιαυτισμός· ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι. Vox αἰνεῖν Anglice significat, *to assent to, to acquiesce in.* Schol. αἰνέσας· εὐαρεστήσας, συγκαταθέμενος. Hoc sensu occurrit infra v. 1309. Orest. 774. Med. 1147. Alcest. 12 543. Suppl. 388. Elect. 1218. Æsch. Pers. 648. Eumen. 472. quæ exempla attulit Monkius ad Alcest. 2.

38. Vulgo κἀκπεπληγμένη. Sed κ̓ πεπληγμένη, quod exhibet X. Π. 354. 748. aptius mihi videtur, quam κἀκπεπληγμένη; quantumvis alibi rectissime legatur, et noster dixerit in Helena, 1397. τοῦ πρόσθεν ἀνδρὸς χάρισιν ἐκπεπληγμένην. Recte quidem Medea ἔρωτι θῦμον ἐκπλαγεῖσ', v. 8. at in eodem dramate novæ nuptæ Jason v. 553. ἱμέρῳ πεπληγμένος, quod est idem et in Æsch. Agam. 553. 1213. Et est simplex illud in talibus multo usitatius. Ubi hoc in dramate v. 1293. Phædra Dianæ dicitur, Veneris δηχθεῖσα κέντροις, mihi vero scripsisse videtur πληγεῖσα κέντροις, exempla quædam adscribi poterunt. Valck. Vulgatum defendit Monkius; dubitandum an recte. Dicitur sanè ἔρωτι ἐκπλαγῆναι; non ita κέντροις ἐκπλαγῆναι, quod monuit scriptor in Censura Trimestri, T. VIII. p. 219.

41. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ κ. τ. λ. *Sed non sic hunce amorem abire oportet;* ἀνενέργητον γενέσθαι, ut recte legitur in Scholiis. Hæc est plena forma loquendi, qualis in Æsch. Prom. 510. Aristoph. Equit. 830. atque hinc impleri facile poterit contracta; Med. 369. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μὴ δοκεῖτέ πω. Tragicus apud Ciceron. N. D. III. 26. *Nequaquam istuc istac ibit. Abibit* usitatius in talibus. Catull. Carm. XIV. 16. *Non, non hoc tibi, salse, sic abibit.* Senec. Herc. F. 27. *Non sic abibunt odia.* Terent. Andr. I. 2. 1. *Mirabar, hoc si sic abiret.* Valck. Anglicè diceres; *This must not end here.*

48. Vulgo κακόν. Libri nonnulli καλὸν, ut emendandum censet Marklandus. Mihi vulgata potior videtur. Si καλὸν recipitur, delendæ erunt voces μὴ οὐ. Alioqui dicet Venus, se Phædræ decus non majoris facere, quam Hippolytum inultum relinquere; quod admodum ineptum est. Deinde, cum propriè dicantur προτιμᾶσθαι, quæ bona sunt, habet quiddam exquisitioris elegantiæ contrarius verbi usus, sc. cum προτιμᾶσθαι dicuntur mala. Vide Æsch. Agam 1424. [ὃς οὐ προτι-

μῶν, ὡσπερεὶ βότῳ, μόρον.] Eumen. 643. [πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον.] 744. [γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον.] Nostrum Alcest. 778. [τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν Οὐδὲν προτιμῶν.] MUSGR.

54. Hesych. ὀπισθόπους· ὑποστρέψας. BECK. Rectius interpretatur Monkius *pone sequens*.

61. Cum hoc cantico suavissimum melos Agathonis et huic accinentis chori comparari poterit, Aristoph. Thesm. 120. Τὰν ἐν ὄρεσι δρυογόνοι Σε κόραν ἀείσατ' Ἄρτεμιν Ἀγροτέραν. ΧΟΡ. Ἕπομαι κλῄζουσα σεμνὸν Γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς, Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. 135. Χαῖρ', ὄλβιε παῖ Λατοῦς. hoc quoque, Chori in Eurip. Iph. A. 1497. ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν Κλῄσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν. VALCK.

67. εὐπατέρειαν αὐλάν. Jovis Aula minus commode mihi dici videtur εὐπατέρεια, aptissimè autem Diana. Εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν canebat Orpheus Apollon. Rhod. I. 570. quibuscum Euripidea comparat illust. E. Spanheim. in Callim. H. Dian. 4. VALCK. Qui εὐπατέρεια γ' conjecit. Multo verisimiliorem Gaisfordii emendationem, sibi communicatam, edidit Monkius, ne litera quidem vulgatæ mutata; εὐπατέρει' ἀν' αὐλάν.

72. σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον κ. τ. λ. Dubitarunt Grammatici veteres, utrum hæc essent de florum coronâ capienda proprio sensu, an figurato, de hymno, quem Deæ dixerit Hippolytus: an utroque simul: ut coronam, quam gestabat imponendam statuæ Dianæ, primum quidem significaverit; sed simul Laudum coronam, quam Deæ suæ virgini pudicus necteret. In Scholiis Philochorus φησὶ, τῷ μὲν ξοάνῳ πλέκτον στέφανον προσφέρειν, τῇ δὲ θεῷ τὸν ὕμνον, ἐξ ἀδόλου καὶ ἀφθάρτου διανοίας. De hymno, quo Dianam celebraverat, Euripidea M. A. Muretus accepit, V. L. VIII. 1. versus hos undecim numeris Latinis suavissimis interpretatus. Nec sane mirandum est de sensu hic allegorico cogitasse Scholiasten: cum nihil in his inveniatur, quod non antiquissimi jam Poetæ transtulerunt in sensus figuratos, quibus πλέκειν ὕμνον æque dicebatur ac πλέκειν στέφανον. Pind. Olymp. VI. 147. ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων Ποικίλον ὕμνον. Horat. Carm. I. 26. *o quæ fontibus integris Gaudes, apricos necte flores, Necte meo Lamiæ coronam, Pimplei dulcis.* Aristoph. Ran. 1334. ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων. In sensus certe figuratos Euripidea sæpe veteres transtulere: ne dicam Conditorem Tragœdiæ X. II. 2588. 89. ubi eadem pœne verba leguntur. VALCK.

Ex his versibus nascitur Titulus Tragœdiæ, ἹΠΠΟΛΥ

ΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ, quem, Latine citatum, sæpe legimus *Hippolytus Coronatus*, dubito an recte et vere; hoc saltem loco. Nam coronam hanc non in capite *gestasse*, sed in manibus *tulisse*, videtur Hippolytus, quam vel impositurus erat *statuæ* (v. 115.) Dianæ, vel certe Numini ejus dedicaturus: dicit enim v. 81. χρυσέας κόμης Ἀνάδημα δέξαι. Proinde non *Coronatus*, sed *coronam ferens*, Hippolytus videtur, scil. Dianæ; ut illa apud Ovid. Met. IX. 336. *Venerat huc Dryope —Nymphis* latura coronam. MARKLAND.

74. ἔνθ' οὔτε ποιμὴν κ. τ. λ. His usus Plutarch. c. Epicur. T. II. p. 1094. A. Spectasse mihi videtur Euripidis versus Ovid. Heroid. Epist. XVI. 55. *Est locus in mediæ nemerosis vallibus Idæ,—Qui nec ovis placidæ, nec amantis saxa capellæ, Nec patulo tardæ carpitur ore bovis;* et, dum Narcisso fatalem fontem pingebat, Metam. III. 408. *Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ Contigerant, aliudve pecus; quem nulla volucris, Nec fera turbarat.* VALCK. ἀξιοῖ, *dignum se judicat, dignus est.* Infra v. 1041. εἴπερ γυναικὸς ἠξίους γ' ἐμῆς θιγεῖν. Soph. Œd. T. 943. εἰ δὲ μὴ Λέγω γ' ἐγὼ τἀληθὲς ἀξιῶ θανεῖν.

75. οὔτ' ἦλθέ πω σίδηρος. Religio erat veteribus prata Diis consecrata falce tondere. Unde Stratonicus in Antholog. H. Steph. p. 419. Pani τέμενος dedicans: Βόσκε δ', ἔφη, χαίρων τὰ σὰ ποίμνια, κ̀ σέο χώρην Δέρκεο, τὴν χάλκῳ μηκέτι τεμνομένην. Inde et Hesychius: ἀδρέπανον· ἄδρεπτον, θεοῖς ἀνακείμενον. Σοφοκλῆς. An et huc pertinet ἄτομος λειμὼν, Soph. Trach. 203. MUSGR.

76. Pro ἠρινὸν conjicit Jortinus ἠρινὸς, Eccles. Hist. Vol. II. p. 131. quæ lectio, cum λειμῶνα dixerit poeta ἀκήρατον, præ se magnam fert verisimilitudinem, eamque amplexus est Porsonus. Virgil. Georg. IV. 22. *prima novi ducunt examina Reges Vere suo.* Æn. I. 434. *Qualis apes æstate nova per florea rura.*

77. Αἰδώς. Codicum omnium hæc est lectio, pro qua viri eruditi magno consensu reponunt ἕως; quam tamen nedum corruptam arbitrer, civica corona aut Apollinari laurea donandum censerem, qui illam felici conjectura reposuisset, si libri omnes ἕως præferrent. Enimvero quid magis ingeniosum, quid magis venustum, quid magis allegoriæ congruens qua sequentium naturalis sensus velatur, quam Divam ipsam PUDICITIAM sacri illius prati culturæ præfectam fingi? Sane cura illius prati alicui, sive mortali, sive Deo, committi debuit. Quis vero ipsa PUDICITIA munere illo dignior? Parum

me movet magnorum nominum auctoritas, quibus apud me potior semper habetur ratio. A præpostera emendatione Ἕως pro Αἰδὼς invehentes avertere debuissent verba ποταμίαισι δρόσοις. Quid enim Auroræ cum fluviali aqua commune? Si verum esset ἕως, subjecisset, puto, Euripides non ποταμίαισι δρόσοις, sed οὐρανίαισι. Sensus videtur esse: *Verecundiam idem virtuti præstare, quod solet humor fluviatilis, ad hortos irrigandos adhibitus, herbis et seminibus teneris.* Brunck. Musgr.

78. ὅσοις διδακτὸν μηδὲν κ. τ. λ. Respicit in his nostris Euripides quæstionem, istac ætate jam agitatam in Scholis Sophistarum, περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν· quam tractarunt in Menone Plato; Æschines Socr. Dial. I. Auctor διαλεξέων Doricarum de Virtutibus et Vitiis Diss. V. Plutarchus scripto libello docuit, ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Egregie Quinctilian. Instit. Orat. XII. 2. init. *Virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* Paucis dixerat idem, Pindarum secutus, Horatius Carm. IV. 4. 33. *Doctrina sed vim promovet insitam.* Valck. His addit Monkius Xenophon. de Venatione, XII. 4. ἐγὼ δὲ ἰδιώτης μέν εἰμι, οἶδα δὲ ὅτι κράτιστον μέν ἐστι παρὰ αὐτῆς τῆς φύσεως τὸ ἀγαθὸν διδάσκεσθαι. Confert etiam nostri Bacch. 295. Ceterum Vulgata lectio, ὅσοις διδακτὸν μ. quam et exhibent omnes edd. et MSS. cum sequentibus minus apte cohærere viri docti viderunt: unde Porsonus, una tantum literula mutata, ὅστις διδακτὸν conjecit, quod plurali τούτοις referatur; conferens, inter alia, Nostri Hec. 357. ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας Τύχοιμ' ἄν, ὅστις ἀργύρου μ' ὠνήσεται. Androm. 180. στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει. Med. 222. Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς κ. τ. λ. Soph. Ant. 718. Elect. 1538. Tibull. I. 6. 39. *Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu.* Vide ad Hecub. loc. cit. Similia Enallages exempla profert censor eruditus in *Quarterly Review*, Vol. VIII. 220. Æsch. Agam. 673. Καὶ νῦν ἐκείνων εἴτις ἐστὶν ἐμπνέων, Λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας. Soph. Ant. 1165. τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ Ζῆν τοῦτον. Hippocrat. Aphorism. III. 5. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεις—ὅταν οὗτος δυναστεύῃ. Æsch. Eum. 338. Τοῖσδ' ὁμαρτεῖν, ὄφρ' ἂν Γᾶν ὑπέλθῃ.

85. κλύων μὲν αὐδὴν, κ. τ. λ. Soph. Phil. 1467. Φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους Ἀκοῇ τε κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν. Eur. Iph. T. 1413. κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς. Ulyssi sæpius auxiliatrix Minerva vocem quidem audiendam, nec se tamen

homini mortali præbebat conspiciendam: in Soph. Aj. 15. Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως Φώνημ' ἀκούω. In Rheso v. 604. Δέσποιν' Ἀθάνα,—φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην Τοῦ σοῦ συνήθη γῆρυν. Et rari præsentes hominibus se ostendebant. Catull. Epithalam. Pel. et Thet. v. ult. *Nec se contingi patiuntur lumine claro.* VALCK.

86. τέλος κάμψαιμ' βίου. Confert Monkius Soph. Œd. C. 91. Ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον. Nostri Helen. 1666. ὅταν δὲ κάμψῃς ϗ τελευτήσῃς βίον. Elect. 959. πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται, ϗ τέλος κάμψῃ βίου. Metaphora ducta est a curribus circa metam agitatis.

87. ἄναξ—θεοὺς γὰρ δεσπότας κ. χ. Sensus est: *Rex,—nam Dominus quidem nemo præter Deos vocandus est.* Significat auctor, non tantum esse natura inter homines discrimen, ut alius ab alio dominus vocari debeat. Ἄνακτες autem audire solebant præter Reges etiam Regum cognati. Vide Soph. Œd. T. 85. et Isocratem in Evagora. MUSGR. Ad suos Græcos Xenophon, Anab. III. p. 178, 37. οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. VALCK.

92. μισεῖν τὸ σεμνὸν, κ. τ. λ. Quæ Philosophis laudatur Σεμνότης est *blanda vultus gravitas;* Marc. Antonin. I. 9. Hic vero τὸ σεμνὸν *odiosa* est *arrogantia,* et superbi αὐθάδεια. Ubi Suidas in Σεμνὸν dixerat, ἔσθ' ὅτε δὲ ϗ ἐπὶ τῦ ὑπερηφάνυ τιθέασιν, adfert eam in rem hæc Euripidis et ex Medea, v. 219. Infra v. 1061. τὸ σεμνὸν est *ficta gravitas oris:* Aristoph. Nub. 48. Plut. 275. ὡς σεμνὸς οὑπίτριπτος. Terent. Heaut. V. 3. ult. *quam severus! rem, cum videas, censeas.* Euripides in Alcest. 790. σεμνὸν ϗ πεφροντικὸς βλέπεις, v. 794. exponit, στυγνῷ προσώπῳ ϗ συνωφρυωμένῳ. Conf. v. 817. Senex hic Tragicus verebatur ne sub gravitate Hippolyti lateret quædam αὐθάδεια: eruit hunc seni metum responso suo juvenis. VALCK.

95. πλείστη γε. Nempe χάρις ἐν εὐπροσηγόροισίν ἐστι. Cicero de Offic. II. 14. *Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis,* ἡ εὐπροσηγορία· *affabilis* enim est εὐπροσήγορος. Eurip. Alcest. 792. εὐπροσηγόρῳ φρενί. VALCK. Addit Monkius Supplic. 870. εὐπροσήγορον στόμα. Cf. Soph. Œd. C. 1273.

98. πῶς οὖν κ. τ. λ. *Ingratam Veneri pone superbiam.* Horat. Carm. III. 10. 9. οὐ προσεννέπεις in cod. Reg. Paris. explicatur, ὁ σεβάζῃ, *non veneraris.* Salutantis alloquium hoc verbo significatur infra v. 787. Helen. 1168. Ion. 1613. Elect. 548. VALCK.

99. εὐλαβοῦ δὲ, κ. τ. λ. Furiæ á Græcis per Euphemismum σεμναὶ θεαὶ dictæ sunt; vide Hesychium in Σεμναὶ θεαί. Atque huc fortasse respicit Hippolyti monitio; *Cave, ne quid inconsultum dicas.* Furias enim nominare nefas erat. Orest. 400. MUSGR. Hac appellatione Venerem intelligit θεράπων; quam tamen Hippolytus de Furiis interpretatur, minime de Venere cogitans.

103. ἄλλοισιν ἄλλος κ. τ. λ. Ad Homerica, Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν, in Il. B. 400. Eustathius proverbium, ἄλλα παρ' ἄλλοις καλά, illinc ortum scribit, et Euripidem hæc inde expressisse monet. Hujus simillimas veterum sententias Th. Gatakerus collegit ad illud M. Antonini, VIII. 43. εὐφραίνει ἄλλον ἄλλο, *suum cuique placet.* Sententiam variavit Pindarus Olymp. I. 180. VIII. 16. Isthm. I. 65. nostram proxime hæc accedunt Pyth. X. 93. ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως Ἔκνιξε φρένας. VALCK.

105. οὐδείς μ' ἀρέσκει κ. τ. λ. Deos sibi placere negat Hippolytus, qui noctu colerentur, Venerem, et Bacchum, cujus etiam agebantur sacra νύκτωρ τὰ πολλὰ, ut ait Eurip. in Bacch. v. 459. Ovid. Fast. V. 309. *Hippolyte infelix! velles coluisse Dionen, Cum consternatis diripereris equis.* In talibus dictis θαυμάζειν est *colere* vel *honorare.* Eurip. Œoli fr. Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν, Ὃν χ' ὁ κάκιστος ῥαδίως ἐκτήσατο. Arist. Nub. 427. ἡμᾶς τιμῶν καὶ θαυμάζων. Eurip. Elect. 84. μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων. Ibid. 515. μολὼν δ' ἐθαύμασ' ἄθλιον τύμβον πατρός. VALCK. Similem significationem verbi *miror* apud Latinos illustravit Monkius. Virg. Georg. IV. 215. *illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.* Horat. Carm. IV. 14. 42. *te profugus Scythes Miratur, O tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ.*

109. καταψήχειν ἵππους, [*strigilibus abstergere*] explicuit Joh. Piersonus Verisim. I. c. XI. p. 133. memorans et ex cod. Paris. interpretationem adscriptam, ψηκτρίζειν, et Hippol. 1164. ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας. Clemens Alex. Pædagog. III. p. 268. καταψήχουσι τὰ ὑποζύγια. VALCK.

112. χαίρειν λέγω. In simillimis dictis ἐῶ multo frequentius occurrit quam λέγω, vel κελεύω, *valere jubeo;* hoc tamen est in Xenoph. Cyrop. VII. p. 115. 7. ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω, illud etiam in Hippol. 1055. [τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα Φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.] Impium in Venerem dictum dedit etiam Euripides in Dictye; *debere mortales,* Τῶν εὐσεβούντων οἵτινές γε σώφρονες, Ἐρᾶν· Κύπριν δὲ τὴν Διὸς

χαίρειν ἐᾷν. VALCK. Exemplis Valckenærianis addas Aristoph. Achar. 201. χαίρειν κελεύω πολλὰ τὰς 'Αχαρνέας. Diphilum apud Athen. IV. p. 157. ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγει. Soph. Elect. 1456. ἦ πολλὰ χαίρειν μ' εἶπας οὐκ εἰωθότως.

114. Legendum φρονοῦντας, quam emendationem amici Musgraviani recepit Valckenærius.

116. συγγνώμην ἔχειν. Vide ad Phœn. 995.

117. σπλάγχνον εὔτονον. Lectionem Aldinam ἔντονον recte præfert Censor Eruditus, (*Quarterly Rev.* T. VIII. p. 220.) Anglice vertens ἔντονος, *violent;* εὔτονος, *robust, healthy:* Conferas, eodem monente, Sophocl. apud Plutarch. p. 145. οἱ μαργῶντες ἐντονώτατοι. Platon. Theætet. 23. p. 150. ed. Fischer. οἱ ἔντονοι καὶ δριμεῖς.

118. τούτων. i. e. τῶν ματαίων.

119. Ad sententiam congruit Eurip. Bacch. 1301. ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς. VALCK.

120. *Mari vicina rupes, aquam stillans, de cujus summo vertice aqua dulcis copiosa præcipitabatur,* mihi quidem dicta videtur ab Euripide 'Ωκεανοῦ τις, ὕδωρ στάζουσα, πέτρα, κ. τ. λ. ut ipsa rupes, ὕδωρ στάζουσα, dicta fuerit 'Ωκεανοῦ πέτρα, prout Reiskius existimavit. Aliter cepit Eustathius in Hom. Il. B. p. 267, 28. [sc. 'Ωκεανοῦ ὕδωρ *de aqua fontana* interpretans; quem male secutus est Musgravius.] VALCK.

122. βαπτὰν κ. ῥ. παγὰν, *Laticem copiosam, ut urnis aquam haurire potuerint* ὑδροφόροι *Trœzeniæ.* VALCK. ῥεομένην πηγὴν, ἐν ᾗ βάπτουσι κάλπιδας. Theocrit. Idyll. V. 127. ἁ παῖς ἀνθ' ὕδατος τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι. Ita βεβαμμένον ὕδωρ pro ἀρυόμενον, Anianus Periplo Ponti: [p. 120. ubi Vossius: *dum hauritur,* aut *hausta aqua.*] BARNES.

124. Pro οὗ dicebatur ὅθι, ut pro ὑψοῦ, ὑψόθι· τηλοῦ, τηλόθι· αὐτοῦ, αὐτόθι· &c. VALCK.

125. Φάρεα πορφύρεα τέγγουσα. Hæc cum a regibus et magnatibus fere gestata sunt, dignitatis aliquid inde narrationi accedit, facile alioqui fastidium creaturæ. Confer Helen. 180. MUSGR. Regia princeps Homeri, Ναυσικάα θυγάτηρ μεγαλήτορος 'Αλκινόοιο, duabus ancillis comitata *vestes,* εἵματα, venerat ἐς πόταμον πλυνέουσα, τά οἱ ῥερυπώμενα κεῖτο. [Od. Z. sub init.] Claudianus Laud. Serenæ v. 142. memorat *Alcinoo genitam, quæ, dum per littora vestes Explicat et famulis exercet læta choreas, Auratam jaculata pilam, &c.* VALCK.

126. ποταμίᾳ δρόσῳ. Ut de quovis humore *rorem* Latini, præ ceteris *aquam* δρόσον dixit Euripides. Iph. A. 180; ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις. Ion. 96. καθαραῖς δὲ δρόσοις ἀφυδρανάμενοι.

Helen. 1384. (Hippol. 77.) νίπτρα ποταμίας δρόσου. Arist. Ran. 1377. κάλπισιν ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρετε. VALCK. Horat. Carm. III. 4. 61. *Qui* rore *puro Castaliæ lavit crines solutos.*

127. ἐπὶ νῶτα πέτρας. Homeri Πλύντριαι lotas vestes Ἑξείης πέτασαν παρὰ θῖν' ἁλὸς—Εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ. Od. Z. 94. 98. Lucret. I. 306. *Fluctifrago suspensæ in littore vestes Uvescunt, eædem dispansæ in sole serescunt.* VALCK. Videtur hoc ad purpuratarum maxime vestium lotionem pertinere. Pollux. I. 49. χαίρει δὲ ἡλίῳ ὁμιλοῦσα τῆς πορφύρας ἡ βαφή. Vide et Helen. 181. 2. MUSGR.

129. Brunckio δεσποίνας præfertur, subaudito περί. BECK. Quam lectionem recepit Monkius.

135. ἀμβροσίου στόματος. Pulcra quævis ἀμβρόσια Poetis dicuntur et νεκτάρεα· λόγος ἦν ἀμβρόσιος, καὶ νὺξ ἀμβροσία, καὶ ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα παρ' Εὐριπίδῃ. Eustath. in Il. Δ. p. 333, 13. VALCK.

137. *Farinam,* ἀλφίτου ἀκτὴν, sive *frumentum mola fractum,* vocat Δάματρος ἀκτάν. Homeri Il. N. 322. Ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν sunt Horatio, *Quicunque terræ munere vescimur.* Carm. II. 14. 10. VALCK. Cui post Scholiastem, verba ἀμβροσίου στόματος δέμας, Periphrasi inservire videntur. Sed rectius Δάματρος ἀκτᾶς δέμας conjungit Monkius, adeo ut sensus loci sit: *Audio autem eam tertium hunc diem in pulcrum os cibum non accipere.* Sic infra v. 1000. λέχους ἁγνὸν δέμας.

140. ἔνθεος, i. e. *Morbo a Diis immisso laborans.* De his veterum superstitionibus legi potest initium libri περὶ ἱερῆς νούσου inter opera Hippocratis. Vide et Med. 1162. MUSGR. De se testatur Ovidii Phædra, Heroid. IV. 47. *Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleïdes actæ, Quæque sub Idæo tympana colle movent: Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes Numine contactas attonuere tuo.* VALCK. Confert et Monkius Horat. Carm. I. 16. 5.

143. Vulgo legitur φοιταλέου. Ad mentem Scholiastæ φοιτᾷς reposuit Seidlerus, quod recte retinuit Matthiæ. Vox φοιταλέος nusquam alibi reperitur apud Euripidem.

145. Δίκτυνναν. Cretensium propriè Numen erat, cui apud cæteros Græcos respondet Diana. Vide Palæphat. Incred. c. 31. Diodor. Sic. V. 76. MUSGR.

149. ἀνίερος ἀθύτων πελάνων. De his formis, quibus genitivus substantivi ab adjectivo cognato pendet, vide ad Phœn. 324.

147. Hunc locum perquam impeditum ita vertit et exposuit

Monkius, puncto post ὑπὲρ posito: "*Vadit enim etiam per mare, ultraque terram, pelagi vorticibus humidi sali.* Nimirum Dictynna, Dea Cretam incolens ad sacra sua vindicanda mare transire potuit." De λίμνη pro *mari* usurpata vide ad Hecub. 443.

152. ποιμαίνει. Ita olim scriptum fuisse recte ex Scholiastæ interpretatione [βουκολεῖ, ἐξαπατᾷ.] colligit Canterus. Eadem metaphora est qua βουκολεῖσθαι pro ἀπατᾶσθαι dicunt Græci. Vide Hesychium in βουκολοῦμαι, βουκολουμένας, βουκολοῦντες, βουκολῶν. Musgr. In hunc quidem sensum multo magis frequentatur βουκολεῖν, sed sæpius tamen etiam figuratis usibus inservit ποιμαίνειν, pro περιέπειν καὶ ἀνυμνεῖν adhibitum Pindaro Ol. XI. 9. in cujus Isthm. V. 15. *duo vitæ florem* ποιμαίνοντι, *fovent.* Propius ad Euripideum usum accedit hoc Luciani in Amor. T. II. p. 457. *philosophos mentiti* σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοὺς ἀμαθεῖς ποιμαινέτωσαν, *imperitos phaleratis dictis ducant,* ut loquitur Terent. Phorm. III. 2. 15. quo pene sensu βουκολεῖν posuit Æsch. Agam. 678. ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος. *Cantillando fallebat amorem suum* Theocr. Id. XI. 80. Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα Μουσίσδων. Valck. Vulgatam πημαίνει defendit Monkius; dubitandum an recte. Certe huic verbo minime respondet Scholiastæ explicatio. Habet etiam Hesychius: βουκολοῦμαι· ἀπατῶμαι· cui consentiunt Suidas et Phavorinus.

153. Regitur τῶν λεχέων a κρυπτᾷ, tanquam esset κρύφα τῶν λεχέων. Quippe suspicio Chori in Theseum cadit, non in Phædram; eum cum pellice consuevisse, non Phædram cum adultero. Musgr.

154. ἢ ναυβάτας τις κ. τ. λ. Confert Valckenærius Helen. 1191. ἢ φάτιν τιν' οἴκοθεν Κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας.

160. φιλεῖ, *solet:* quo sensu frequentatur apud Tragicos. δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ vertit Monkius *perverso mulierum temperamento.*

163. ἀφροσύνας. Virgines depravationi mentis obnoxias esse testatur Hippocrates in tractatulo περὶ παρθενίων. Quod et mulieribus quoque non raro accidit, morbis quibusdam subsistentibus. Atque hoc quidem respexisse puto Auctorem. Musgr.

165. In Callimachi Epigram. 57. Dea Ilithyia vocatur εὔλοχος notante Monkio: qui confert etiam Horat. Carm. III. 22. 1. *Montium custos nemorumque, Virgo, Quæ laborantes utero puellas, Ter vocata, audis, adimisque leto.*

169. ἀλλ' ἥδε. Subaud. ἐστι vel ἥκει, ut passim in his for-

mulis apud Tragicos. Vide ad Orest. 713. De γεραιὰ penultima brevi adeas notam ad Hecub. 721.

171. ὀφρύων νέφος. Soph. Ant. 528. Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν Ῥέθος αἰσχύνει, Τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν. Hor. Ep. I. 18. 94. *Deme supercilio* nubem. Sil. Ital. VIII. 612. *nec* nubem *frontis amabat*. Ciceron. Orat. in Pison. c. 4. *Frontis tuæ* nubeculam. Nostri locum expressit Seneca, Hippol. 452. *Quid huc seniles fessa moliris gradus, O fida nutrix, turbidam frontem gerens, mæsta vultus.*

177. τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ· *Ecce tibi,* quod desiderasti, *clarum lumen ætheris.* Beck. λαμπρὸς mavult Censor Eruditus, (*Quarterly Rev.* VIII. p. 223.) conferens Orest. 1080. Med. 823. Ion. 1444. Et sane clarum cœli aspectum sæpe laudavere Poetæ Græci.

182. Amore perturbatam Phædram, quidque velit incertam, Poeta nobis expingit in his, ταχὺ γὰρ σφάλλει κ. τ. λ. Hinc Senecæ nutrix, Hippol. 365. *nil idem dubiæ placet: Artusque variè jactat incertus dolor: Nunc ut soluto labitur movens gradu; Nunc se quieti reddit: attolli jubet Iterumque poni corpus: et solvi comas; Rursusque fingi; semper impatiens sui Mutatur habitus.* Vere Lucretius ita vitam agere plerumque homines scribit, III. 1071. *Quid sibi quisque velit, nescire, et quærere semper Commutare locum, quasi onus deponere possit.* Alia dedit Th. Gatakerus in M. Antonin. VII. 27. Valck.

183. οὐδέ σ' ἀρέσκει κ. τ. λ. Cf. Orest. 222. Vide etiam notata ad ejusdem fabulæ v. 1602.

186. συνάπτει. Pro συνάπτεται. Sic συνάπτουσι Æsch. Pers. 888. Musgr. Vide ad Phœn. 702.

187. χειροῖν emendavit Porsonus.

190. Horat. Carm. III. 29. 29. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.*

192. Similem sententiam habet Euripides apud Stobæum CXX. p. 608, 50. monente Monkio: Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου. Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. Idem confert Shakspearium nostratem, Hamlet, Act. 3. *But that the dread of something after death,—That undiscovered country, from whose bourn No traveller returns,—puzzles the will, And makes us rather bear those ills we have, Than fly to others that we know not of.*

195. οὐκ ἀπόδειξιν. Conjunctim accipienda sunt, quasi esset

κάλυψιν. MUSGR. Cf. Hec. 12. Plura dedit Valckenærius e Thucydide et Luciano.

198. λέλυμαι μελέων σ. φ. Amor, quo saucia Phædra ægrotabat, præter alia, ἔρος Hesiodo dicitur λυσιμελὴς in Theogon. 911. VALCK.

200. Hesychius: ἐπίκρηνον· κεφαλόδεσμον. ad q. l. Abreschius monet, huc respexisse Eustathium, qui ad Od. B. p. 143, 12. ἐπίκρανον κεφαλῆς ἡ Τραγῳδία φησὶν, ἀντὶ τȣ͂, κρήδεμνον, ἢ κόσμος τȣ͂ κρήνου. BECK.

207. πῶς ἂν δροσερᾶς κ. τ. λ. Dicebat ista Phædra, dum furtivus ignis venas populabatur: vide Hippol. Senecæ, vv. 101. 280. 640. Ovidii Phædra IV. 20. *Urimur intus, Urimur.* Ardente febri jactatum Agesipolin ἔρως ἔσχε τῶν τε σκιερῶν σκηνημάτων καὶ τῶν λαμπρῶν καὶ ψυχρῶν ὑδάτων, ut scribit Xenophon. Hellen. V. p. 330, 1. Voto potito multo vehementius afflictari cœpit. Marklandus in Eurip. Supp. 798. πῶς ἂν ὀλοίμην optime reddidit *utinam peream.* *Utinam* (εἴθε, εἰ γὰρ, ὡς,) præsertim in Euripideis dicitur πῶς ἄν. Alcest. 882. πῶς ἂν ὀλοίμαν; Med. 97. Iph. T. 613. Hipp. 344. πῶς ἂν σύ μοι λέξειας, *utinam tu mihi diceres.* Orest. 1045. πῶς ἂν ξίφος νὼ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι, Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν. Sæpius ὡς, fortasse non nisi semel in Sophocleis πῶς ἂν hoc sensu reperitur, Philoct. 794. VALCK. Occurrit etiam in Œd. T. 765. Aj. 388. monente Monkio. In v. 208. legitur vulgo πόμ'. sed vide Porson ad Hec. 389.

209. κομήτῃ λειμῶνι. Huc spectat Eustath. in Il. B. p. 233, 29. Κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα, ὅθεν καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καὶ Κομᾷν τὸ ἐν τούτοις θάλλειν. Recte legitur in Scholiis, λειμῶσι κομῶσι τοῖς ἄνθεσιν· est enim hic Κομήτης Iph. A. 1281. λειμὼν ἄνθεσι θάλλων. In Soph. Antig. 419. φόβην Ὕλης πεδιάδος recte βοτάνας interpretantur καὶ δένδρα. Ὄρος κεκομημένον ὕλῃ dixit Callim. H. Dian. 41. VALCK. Simili modo apud Latinos usurpatur *Coma.* Confert Monkius Virg. Georg. IV. 122. *sera comantem Narcissum.* 137. *Ille comam mollis jam tendebat hyacinthi.* Horat. Carm. IV. 4. 11. *Et spissæ nemorum comæ.*

213. μανίας ἔποχον, i. e. μανικόν. Non dissimilis apud Sophoclem vocis ἐπιβαίνειν usus est: Œd. C. 188. ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, τὸ μὲν εἴπωμεν. Vide Eustath. in Hom. p. 210. MUSGR.

214. Hunc locum expressit Ovidius in Epistola Phædræ, Heroid. IV. 41. *In nemus ire juvat, pressisque in retia*

cervis, Hortari celeres per juga summa canes. Vide Jani Ulitii Comment. ad Nemesiani Cynegeticon, 196. Barnes. Confert etiam Valckenærius Tibull. IV. 3. 11. *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram; Ipsa ego velocis quæram vestigia cervæ, Et demam celeri ferrea vincla cani.* Imitatus est Seneca, Hippol. 110. 233.

217. βαλίος *maculosus* vel *celer* sonat. Vide Rhes. 352. Iph. A. 219. Barnes. Vide ad Hec. 187.

219. Verba παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι explicanda sunt ex more Græcorum a capite vel dextra aure jaculantium. Virg. Æn. IX. 418. [*Ecce aliud summa telum vibravit ab aure.*] Valck. Scholiast: οἱ μὲν ἀκοντίζοντες τὴν χεῖρα ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνατείνουσι· τὸ δὲ σίδηρον τοῦ ἀκοντίου πρὸς τὸν κρίκον ἐν δυσὶ δακτύλοις κατέχοντες, οὕτω ῥίπτουσι.

220. Senec. Hippol. 395. *Hastile vibrat dextra Thessalicum manus.* Hinc putes expressum: Θεσσαλὸν ὅρπακα, *Hastile Thessalicum.* Quod vero Thessalicum jaculum nondum Hippolyti ætate fuerit, id gratis dictum a Criticis: et quod Scholiastes tradit de altero Anachronismo circa *Venetos equos* infra ad v. 230. est merum Grammaticorum insomnium. Venetorum enim nomen antiquius; unde Hom. Il. B. 852. Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. Vide Strabon. Lib. 5. Barnes. λόγχη, unde ἐπίλογχον, proprie *cuspis* est. Xenophon: εἶχον δὲ καὶ δόρυ ὡς πεντεκαίδεκα πηχῶν μίαν λόγχην ἔχον. Musgr.

222. τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις. *Alumna, quid ista corde volutas?* Dejanira Sophocli dicitur Κείνου προκηραίνουσα, *pro marito anxie sollicita.* Valck.

223. Monkius ex emendatione Porsoni recte dedit μελέτη, ita vertens: *Quid est, cur venationum tibi quoque cura sit?*

226. κλιτὺς ὅθεν σοι. Sic libri omnes, optimè. "Quum κλιτὺς ultimam producat, ut constet metrum, legendum videtur ὅθι σοι." Verba sunt Heathii, qui egregie fallitur, et doctissimum virum [Valckenærium sc.] in fraudem egit. Substantiva oxytona in υς ultimam necessario non producere observavi ad Androm. 357. καὶ νηδὸν ἐξαμβλοῦμεν, ὡς αὐτὴ λέγει. Idem in κλιτὺς obtinet, nisi forte Sophocles prosodiæ Atticæ ignarus fuerit: quod Heathio, etiamsi per Deos omnes juret, non credam. Legitur in Trach. senarius iste, v. 271. πρὸς κλιτὺν, ἵππους νομάδας ἐξικνοσκοπῶν. Noster, Bacch. 388. σεμνὰ κλιτὺς Ὀλύμπου, trimeter est dactylicus. Jam si quis quærat, cur non potius scripserit Euripides, κλιτὺς, ὅθι σοι πῶμα γένοιτ'

ἂν, illi confidenter respondebo, id non tulisse linguæ indolem et proprietatem sermonis. Intererat enim aliquid utrum scriberetur ὅθεν an ὅθι. Dixerat enim Phædra; πῶς ἂν πῶμ' ἀρυσαίμην ἀπὸ κρηνῖδος. Nutrix respondet: ἀπὸ τῆς γειτονούσης κλιτύος πῶμ' ἀρύσαι' ἄν, seu, συνεχὴς ἐστι Κλιτὺς, "ΟΘΕΝ σοι πῶμα γένοιτ' ἄν. *Unde potum haurire potes: unde jubere potes ut hausta tibi efferatur aqua.* Brunck. Sæpius quidem in Homero et poetis Ionicis producuntur κλιτὺς et alia oxytona in υς; semper tamen apud Tragicos ante vocalem corripiuntur.

227. ἁλία λίμνη potest esse simpliciter *pelagus*, ut Hom. Od. I. 1. Troad. 446. [supra v. 147.] Videndum tamen, annon locum respiciat, de quo sic Pausanias in descriptione Trœzenis: ἔτος τῇ Σαρωνίδι τὸ ἱερὸν 'Αρτέμιδι ᾠκοδόμησεν ἐπὶ θαλάσσῃ τελματώδει, καὶ ἐπιπολῆς μᾶλλον, ὥστε καὶ Φοιβαία λίμνη διὰ τοῦτο ἐκαλεῖτο. et paulo post: ἐκπεσόντα δὲ τὸν νεκρὸν κατὰ τὴν Φοιβαίαν λίμνην ἐς τὸ ἄλσος τῆς 'Αρτέμιδος, ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ περιβόλου θάπτουσι, καὶ λίμνην ἀπὸ τούτου Σαρωνίδα τὴν ταύτῃ θάλασσαν καλοῦσιν ἀντὶ Φοιβαίας. p. 73. ed. Sylb. Musgr. Hujus loci gymnasium respexisse Poeta videtur, vv. 233. 1163. quod satis clarè designat memorans v. 1124. τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον, ubi Scholia: Λίμνη· τόπος Τροιζῆνος, ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται. Valck.

228. γυμνασίων τῶν ἱπποκράτων. *Hippodromum* notat, quem frequentasse par est Hippolytum, juvenem venationi et equis deditum. De *Hippodromis* autem vide quæ nos ad Helen. 208. et alias. Item Scholiasten. Barnes. Pind. Olymp. III. Epod. 2. Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ. ubi Schol. ἡ ἱπποσόα· τουτέστιν, ἡ τοὺς ἵππους σοβοῦσα, ἤγουν διεγείρουσα εἰς δρόμον, ἤτοι ἡ ἱππική. Musgr.

230. Πώλους Ἐνέτας δ. *Equos Venetos domans.* Miror equidem Ἐνέτας quibusdam visum appellativum. Scholiastæ veteris usus observatis, Eustathius meminit hinc equarum Venetarum, et Εὐριπίδου ἀναχρονίσαντος τὴν ταύτην ἱππείαν εἰς τὰ Ἡρωϊκά, in Hom. Il. B. p. 273, 40.—Ex duobus codicibus et prima Ed. recte Musgravius, pro δαμαζομένα, restituit δαμαλιζομένα. Formæ sunt veteres et legitimæ, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis δάμαλος, ἅρπαλος, πύκταλος ductæ, Δαμαλίζειν, Ἁρπαλίζειν, Πυκταλίζειν. Euripideam dabit Pind. Pyth. V. 163. XI. 38. ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν. Ἁρπαλίζειν Æsch. Theb. 248. Eumen. 986. Anacreontis est, ὡς μὴ Πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω, ex Epitome Athenæi in Casaub. Anim. p. 782. l. 8. hinc apud Eustath. in Il. Ψ. p.

1444. 19. Valck. Veneti, ex Paphlagonia oriundi, non nisi post Trojæ excidium in Adriæ finibus, duce Antenore, consederunt. Cf. Hom. Il. 852. Strabon. p. 543. Virg. Æn. I. 242. Hos igitur equos, in Græcorum ludis celeberrimos, temporibus Heroicis male attributos censet Scholiastes. Sed vide ad v. 220. supra.

232. Suidas et Photius in Lex. monent voculis Νῦν δὴ significari *modo*, *ἀρτίως, ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν*. Valck.

233. ψαμάθοις Ἐπ' ἀκυμάντοις. Infra v. 1119. ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς, ex versu certe 1153. fuisse videntur ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας· hic equos agitare Phædra desiderabat: et fatetur apud Ovid. Her. Ep. IV. 45. *Sæpe juvat versare leves in pulvere currus, Torquentem frenis ora sequacis equi.* Valck. Quem sequitur Monkius, literam α vim intensitivam habere monens, et vertens: ἀκύμαντος, *fluctibus multum percussus.* Aliter Blomfieldius, *non agitatus fluctibus*, ad mentem serioris ævi Scriptorum; ut est in Lucian. Dial. Marin. V. T. I. p. 300, 92.

235. τάδε μαντείας ἄ π. De rebus sic loquebantur obscuris: Æschines ad Timarchum acerbissimè, ἔτι ταῦτα, ait, μαντείας προσδεῖται; p. 11, 15. Auctor Rhesi, v. 949. ἤδη τάδ'· οὐδὲν μάντεως ἔδει φράσαι. Alexis Athen. X. p. 421. B. Plato Sympos. p. 206. B. μαντείας δεῖται ὅ, τι ποτὲ λέγεις, καὶ οὐ μανθάνω. Valck.

236. ἀνασειράζειν, multo frequentius apud recentiores quam in veterum scriptis obvium, proprie significabat *loro retrahere*. Ferocis equi *luctantia colla recurvans* eximie dicebatur ἀνασειράζων. Valck. Hesych. ἀνασειράζει· ἀνακρούειν ποιεῖ, ἀνερεθίζει. Beck.

237. παρακόπτει φρένας, *Dementat, delirare facit.* Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 601.

246. ὀδυνᾷ. Rediit scriptio prior, cujus loco viro placuit elegantissimo [Musgravio] nomen ὀδύνα. Hesychius ex hoc forte versu: ὀδυνᾷ· λυπεῖ, καταπονεῖ. De Ajace, cum ad sanam mentem rediisset, Soph. Aj. 259. Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει· Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη, Μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος, Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει; i. e. ἄγαν ὀδυνᾷ. Illic in Scholiis ad v. 265., præter alia verissima, hæc etiam leguntur Euripidis, ut hic vulgantur. Ad Aj. v. 269. Αἴας, inquit Schol. νῦν μὴ νοσῶν ὀδυνᾷ ἑαυτὸν διὰ τὰ πεπραγμένα. Tamesti Galeni tantum auctoritate munitum ab H. Stephano, nemini tamen verbum ὀδυνᾷν suspectum erit. Themist. Or. 33. p. 364. D. τιτρώσκει ἐνίοτε τοὺς ἀκρωμένους καὶ ὀδυνᾷ. Achill. Tat. I. p. 23.

τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα πολὺ μᾶλλον ὀδυνᾷ, *multo majorem afferunt dolorem.* VALCK.

247. Τὸ δὲ μαινόμενον, κ. τ. λ. *Insanire vero malum quidem, sed* κακὸν ἀνώδυνον· [Soph. Aj. 555.] et *præstat,* κρατεῖ sive κρεῖσσόν ἐστι, *absque sensu* sic *malorum perire;* quam furore sedato, propter dicta vel facta, acerbo se mœrore conficere. Hæc, ni fallor, est dicti sententia. VALCK.

251. πολλὰ διδάσκει κ. τ. λ. Huc refer illud Solonis: Αἰεὶ γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος. BARNES.

252. χρῆν γαρ μετρίας κ. τ. λ. Euripidis studiosissimo, quique hujus, et Homeri præsertim, dictis libros suos implevit, Chrysippo suspicor hæc etiam in libro περὶ φιλίας, omisso tamen Euripidis nomine, laudata fuisse: hinc sua Ciceronem, ut a Chrysippo permulta, sensisse de Amicit. XIII. ubi, *Quibusdam,* ait, *quos audit sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam: sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis: partim fugiendas esse nimias amicitias ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum: alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* VALCK.

253. Deteriorem lectionem φίλιαν ἀνατείνασθαι præbet Plutarchus περὶ πολυφιλίας, T. II. p. 95. E. Recte se habet vulgata, cujus similia contulit Porsonus ad Med. 139.

254. μυελὸν ψυχᾶς. Scholiast: τὸν ἐσώτατον τόπον, τροπικῶς δὲ εἶπεν, ὡς ἐπὶ σώματος καὶ ὀστέου, τὸ βάθος τῆς ψυχῆς. citante etiam Monkio.

260. ἀτρεκεῖς, *nimias* recte vertit Monkius.

263. οὕτω τὸ λίαν κ. τ. λ. Simile illud: τὸ γὰρ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν φιλῶ. Vel ut Alphæus Mitylenæus, Antholog. I. 12. τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει. Vide de hoc loco Erasmi Adagiorum Chiliad. I. Centur. 6. Adag. 96. *Ne quid nimis.* BARNES. Τὸ λίαν sæpe damnat Euripides. Unius ponam itidem philosophantis ex Eurip. Med. Nutricis verba, ex v. 126. Τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν Τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ Λῷστα βροτοῖσιν· τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς. VALCK. Vide ad Hec. 58.

267. Cum particula μὲν sententiæ pene necessaria videtur. ὁρῶ μὲν divisim recte scripsit Monkius; similem numerorum enallagen notans in hujus dramatis vv. 6. 419. 523. 655. 683. 699. &c.

268. ἄσημα. Vide ad Hec. 1083.

270. Nutrix Latinè sic expressit in Senecæ Hippol. 860. *Haud pandit ulli; mæsta secretum occulit.* Valck.

272. εἰς ταυτὸν ἥκεις. In causa quoque morbi *convenit inter nos, ut æque illam ignorem ac tu.* Hoc sensu formulam loquendi Noster adhibuit in Hecub. 731. Εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι, Εἰς ταυτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν. Quomodocunque cum aliquo convenire dicitur εἰς ταυτὸν ἥκειν vel ἐλθεῖν. Eurip. Danaë: Ἐς ταυτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας, Τὸν θ' ὃν καλοῦσιν Αἰθέρ', ὅστις ἐστὶ δή. Valck.

273. κατέξανται δέμας. *Corpus macie extabuit,* Incertus apud Ciceronem. Valck.

274. τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν· *Quæ quidem tertium jam diem abstinet cibo.* τὴν τρίτην ἡμέραν dixit Euripides τριταίαν, ut τὴν προτέραν dicebant et προτεραίαν. [Thucyd. V. 75. τῇ δὲ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ.] Polydorus in Hecuba, v. 32. τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος, ubi Schol. multa tradens de his numeralibus; ἐνταῦθα δὲ, τὸ Τριταῖον ἀντὶ τοῦ τρίτον λέγεται. Hic usitato more scripsisset, τριταῖος ἤδη αἰωρούμενος· et nostro loco, τριταία γ' οὖσ' ἄσιτος· omissis vocibus φέγγος et ἡμέραν. Valck. Exempla dedit Monkius Div: Johan. XI. 39. Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι. Theocr. Idyl. II. 4. Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὦ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.

275. Quævis *noxa gravior,* vel *calamitas,* divinitus miseris mortalibus immissa, dicebatur ἄτη, præsertim apud Tragicos, Æschylum inprimis et Sophoclem. *Ira Dei* vel Deorum δαίμονος etiam et δαιμόνων ἄτα dicebatur. Eurip. Phœn. 1065. ἐπέσυτο τάνδε γᾶν Ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα. Med. 130. μείζους δ' ἄτας ὅταν ὀργισθῇ δαίμων οἴκοις ἀπέδωκεν. Ipsa Phædra, v. 240. ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτᾳ. Quibus erunt ad manum hac voce utentium Tragicorum loca, hi vocem ἄτης hoc in loco mutatam nolint. Valck. Conjecit Muretus, V. L. X. 12. ἄσης ὑπ'; Victorius ὑπ' ἄσης, V. L. XII. 17. laborante metro, nec tamen sensu requirente. ἄση est *mæror, tristitia.*

277. εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει. Adscriptum ad ἐξαρκεῖ sat commodum in Cod. Paris. interpretamentum ἀρέσκει. Verba ἀρκεῖσθαι et ἀρέσκεσθαι permutantur in nonnullis locutionibus. Valck. Verte ad mentem Monkii: *If this is satisfactory to her husband.* Cf. infra v. 697.

279. Loquentis mentem non verba his exprimas ex Hipp. Senecæ, v. 362. *inclusus quoque, Quamvis tegatur, proditur vultu furor.* In ejus Agam. legitur, v. 128. *licet ipse sileas,*

totus in vultu est dolor.—Toto luctus in ore fuit, est in Consol. ad Liviam, v. 88. VALCK.

283. ἐς πάντ' ἀφῖγμαι, κ. ε. π. *Omnia feci, nec quidquam profeci.* Hac phrasi significatur quod vulgo dicitur πάντα ποιεῖν, vel πάντα δρᾶν, *omnia facere.* [Plato Apol. §. 29. ὅπως ἀποφεύξεται, πᾶν ποιῶν θάνατον. Eubulus apud Athen. III. p. 100. A. Ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας. quæ loca post Blomfieldium contulit Monkius.] Conatum enim irritum monstrant etiam proxima, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον, *et nihil quidquam profeci*, quod vulgo quidem Atticis dicebatur, οὐδέν μοι πλέον ἦν· sed et οὐδὲν πλέον ἔπραξα vel ἐποίησα. Vide Eur. Iph. A. 1352. VALCK. Soph. Œd. T. 265. ὑπερμαχοῦμαι, κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι.

289. Confert Monkius Hor. Carm. III. 29. 10. *Sollicitam explicuere frontem*: et sequentem versum reddit: *Omissis istis, in quibus te malè tum sequebar*; i. e. *imitabar.*

292. ἀποῤῥήτων κακῶν. Intellige morbos muliebres. Dionys. Halicarn. τὴν νόσον αἱ γυναῖκες ἀπόῤῥητον ἀνθρώποις ᾐτιῶντο εἶναι. MUSGR. Cf. Androm. 937. ἀλλ' ὅμως χρεὼν Κοσμεῖν γυναῖκας τὰς γυναικείους νόσους.

293. συγκαθιστάναι. Eadem forma Homer. Il. I. 684. εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν. T. 140. δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν. MUSGR. Sed nulla particula sæpius, quam ἂν, in quinta sede posita reperitur. Soph. Elect. 413. Eur. Phœn. 1619. 1626. Androm. 917. 1161. Bacch. 1224. Herac. 456. Acute igitur et probabiliter συγκαθίσταιντ' ἂν νόσον (συγκαθίστανται enim MSS.) conjecerat Musgravius, quamvis postea vulgatum συγκαθιστάναι defenderit. PORSON. in Præf. ad Hec. p. 33. Emendationem Musgravianam receperunt Valckenærius, Brunckius, Monkius.

294. ἔκφορος συμφορὰ opponitur τοῖς ἀποῤῥήτοις κακοῖς.—Λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ præceptum est Periandri Stob. pp. 47, 5; 237, 54. VALCK.

296. εἶεν. *Well! Be it so!* Vide ad Hec. 310.

299. φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον. Latinè fecit Seneca; Hipp. 587. ubi Nutrix ad Phædram: *Attolle vultus: dimove vocis moras.* His congruit in Soph. Œd. C. 1271. φώνησον, ὦ πάτερ, τι· μή μ' ἀποστραφῇς. Sed δεῦρο βλέπε, vel δεῦρ' ἄθρησον, —*me huc aspice*, Plaut. Amphit. II. 2. 118.—idem ac Ἄκουε δή νυν, καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε, in Eur. Orest. 1174. plerumque formula erat dominorum sive patrum, servis filiisve minus attentis ut diligenter attenderent imperantium. VALCK.

302. τέγγειν est proprie *madefacere*; undè metaphoricè *mol-*

ire. Suidas: τέγγεσθαι· εἴκειν, ἐνδιδόναι. Omnino consulendus est Ruhnkenius ad Timæi Lex. p. 248. Confert Monkius Æsch. Prom. 1044. τέγγει γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ Λιταῖς. Habent libri nonnulli ἐθέλγεθ', sed multo melior est vulgata lectio.

303. More veteribus usitato ponitur ἴσθι—προδοῦσα, *Scias te prodidisse liberos, cum morieris.* Illud ipsum etiam ἴσθι cum participiis sæpe hunc in modum jungitur: Soph. Aj. 1174. 1333. Elect. 300. 1206. Œd. T. 1032. δῶρόν ποτ' ἴσθι τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών. 1191. ἴσθι δύσποτμος γεγώς. in cujus Œd. C. 1206. σῶς ἴσθι. ubi participium supprimitur, ut et Eurip. Herac. 597. πασῶν γυναικῶν ἴσθι τιμιωτάτη, nempe οὖσα. Additur in Orest. 616. τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 574. 2. Hunc Græcismum adhibent etiam Latini, monente Monkio: Virg. Æn. II. 377. *Sensit medios delapsus in hostes;* quem imitatus est Miltonus nostras, Par. Am. IX. 791. *Greedily she ingorged without restraint, And knew not eating Death.*

πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα Γ. θ. Ad sensum parum differre judico, dicaturne, *Sis licet immitis Matrisque ferocior undis,* Ovid. Heroid. III. 133. an Horat. Carm. III. 7. 21. *scopulis surdior Icari Voces audit.* Junguntur illi Heroid. XV. 189. *O scopulis undaque ferocior:* huic in Epod. XVII. 54. dicuntur, *Non saxa nudis surdiora navitis.* Senecæ Nutrix in Hipp. 580. *Ut dura cautes undique intractabilis Resistit undis, et lacessentes aquas Longè remittit, verba sic spernit mea.* Scribens ista poeta Latinus non horum tantum, sed Medeæ quoque Nutricis recordabatur, cui tribuuntur ista in Eur. Med. 28. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος Κλύδων ἀκούει, νουθετουμένη φίλων. VALCK. De cujus conjectura vide Porsonum in loco citato.

313. παῖδάς τ' ὀνῆσαι. Duos filios, Acamanta, et Demophonta ex Phædra Theseus genuit. Senec. Hippol. 434. *Sospesque Phædra, stirpis et geminæ jugum.*

314. Verbum χειμάζεσθαι de corporis etiam animique morbis adhibitum attigit E. Spanheim. in Aristoph. Ran. 361. νόσοις χειμάζεσθαι Plato dixit Theætet. p. 170. A. πάθεσι χειμαζομένους Porphyrius Homer. Quæst. V. p. 87, 6. VALCK.

316. Confer Orest. 1599. Ita etiam Seneca, Herc. Œt. 964. *innocens animus mihi, Scelesta manus est.*

317. ἐπακτοῦ πημονῆς. Cujusmodi erat illud piaculum, quod Thyestes, nolens insciusque, procurante Atreo, admisit. MUSGR.

321. Apud hos, non tantum poetas, sed quosvis etiam Scrip-

tores ἐπαίρειν invenitur, quo modo hic poni videtur ἐξαίρειν, ut vix alibi positum reperietur; [sensu scilicet *excitandi, impellendi*, monente Monkio, et conferente Alcest. 358. Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λαχεῖν Αὐλόν.] Attigit illud hinc Marklandus in Eur. Supp. 581. οὔτοι μ' ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας, Τοῖς σοῖσι κόμποις. VALCK.

323. ἐν δὲ σοὶ λ. *penes te est ut vincar.* Ita recte Monkius. De Phrasi ἐν σοὶ vide ad Phœn. 1250.

325. κ̓ σῶν γε γονάτων. Ex duobus enotata codd. a Musgravio lectio mihi præstare videtur, κ̓ τῶνδε γον. *hæcce genua*; quæ Nutrix in scena, dum ista dicebat, amplectebatur. VALCK. Recte confert Monkius Hec. 735. ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων. Andr. 874. πρὸς σε τῶνδε γουνάτων, Οἴκτειρον ἡμᾶς.

326. Hujus versus sententiam Myrrhæ tribuit Ovid. Met. X. 412. *discede, aut desine, dixit, Quærere quid doleam; scelus est quod scire laboras.* VALCK.

327. Scholiastes: τοῦ δὲ στερηθῆναί σου μεῖζον οὐκ ἔστι μοι κακόν.

328. ὀλεῖ. An legendum ὀλεῖς, *occides*? Sic *occides sæpe rogando*, Hor. Epod. XIV. MUSGR. Recte, nostro quidem judicio. Sibimet ipsi Phædra loquitur: et τὸ πρᾶγμα de morte, quam meditatur, intelligendum est. Monkius vulgatum retinuit, et Nutrici continuat, præeunte Valckenaerio. Sed in dialogis his amœbæis perraro versus dividunt Tragici.

332. Vide Porson. ad Med. 731.

336. ἔρον, Æolicè pro ἔρωτα. Vocem frequentat Homerus.

337. Ὃν ἔσχε ταύρου. Historia Pasiphaës, et in versu sequenti, Ariadnes tangitur.

340. τί πάσχεις; Anglice vertit Monkius: *What ails you?* Phrasis frequenter apud Scriptores Atticos reperitur.

340. Eadem apud Ovidium: Heroid. IV. 59. *En ego nunc, ne forte parum Minoia credar, In socias leges ultima gentis eo.* Sensu diverso Paris apud eundem; *Quartus in exemplis adnumerabor ego.* VALCK.

344. πῶς ἂν σύ μοι λέξειας— *Utinam a me dicenda tu eloquereris: nam libet loqui, frigetque;* hæc dicit Senecæ Phædra, Hipp. 637. Virgilii Dido *Incipit effari, mediaque in voce resistit.* Horum vim qui senserit, naturam hic etiam expressam Euripidi fatebitur. VALCK. Vide supra ad v. 207.

345. Nostro simile dictum in Hecubæ versu legitur 726. VALCK.

346. Reiskius corrigere tentabat ὃ δὴ λέγουσ'—hoc enim scribi debuit, non λέγουσιν—ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν; Ovid. Met.

VII. 13. *mirum, nisi hoc est, aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.* Ex conjectura nihil mutandum puto. Valck. Neque enim mutatione opus. Recte vertit Monkius: *Quid est illud tandem, quod vocant amare?* voce ἀνθρώπους sine necessitate interposita, et Phædræ anxietatem optime exprimente.

348. θατέρῳ, i. e. *Non dulce expertæ sumus, sed ærumnosum:* ut θατέρον in malam partem accipiatur. Musgr. De constructione vid. ad Hec. 506.

351. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις. Ita Alias: Σὺ δὲ λέγεις ταῦτ', οὐκ ἐγώ. Modus loquendi in sacris Literis paulo frequentior, ut inter cætera D. Johan. XVIII. 37. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. Item D. Matth. XXVII. 11. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Ἡγεμὼν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, Σὺ λέγεις. Vide quomodo locus ex Platonis Alcibiade [I. Tom. II. p. 113. C. τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· σοῦ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ.] sit illustratus per hunc locum, M. Anton. Mureti Var. Lection. V. 20. Barnes. Horat. Sat. II. 2. 2. *Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus.*

351. οἴμοι, τί λέξεις. Est is scribendi modus, pro τί λέγεις, in talibus Euripidi peculiaris: in cujus Hecub. 506. 1100. Ion. 1113. reperientur οἴμοι τί λέξεις; Phœn. 1274. οἴ 'γώ, τί λέξεις; Helen. 779. πῶς φῄς; τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι. Med. 1300. οἴμοι, τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι. Valck. Vide ad Hec. 506.

352. Hæc et sequentia sunt certe talia, ut orationis formam omnem dicentis perturbationi Poeta sapienter accommodasse videatur. Dicere voluit οὐκ ἀνάσχετ' ἔλεξε, vel οὐκ ἀνάσχετα ταῦτ' ἐστι. Valck. De constructione verbi ἀνέχεσθαι cum participio vide ad Phœn. 547.

355. ἀπαλλαχθήσομαι. Vide ad Phœn. 972.

356. οὐκ ἔτ' εἴμ' ἐγώ.—Εἰμὶ pro ζάω, *sum* pro *vivo*, frequenter apud auctores reperias. Ita infra v. 1152. Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ' ἐστιν. Suppl. 1146. οὐκέτ' εἰσί σοι, μᾶτερ, τέκνα. Sic D. Matt. II. 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Lucian in Tyran: Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε, ὅπως ἀπέθανεν· ἀλλ' εἰ μηκέτ' ἐστὶν, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. Ante omnes Homerus, Il. X. 384. ἠὲ μένειν μεμάασι καὶ Ἕκτορος οὐκ ἔτ' ἐόντος. Barnes.

358. K. οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς, 'Αλλ'—Subaudi μόνον. Vide ad Hecub. 1007. quem locum attulit Monkius, ut et Phœn. 1496. Σὰ δ' ἔρις, οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε. Alcest. 234. τὰν γὰρ ἐ φίλαν, 'Αλλὰ φιλτάταν γυναῖκα κατθανοῦσαν 'Εν ἄματι τῷδ' ἐσόψει.

361. Hic mulieres, ex quibus Chorus constat, aliæ alias alloquuntur. MUSGR.

367. Labores, qui miseros mortales tenent, sunt πόνοι τρέφοντες βροτοὺς. Soph. Trach. 116. Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ Τρέφει· τὸ δ' αὔξει βιότου Πολύπονον, κ. τ. λ. Idem apud Stobæum, p. 355. ed. Grot. Βόσκει δὲ, τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν. Philemon apud eundem, p. 281. Τὸν μόνιον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει. De usu Sophocleo verbi τρέφειν [pro ἔχειν adhibiti] plurima dedit Is. Casaubon. Anim. in Athen. VII. 18. p. 549. VALCK. MUSGR.

369. Vocabulum παννημέριος copiosissme, nec hoc loco prætermisso, illustrat Villoison. ad Ap. Soph. T. II. p. 636. ubi monet significare *constans, perdius.* Beck. in Bibl. Philol. P. I. p. 76. defendit vulgatum χρόνος, atque de *calamitate* accipit, quo modo sæpe vocabula temporis adhibentur, ut sensus sit: *quæ te hodie manet calamitas?* ut Soph. Trach. 670. ὅθεν μόλοι πανάμερος. BECK.

371. ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστὶν, ut v. 268. ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος. VALCK. οἷ φθίνει, *quo cadit;* Anglicè, *whither tends;* "metaphora sumta," inquit Monkius, "a sole vel astro in occasum vergente."

373. Quæ Atticæ objecta prominebat in mare regio Trœzenia, ab Oriente prima peninsulæ particula, hic recte dicitur ἔσχατον χώρας Il. προνώπιον. Corinthus propriè, ut erat, dicebatur Peloponnesi προπύλαιον· Pindar: 'Ισθμίου πρόθυρον Ποσειδᾶνος, init. Olymp. XIII. Hic in Scholiis, et Hesychio προνώπιον redditur πρόθυρον. In primis ædibus beatiorum, foribus apertis quæ spectabantur ornamenta dicta fuerunt ἐνώπια. Vide Casaubon. in Theophrast. Char. 21. p. 152. et Hesych. in ἐνώπια. Locus ante fores vestibuli προνώπιον dicebatur. Hesychius: Προνώπια· τὰ ἔμπροσθεν τῶν πολῶν, καθάπερ 'Ενώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. Pertinet ista Hesychii nota ad Eurip. Bacch. 595. εἰς προνώπι' αὐτίχ' ἥξει. VALCK.

375. Irridet Aristophanes Equit. 1287. ἡ πολλάκις ἐννυχίαισι φροντίσι συγγεγένημαι. Apertius vero in Ranis, v. 961. Ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα, Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν, τίς ἐστιν ὄρνις. Schol. παρὰ τὰ ἐξ 'Ιππολύτου.

Eustathio in Hom. Il. B. p. 127, 16. proverbium memoratur, Ἐν νυκτὶ βουλή· (Zenob. Cent. III. Prov. 97.) διὸ καὶ inquit, Εὐφρόνη λέγεται ἡ νὺξ, ὥς φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅθεν λαβὼν Εὐριπίδης ἔφη τὸ, Ἤδη ποτ' ἄλλως κ. τ. λ. Valck.

377. οὐ κατὰ γνώμης φύσιν, i. e. *non secundum naturalem animi constitutionem:* tum enim omnes desipere necesse est; nunc *multi sunt, qui recte sapierunt.* Eodem modo de Amore argumentatur Araspas apud Xenoph. Cyrop. οἴει γὰρ, ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον; εἰ μέντοι τοῦτο, ἔφη, οὕτως ἐπεφύκει, πάντας ἂν ἠνάγκαζεν ὁμοίως· et quæ sequuntur. Vide Lib. V. in initio. Musgr.

380. τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα κ. τ. λ. Phædra Senecæ Hippol. vv. 177. 184. *quæ memoras, scio Vera esse, Nutrix: sed furor cogit sequi Pejora; vadit animus in præceps sciens. Quid ratio possit? vicit ac regnat furor.* Valck. Hic Poeta putatur oblique taxare suos Athenienses, de quibus tritum hoc erat: *Athenienses quidem scire, quæ sint agenda, verum non facere.* Unde Laco ille apud Plutarch. in Lacon. apothegm. Νὴ τὼ Σιὼ, ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλὰ, οὐ πράσσουσι δέ. Hoc de Medea Ovidius. [Metam. VII. 20.] *Video meliora, proboque; Deteriora sequor.* Sed in hac parte nos omnes sumus Athenienses, Medeæque, Phædræque. Barnes.

385. αἰδώς τε· δισσαὶ δ' εἰσίν· κ. τ. λ. Citat Barnesius in hanc sententiam Hom. Il. Ω. 44. [οὐδέ οἱ Αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.] Eustathium in locum, et Hesiod. Op. D. 315. Quibus addi potest ipsius Euripidis gnome in Fragmentis Erecthei apud Clem. Alex. p. 741. ed. Sylb. [Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι· Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.] Locum hunc a Plutarcho citari, de Virtute Morali p. 798. ed. Steph. notat Cl. Marklandus. Musgr.

386. Cur ἄχθος οἴκων? Credo, quia multi propter falsum pudorem nimis lautè et sumptuosè vivunt. Musgr.

387. ταῦτ' ἔχοντε γράμματα.—Ἔχοντε Atticè pro ἔχουσα in Duali. Ita Homer. Il. Θ. 455. de Junone et Minerva πληγέντε κεραυνῷ dixit pro πληγεῖσα. Barnes. Quod dicit Phædra, res diversas iisdem literis, i. e. eadem voce, aliquando significari, id a multis veterum animadversum videmus. Vide Platon. p. 941. A. Ed. Ficin. Senecam de Benefic. II. 34. Lucianum in Ἔρωτες bis: Plutarchum περὶ δυσωπίας p. 940. ed. Steph. Imo Chrysippus de hoc ipso argumento disputationem edidit, teste Varrone de L. L. lib. 8. Quam autem

causam hujus ὁμωνυμίας in versu præcedenti proponit, eam sic accipio: Si perspicuum esset, ubi verecundia locum haberet, malus iste pudor vel non esset, vel tantum a verecundia nomine differret, quantum et natura et cogitatione disjungitur. MUSGR. Paullo accuratius interpretatur Monkius: *Si utriusque occasio certa esset, res duæ non iisdem literis, i. e. eodem nomine designarentur.* Allusio est, monente Censore doctissimo in Censura Trimestri, T. VIII. p. 221. ad literas δικάσταις Atheniensibus datas, quam non perceperunt Interpretes. Vide Scholiast. ad Aristoph. Plut. 277.

388. ταῦτα in communi stat, et ad προγνοῦσα et ad διαφθερεῖν trahendum: *non est quomodo illas bonas animi sententias corruperim.* REISK.

390. φρενῶν a τοὔμπαλιν regitur. Sensus est: *ad contrariam sententiam delabi.* MUSGR. Ea enim vis est vocis ἔμπαλιν. Hesych. εἰς τὰ ὀπίσω, ἐξ ἐναντίας. Adhibentur locutiones ἔμπαλιν στρέφειν, λέγειν, ἀΐσσειν, &c. Eurip. Hec. 340. Med. 912. Soph. Trach. 362. Apoll. Rhod. IV. 106. In Phrynichi Sophist. Appar. MS. hæc leguntur: αὐτὸ τοὔμπαλιν λέγεις, οἷον αὐτὸ τοὐναντίον λέγεις· τὸ μέν τοι Αὐτὸ πρόσκειται νῦν σημαῖνον τὸ ἀκριβῶς καὶ φανερῶς. Xenoph. Cyrop. VIII. p. 133. 14. δοκοῦσι τοὔμπαλιν οὐ βούλονται ἐφέλκεσθαι.—Eadem structura Pindarus posuit ἔμπαλιν γνώμας, Pyth. XII. fine; sed significatur ibi *præter expectationem.* VALCK.

391. τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν. Eandem locutionis formulam vide supra ad v. 289. BARNES.

395—7. Hos tres versus Grotius, p. 142. Latinè vertit: *Nam nullam haberi convenit Linguæ fidem, consilia cordi quæ scit alieno dare, suis laboret ipsa cum semper malis.* Huc spectabat Seneca, Hippol. 877. *Alium silere quod voles, primus sile.* VALCK.

398. Ovidii Phædra Her. Ep. IV. 151. *Et pugnare diu nec me submittere culpæ certa fui.* Sic sæpius apud eundem loquuntur amantes, Medeā, Iphis: *Et luctata diu (Luctatusque diu) postquam ratione furorem Vincere non poterat.* Myrrha quoque diu *fœdo* dicitur *amori repugnarisse.* Soror amans fratrem; Met. IX. 510. *omnia feci,—ut tandem sanior essem; Pugnarique diu, violenta Cupidinis arma Effugere infelix.* VALCK.

400. τοῖσιδ'. *Istis modis: istac ratione.* Cf. Orest. 1118.

401. κατθανεῖν. Phædra quoque Senecæ, Hippol. 253. *hoc unicum effugium mali: 254. Morte,* ait, *prævertam nefas.* VALCK.

403. Ad καλὰ e seqq. δρώσῃ repetendum monet Brunckius. Beck.

405. ᾔδη, *noveram.* Contract. pro ᾔδεα. Cyclop. 642. Frequentius reperitur apud Sophoclem. Œd. T. 433. C. 944. 948. Ant. 18. 448. 460. Trach. 87. Elect. 1024. Etymol. Mag. p. 419, 13. Ἀθηναῖοι ἐν τῷ πρώτῳ προσώπῳ τὸ Ε καὶ Α εἰς Η συναιροῦσιν· οἷον, ᾔδη ἐγώ, ἀντὶ τοῦ ἠπιστάμην. Cf. etiam Dawes. Misc. Crit. p. 411. ed. Kidd. Recte vertit Monkius: *Noveram, opus istud, morbumque infamem esse.*

406. Γυνή τε πρὸς τοῖσδ' κ. τ. λ. Scholiasten sequitur Marklandus: mihi, pace venerandi Senis, potior Grotii videtur et Musgravii sententia; atque istis significari; *Præterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam:* sive *omnium odium.* Nam eodem modo de hominibus odiosis hoc adhibent Latini, quo Græci suas voces μίσημα, μῖσος, στύγημα, στύγος. Gloriosum militem *Populi odium* vocat Plautus, III. 3. 49; ad maritum uxor in ejus Asinar. V. 2. 77. *Modo, cum dicta in me ingerebas,* odium, *non uxor, eram.*—Ὦ δύσθεον μίσημα dixisse videtur ad Electram Clytæmnestra Soph. Elect. 291. quod, me judice, aptius convenisset in ejus Ulyssem, Philoct. 988. ubi tantum legitur Ὦ μῖσος· ut in Eurip. Herac. 936. [ὦ μῖσος, ἥκεις;] Med. 1313. Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι, Θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει. Cui sunt ad manus Euripidis in mulieres dicta, non mirabitur hic dictas μίσημα πᾶσιν, ut ait Aristoph. Lysist. 283. τὰς Εὐριπίδῃ θεοῖς τε πᾶσιν ἐχθράς. Valck. De constructione vide supra ad v. 303.

407. ὡς ὄλοιτο. *Utinam pereat,* quo sensu apud Atticos particula ὡς cum optativo in initio sententiæ usurpatur. Soph. Elect. 126. ὡς ὁ τάδε πορὼν ὄλοιτο.

410. Differunt ἦρξεν et ἤρξατο. Paulo ante v. 408. legitur ἤρξατ' αἰσχύνειν λέχη, de muliere *quæ prima violare cœpit castitatem lecti legitimi.* ἦρξε γίγνεσθαι positum puto pro ἐγένετο. Valck.

411. καλὰ in fine v. 412. positum est in communi; sic, ut ad δοκῇ quoque debeat referri, ὅταν τὰ αἰσχρὰ τοῖς ἐσθλοῖς δοκῇ καλὰ εἶναι. Reisk.

413. μισῶ δὲ καὶ τὰς κ. τ. λ. Tale quid Sophocles in Œd. C. in χρηστολόγους illos jacit, οἳ Λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακὰ Προφέρουσιν. Et Hom. Il. I. 312. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος, ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει. Barnes.

418. In his τέραμνα præbet Ed. prima Flor. Utramque in

hac voce scriptionem obtinere monuit G. Arnaldus in Miscell. Obs. VI. p. 595. VALCK. Hesych. τέρεμνα· οἰκήματα. Vox occurrit infra vv. 536. 761. Alcest. 471. Phœn. 333.

μή ποτε φθογγὴν λάβῃ. Præivit in his Æschylus Euripidi; Agam. 36. οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι, Σαφέστατ' ἂν λέξειεν. VALCK. Confert etiam Monkius infra v. 1071. Androm. 905. Ciceron. pro Cœlio, 24. *Nonne ipsam domum metuit, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios? non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet?* Juvenal. Sat. IX. 102. *O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur, Et canis, et postes, et marmora.* His addatur Shakspearii nostri Macbeth. Act. II. Sc. 1. *Thou sure and firm-set Earth, Hear not my steps, which way they walk, for fear Thy very stones prate of my where-about, And take the present horror from the time Which now suits with it.*

421. ἀλλ' ἐλεύθεροι Π. ἔχοντες. Cf. Phœniss. 391. 392.

426. ἁμιλλᾶσθαι βίῳ, Anglicè, *To vie with life*, i. e. *to be of equal value with life itself*. Locum optime vertit Grotius in Stob. p. 364. *Unum sed sciunt esse par vitæ bonum, Cum rectus animus nil sibi conscit mali.* Paulo rarior est constructio, qua pronomen demonstrativum, quod sententiæ præcedenti referri debeat, nonini sequenti sit referendum. Simile est apud Latinos, Cicer. Tusc. Q. I. 34. 83. illud *angit vel potius excruciat*, discessus *ab omnibus iis, quæ sunt bona in vita.* Hæc syntaxis frequens est apud Platonem. Vide Matt. Gr. Gr. §. 467. d. Quoad sententiam comparat Monkius Soph. Phil. 1443. ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς· Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται. Eurip. Temenid. Frag. ap. Stobæum I. p. 49. Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος, κακοῖσι δὲ Ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

428. ὅταν τύχῃ. *Quum fors tulerit*, ut Iph. T. 705. MUSGR. Sententiam Tragici frequentant. Æsch. Prom. 951. Soph. Œd. T. 622. χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος. Eurip. apud Stobæum: Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν· Ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Euripidem spectasse videtur Terentius ista scribens: *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium Jubeo.* [Adelph. III. 3. 61.] Plato de Legg. X. p. 905. B. ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν τοῖς πράξεσιν, ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. VALCK.

431. ἁπανταχοῦ vulgo; Recte. Hæc enim *quietem*, altera forma ἁπανταχῇ *motum* designat.

432. καρπίζεται. Ita MSS. quatuor: sed vulgata, κομίζεται, unice vera est. Verbum καρπίζομαι pro καρπῦμαι apud Thucydidem frequentatum nunquam usurpant Tragici. Spurius est Æsch. Theb. 607. ἄτης ἄρυρα θάνατος ἐκκαρπίζεται, ideoque uncinis a Porsono inclusus. Istud Homericun κῦδος ἀρέσθαι apud Tragicos δόξαν κομίζεσθαι, *gloriam reportare* dicitur.

433. Δέσποιν', ἐμοί τοι, *Mihi quidem.* VALCK.

435. νῦν δ' ἐννοῦμαι φαῦλος ὖσα. *Nunc errorem meum agnosco.* Sive enim dicatur, *meam ego nunc*, φαυλότητα, *simplicitatem et imperitiam*, μανθάνω· seu φαῦλος ὖσα μανθάνω, vel ὁρῶ, vel αἰσθάνομαι, γιγνώσκω, vel ἐννοῦμαι, nihil interest: istis enim, aliisque similibus verbis, sic adjungi solent participia. VALCK. Vide ad. v. 303.

436. Hic versus famosus plane in proverbium jam diu abiit. BARNES. Confer Suppl. 1087. Cicero. Philipp. VII. 2. *Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse.* Vide Erasmi Adag. *Posterioribus melioribus.*

438. ἀπέσκηψαν. Fulmen σκηπτὸς dicebatur. Hinc verba ἀποσκῆψαι, ἐνσκῆψαι, κατασκῆψαι, ἐγκατασκῆψαι, de fulmine emisso proprie adhibita, transferuntur ad mala quævis graviora divinitus ex improviso fulminis instar immissa, vel in aliquem irruentia cum impetu. VALCK. Qui duplicem horum verborum potestatem variis exemplis illustravit, quorum illud e v. 1408. infra profert Monkius: ὀργαὶ κατασκήψυσιν εἰς τὸ σὸν δέμας.

439. ἐρᾷς· τί τῦτο θαῦμα; κ. τ. λ. Elegantia certat cum Euripideis hoc Herodotei Demarati ad matrem, VI. 68. ῦ γὰρ, εἰ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μύνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. Quæ *usitata consolatio* sæpe prodesse videbatur Ciceroni, Tusc. III. 33. VALCK.

440. Vox ἔπειτα inservit, æque ac εἶτα, interrogationi quam exprimit indignatio: *Atque adeone propter amorem vitam tuam pessumdabis?* VALCK.

441. ῦκ ἄρά γ' ῦ δεῖ. Hæc aperte vitiosa sunt, ideoque emendavit Valckenærius, Scholiastæ explicatione ῦ λυσιτελεῖ, ῦ συμφέρει, adductus: οὔτ' ἄρα λύει, quod vero quam proximum est. Legendum cum Monkio, οὔτ' ἄρα, i. e. ῆτοι ἄρα, particula τοι cum brevi vocali crasin efficiente. Copula τε hic locum non habet. Quoad sententiam confert V. D. Ovid. Amor. II. 5. 1. *Nullus amor tanti est (abeas pharetrate Cupido) Ut mihi sint toties maxima vota mori.* Ceterum notata videas ad Med. 563.

443. Κύπρις γὰρ ῦ φορητὸν κ. τ. λ. In quem *tota ruit Ve-*

nus, huic illa videtur *intolerandum* quod, ἀφόρητον. Euripidei versus memor Horatius, Carm. I. 19. 9. *In me tota ruens Venus Cyprum deseruit.*—πολλή· *multa, tota, nimia*, atque ex omni parte premens: Iph. A. 533. Μάκαρες, οἳ μετρίας θεᾶ μετέσχον: paulo post v. 546. καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδίτας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν. Tibull. II. 1. 79. *Ah miseri, quos hic graviter Deus urget; at ille Felix, cui placidus leniter afflat Amor.* VALCK. Ad φορητὸν supplendum χρῆμα. Vide ad Orest. 222.

445. μέγα φρονεῖν, *superbire*, Tragicis est in usu. Superbè sibi reluctantem trahit Venus nolentem: benigna prosequitur ἡσυχῆ, *leniter*, τὸν εἴκοντα, *cedentem sibi.* VALCK. Exempla attulit Monkius v. 6. supra. Orest. 796. Phœn. 41. 703. Elect. 1124.

446. δοκεῖς, δοκεῖτε, οἴει, οἴεσθε, cum πῶς vel πόσος juncta, sic solent *orationis animandæ causa* interponi, judice viro summo [Hemsterhusio] ad Lucian. T. I. p. 475. Confer Eurip. Hec. 1136. Arist. Ran. 54. Nub. 1371. Eccles. 399. VALCK.

447. φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ' κ. τ. λ. Hinc in Senec. Hippol. 331. *qua terra salo Cingitur alto, quaque æthȩrio Candida mundo sidera currunt, Hic regna tenet Puer immitis.* Non huc congeram exquisita Poetarum dicta de Veneris omnipotentia, deque vi amoris Superos etiam domantis, quem Orphici vere canebant, Hymn. 57. πάντων κληῖδας ἔχοντα, Αἰθέρος οὐρανίου, πόντου, χθονός. De multis Sophocleis unicum ex ejus Phædra locum adponam, illius quoque Nutrici, ni fallor, in Scena tributum: Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται, Οὐδ' αὖ γυναῖκας· ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται. Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει, καὶ θέλων ἐγκλίνεται. VALCK. Conferendus omnino Lucret. de Rer. Nat. Lib. I. sub initio. Necnon et Virgil. Æn. I. 664. *Nate, meæ vires, mea magna potentia; solus, Nate, patris summi qui tela Typhoia temnis.*

449. Vetus forma vocis ἔρος quam Æolicam esse monent Grammatici, in Atticis Poetis valde insolens est: in Senariis tamen Euripideis aliquoties *amor* dictus est ἔρος. Hippol. 336. Iph. T. 1139. Ion. 1227. Elect. 295.

452. ἐν μούσαις ἀεί. Hic respicit Eustath. in Hom. Il. B. p. 198. 30. ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεά, προσυπακουστέον τὸ, δὶ ἐμοῦ, ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί· ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν, ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί. Hinc flosculum decerpsit Ælianus V. H. IX. 4. Polycrates Samius ἐν μούσαις ἦν. Homerus literatorum vitam τὸν ἐν μούσαις βίον dixit XII. 2. VALCK.

455. ἡ καλλιφεγγὴς K. De Cephalo et Procride vide Ovid. Met. Lib. VII. Fab. 26. Notandum est Scholiasten ex Homero per lapsum citasse, quod Cephalus ab Aurora sit raptus, cum ille hoc de Clito dicat: ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠώς. De Cephalo autem ne verbum ille. BARNES.

456. Simillimam Thesei narrationem in Herc. F. 1289. sqq. contulit Valckenærius.

458. στέργουσι. Anglice, *They acquiesce.* Ita infra v. 461. Phœniss. 1685. Soph. Œd. C. 7. 519.

Ib. In cod. Flor. pro ξυμφορᾷ legitur ξυμφορᾶς νικώμενοι· et est in Æsch. Supp. 1013. ἱμέρου νικώμενος. Eur. Herac. 233. τῆς τύχης νικωμένην. Sed alterum hic præstat: et συμφορᾷ posuit Tragicus, ut et ad στέργουσι referri posset, et ad νικώμενοι. Præterea libentius in talibus istum Tragici casum mihi videntur adhibuisse; secundum, cum ab hoc illove victos dicerent. Diceretur Phædra Ἱππολύτου νικωμένη suppresso præpositione ὑπὸ, sed νικωμένη ἔρωτι, κακοῖς, ξυμφορᾷ, ἡδονῇ. Hujus exempla constructionis præbebunt Euripides Hec. 330. Med. 1066. 1185. Androm. 899. Auges. fr. 8. Soph. Elect. 1284. Illius Eur. Hec. 1228. γυναικὸς ἡσσώμενος. Alcest. 713. Med. 319. κρεισσόνων νικώμενοι. Troad. 23. νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ Ἥρας. Hujus etiam utriusque structuræ præbent exempla Historici et Oratores Attici. VALCK.

459. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει; *Tu vero victa Deos imitari recusabis?* Nam supplendum relinquitur νικωμένη. VALCK. Vide ad Phœniss. 547. Exemplum observent Tirones in sequentibus potestatis ἐκτατίκης, ut vocatur, literæ ρ, qua finales vocum præcedentium syllabæ natura breves *constanter* producuntur. Hunc celeberrimum Dawesii Canonem, Misc. Crit. p. 282. quem et pro vero recepit Porsonus, intra certas leges cohibere voluerunt VV. DD. Monkius et Elmsleius: regulam scilicet iis tantum in locis necessario obtinere, in quibus syllaba natura brevis secunda pedis pars est, adeo ut in eam ictus metricus cadat. Sed loca omnia quæ Canoni Dawesiano obstare videantur, optime emendantur in Epistola a *G. Burgess.* ad Kiddium missâ, et in ejus Misc. Crit. editione publici juris factâ.

460. ἢ 'πὶ δεσπόταις θ. Ἄ. Confert Valckenærius Med. 490, Εἰ θεοὺς νομίζεις τοὺς τότ' οὐκ ἄρχειν ἔτι, Ἢ καινὰ κεῖσθαι θέσμ' ἐν ἀνθρώποις τανῦν. Sensus loci est: *Debuerat igitur pater certis te generasse conditionibus, si hisce legibus obtemperare nolis.*

462. In Flor. Cod. legitur ἔχοντας εὖ φρονεῖν, quæ lectio

tollit elegantiam sermonis, qua τῆς φρονιμωτάτης dixit κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν. Idem est in talibus ἥκω, ac ἔχω, Herodoto aliisque adhibitum. Vide in Herod. pp. 73. 577. Quam hic dixerit χώρην ὡρέων εὖ ἥκουσαν,—γῆν εὖ τῶν ὡρῶν ἔχουσαν vocat Pausan. VIII. p. 658. ult. Bœticam πολέων εὖ ἔχειν καὶ νόμων scribit Philostrat. V. A. V. 6. ἄριστα γνώμης ἔχειν Juncus Stobæi p. 587, 3. et hujus Dionysius p. 531, 14. μακαρίως ἔχειν φρενῶν. VALCK. In talibus ἔχειν *se habere* significare videtur, et genitivus sequens per *quod attinet ad* Latine reddendus: Anglicè, *With regard to.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 315. 1.

463. μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. In talibus dictis δοκεῖν idem est ac προσποιεῖσθαι, *simulare.* Herod. I. 10. Candaulis uxor μαθοῦσα τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς οὔτε ἀνέβωσεν, οὔτε ἔδοξε μαθέειν. Xenophon. Hell. IV. p. 308, 30. 'Αγησίλαος μάλα μεγαλοφρόνως τούτους μὲν οὐδ' ὁρᾶν ἐδόκει. Rem eandem narrans Plutarchus in Agesilao p. 607. F. προσεποιεῖτο, inquit, μήτε ὁρᾶν αὐτοὺς, μήτε ἀκούειν ἐντυγχανόντων. In Aristoph. Eq. 1143. οὐδὲ δοκῶν ὁρᾶν redditur a Scholiaste, οὐδὲ προσποιούμενος εἰδέναι. Similiter in Pac. 1051. μὴ νῦν ὁρᾶν δοκῶμεν αὐτόν. Orestes in Eurip. Iph. T. 925. ἤλγουν δὲ σιγῇ κάδόκουν οὐκ εἰδέναι. Cf. Rhes. 634. Æschyli Promethei dictum est, in vita sæpius utile, Κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν. VALCK. Vide ad Med. 66.

465. Συνεκκομίζειν Κύπριν. Anglicè, *to pimp.* Verbum explicavit P. Victorius in V. L. XI. 6. per phrasin Horatianam, *in partem juvare*, et commodum I. Vossius adscripsit *adjutare* Terentii. Συνεκφέρειν dixit Eurip. in ejusdem Sententiæ dicto, quod ex ejus Dictyë servavit Stobæus. p. 347. Grot. Πατέρα τε παισὶν ἡδέως ξυνεκφέρειν Φίλοις ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν, Παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι Βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος. BARNES. VALCK.

468. ᾗ κατηρεφεῖς est ex conjectura Valckenærii. Vulgo legitur ἧς. Et profecto κατηρεφὴς plerumque dativo gaudet. Hom. Od. I. 183. σπέος δάφνῃσι κατηρεφές. Hesiod. Theog. 777. δώματα μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέα. Theocr. Id. VII. 9. Αἴγειροι πτελέαι τε, Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι. Sed vulgatum defendit Porsonus ex Archilochi fragm. apud Plutarch. T. II. p. 604. C. ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής. Ceterum cum particulam ἂν sententia plane flagitet, optime edidit Monkius οὐδ' ἂν στέγην γὰρ, κ. τ. λ. Sensus est, eodem vertente: *Nec debent profecto mortales in vita sua severe excolenda elaborare; nam neque tectum, quo opertæ sunt ædes, bene et accuratè coagmentaverint.*

470. ἐκνεῦσαι. Ab ἐκνέω, alias ἐκνεύω, *enato*, ut Cycl. 572.

Metaphorice *elabor.* Hunc locum tractat et cum similibus confert P. Victorius Var. Lect. III. 10. Vide Evang. D. Johan. V. 13. ὁ δὲ ἰαθεὶς ἐκ ᾔδει, τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησῦς ἐξένευσεν, ὄχλε ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Et Thucyd. L. II. ὅσοι μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν. Et Lucianus proprie: ἐξένευσεν εἰς τὴν γῆν. Quin et Euripides infra v. 817. Κακῶν δ' ὁ τλάμων πέλαγος εἰσορῶ Τοσῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν. Est et *nutu jubeo,* ut Iph. T. 1295. Barnes.

471. ἔχεις. Ita recte Lascaris editio. Vulgo ἔχοις, quod prætulere Valckenærius et Brunckius. εἰ cum optativo vel cum indicativo construitur, particula ἂν cum optativo præcedente vel sequente. Sed in his constructionibus indicativus rem jam nunc evenientem denotat; optativus autem rem probabiliter eventuram. Cf. infra v. 480. Paulo diversus est Soph. Trach. 592. ἀλλ' εἰδέναι χρὴ δρῶσαν, ὡς ἐδ', εἰ δοκεῖς Ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη, ubi εἰ valet εἰ καὶ, *etsi, quamvis.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 524. 1.

472. ἄνθρωπος, *mulier,* i. e. *mortalis.* Quo sensu sæpe occurrit, ut et *Homo* apud Latinos. In Cicer. Epist. Famil. IV. 5. ita Sulpicius: *In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tanto opere commoveris? quæ si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriundum fuit: quoniam* homo *nata fuerat.* Citat Monkius Theocr. Adoniaz. 106. ubi Valckenærius dedit: ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος. Sed ibi præstat vulgata: ἀνθρώπων ὡς μῦθος. Cf. Eurip. Iph. A. 72. Vide tamen exempla, quæ contulit V. D. in loco citato.

478. εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, κ. τ. λ. Hunc locum aperte expressit Horatius, Epist. I. 1. 33. *Fervet Avaritia, miseroque Cupidine pectus? Sunt Verba et Voces, quibus hunc lenire dolorem Possis; et magnam morbi deponere partem.* Barnes.

480. ἦ τἄρ' ἂν ὀψέ γ', κ. τ. λ. Quod est in Iph. T. 1001. δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες ἐξευρεῖν τέχνας, verum esse monstrant historia et experientia cuique quotidiana. Valck. De duplici ἂν vide ad Hec. 725.

485. μᾶλλον ἀλγίων. De his duplicis comparativi formis vide ad Hecub. 615.

490. οὐ λόγων εὐσχ. Δεῖ σε. Talis syntaxis in Phœniss. 921. χαίρων ἴθ'· ὁ γάρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων. et infra v. 683. θανήμεθ'· ἀλλὰ δεῖ με δὴ καίνων λόγων. Barnes. Vide ad Orest. 656.—τί σεμνομυθεῖς occurrit in Androm. 234.

491. ὡς τάχος διιστέον κ. τ. λ. *Quam celerrime dispiciendi*

sunt, qui absque circuitu tuum amorem enuntient Hippolyto. Sermonibus *perplexis* Hippolyto poterat amor indicari Phædræ, vel *palam*. Perplexum noluit vetula, sed εὐθὺν λόγον, ut res suo appellaretur nomine. *Simpliciter et absque circuitu dicta* Thucydidi sunt ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα· III. 43.—Dion. Chrys. Or. XI. 5. 158. C. οὐκ εἴρηκεν ἐκ τοῦ εὐθέος. Eurip. Rhes. 419. εὐθεῖαν λόγων Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. VALCK. De verbalibus in τέος omnino consulendus est Matthiæ, Gr. Gr. §. 417. Porsonus apud Monkium διοπτέον, i. e. *circumspiciendum*, forte legendum putat: neque enim διϊστέον alibi occurrit. Sed Analogiæ consentit, ideoque nihil mutandum.

494. σώφρων hic non valet *pudica*, sed *mentis ac rationis compos*. Infra v. 699. Nutrix ait; οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγὼ, *sapiens non fui, a recto concilio aberravi*. Nihil magis usu tritum, quam σωφρονεῖν ista significatione, absque ullo ad castitatem aut pudicitiam respectu. σώφρων γυνὴ sæpe nihil aliud est, quam *mulier prudens*, quæ rebus suis bene consulit; ut Med. 902. γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος. Sensus itaque hujus loci est: *Si enim in tanto vitæ discrimine non versareris, si vero sanæ mentis esses, ut tute rebus tuis consulere posses, nunquam te*, &c. BRUNCK.

498. Inter formas συγκλήσεις et συγκλείσεις nihil interesse docet Valckenærius ad Phœn. 268. Illam Euripideam censet Musgravius; quam recentioris Atticismi putat Monkius, et in Tragicorum scripta a Grammaticis invectam. Quoad sententiam confert Valck. Senec. Agam. 289. *quid voce blandiloqua mala Consilia dictas?*

503. καὶ μή γε πρὸς θεῶν. Ita vulgo legitur. Optime emendat Porsonus apud Monkium, καὶ μή σέ. Vide ad Med. 328.

507. εἴ τοι δοκεῖ σοι κ. τ. λ. Locus est e difficillimis, quem variis modis intellexerunt Interpretes. Ita vertit Monkius,—recte, ni fallimur: *Siquidem hoc tibi ita placet, debebas, fateor, non peccare; Si tamen in peccato*, hoc est, in amore, *revera implicita es, obsequere mihi: ea enim secunda est utilitas*. In v. 508. repetendum est ἡμάρτηκας e priore sententiæ membro. Similis est constructio in Soph. Ant. 722.

509. Hunc locum spectare potuit Propertius Eleg. II. 1. 53. *Seu mihi sint tangenda novercæ pocula Phædræ, Pocula privigno non nocitura suo.* VALCK.

510. In Edit. Hippolyti prima Flor. γνώμην ἔσω. Apud alios quidem poetas ἔσω vel εἴσω sic nonnunquam [cum accu-

sativo, ut Ἴλιον εἴσω, apud Homerum] adhibetur pro εἰς: sed non apud Atticos, ut equidem arbitror, nisi forte metro coactos in Carminibus Choricis. VALCK.

514. Legebat Marklandus ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων ἄπο· confirmabat autem ex hoc Luciani loco: δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τῶν τοιούτων. Vide Dialog. Melissæ et Bacchidis, p. 524. ed. Græv. (T. III. p. 288. Reitz.) MUSGR. In rem Pharmaceutria Theocriti, Idyl. II. 53. Τοῦτ' ἀπὸ τὰς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, Ὢ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίω ἐν πυρὶ βάλλω. Virgilii Pharmaceutria, Eclog. VIII. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora cara sui,* [*quæ nunc ego limine in ipso, Terra, tibi mando.*] Velut magicas artes tractatura Dido, Æn. IV. 494. ad sororem: *Tu secreta pyram —Erige, et arma viri, thalamo quæ fixa reliquit Impius, exuviasque omnes—superimponam.* VALCK. Omnino verisimilis videtur Marklandi conjectura.

515. χάριν. Videtur hic φίλτρον significare. Sic *Amor* philtrum valet Virgilio, Æneid. IV. 516.—συνάψαι ἐκ δυοῖν. Par consuetudo, quanquam in diversa re, Arabum: ἔπειτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου ἑκατέρου κροκύδην κ. τ. λ. apud Herod. III. 8. MUSGR.

516. πότερα δὲ χριστὸν, κ. τ. λ. Schol. in Aristoph. Plut. 717. τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐστι καταπλαστὰ, τὰ δὲ χριστὰ, τὰ δὲ ποτά. De vino Mnesitheus apud Athen. II. p. 36. A. Καὶ τοῖς ποτοῖς γὰρ φαρμάκοις κεράννυται. Æschyli Prometheus v. 488. ante quam ipse invenisset remedia, mortalibus ægrotis ait fuisse ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο. VALCK. De φαρμάκοις apud veteres Græcos usitatis omnino consulendus est doctissimus Blomfieldius in Glossario ad Æsch. loc. cit.

518. φανῇς. Ex uno MS. qui φανῇ exhibet, dedit Monkius Attica forma φανεῖ. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 405. ed. Kidd. et ibi notata.

519. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι. i. e. *Scito, Te,* si de hac re trepida es, *nihil non fuisse formidaturam.* Plenius in Rhes. 80. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι, δειμαίνων τόδε. MUSGR. De particula ἂν futuram significationem participiis conferente, vide Dawes. Misc. Crit. p. 131. ed. Kidd.

525. ὃ κατ' ὀμμάτων. Ita lego veterum librorum auctoritate: nec enim ὃς cum Scaligero [et Valckenærio] legere ausim, ne versui noceam. Sed nec opus: ὃ enim pro ὃς et poni potest, et ab Homero non semel ponitur. Iliad. A. 388.

351. [Imo etiam ab ipsis Tragicis. Vide Matt. Gr. Gr. §. 291. Blomfield. ad Æsch. Theb. 37.] Hunc locum Tibullus imitatus est in laude Sulpitiæ ad Martem: *Illius ex oculis, cum vult exurere Divos, Accendet geminas lampadas acer Amor.* Barnes.

527. ψυχαῖς χάριν, οἷς ἐπιστρατεύσῃ. Ita in duobus Musgravii codicibus legitur, ubi τούτων supplendum relinquitur: nisi figuram quis statui malit πρὸς τὸ νοητὸν vel πρὸς τὸ σημαινόμενον, Homero, Tragicis, et quibusvis usitatam. Sive autem scribatur οὓς vel οἷς ἐπιστρατεύσῃ nihil interest, cum utroque modo verbum Euripidi ceterisque scriptoribus construatur. Valck. Vide Blomfield. ad Æsch. Theb. de titulo Tragœdiæ.

531. ἄστρων βέλος. Siderum vel Solis vim incusabant veteres, si quis exanimis repente concidisset. Quod etiam Homerus allegorice respexisse videtur, cum Patroclum ab Apolline interemtum tradit. De hujusmodi casu luculentum Antipatri Epigramma est in Anthologia nova p. 83. ed. Reisk. Hesychius: ἀστροβόλητοι· οἱ ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλόμενοι. Ad hanc etiam opinionem alludit nomen apud Latinos *Sideratorum.* Hoc videtur esse ἄστρων βέλος, quod hic memorat Euripides. De *fulmine* tamen interpretatur Valckenærius, non sine veri specie. Musgr.

532. τοῖον legit Monkius, ita sententiam vertens: *neque enim aut ignis aut siderum ictus potentior: Tale scilicet est Veneris telum, quod a manibus jaculatur Amor, Jovis filius.*

534. Ἔρως, ὁ Διὸς παῖς. Cupidinem Jovis filium vulgo non invenias. Virgilius tamen in Ciri, v. 131. *Sed malus ille Puer, quem nec sua flectere Mater Iratum potuit, quem nec Pater atque Avus idem Jupiter.* Lactant. Institut. I. 17. *Venus genuit ex Jove Cupidinem.* Sed et Jupiter apud Apuleium Miles. Lib. VI. Cupidinem alloquens: *Licet tu, Domine fili, &c.* Musgr.

537. Ἑλλὰς αἶ' ἀέξει. Ita emendat Hermannus, de Metris, p. 445. Vulgo ἀέξει δή.

538. ἔρωτα δὲ, κ. τ. λ. In Euripidis Andromeda ῥῆσιν insignem Perseo datam, cujus hic primus erat versus: Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων, Ἔρως, liquet ex Luciani T. II. p. 2. Illum Orphici canunt H. 57. πάντων κληΐδας ἔχοντα. ut mirum non sit thalami Veneris,—*illi semper hærentem puerum* quem dicit Horatius Carm. I. 32. 9.,—hic dici Κληδοῦχον. [Κλειδοῦχον alii; vide ad v. 498.] Sacerdotes non tantum Tragicis Κληδοῦχοι Deorum Dearumve dicuntur, observante E. Spanheim.

in Callim. H. in Cerer. v. 45. sed et Dii ipsi vario respectu. Noster thalami materni Κληδȣ̃χος dici potuit, ut Juno jugalis κλῆδας γάμȣ φυλάττειν dicitur Aristophani Thesm. 985. VALCK. Pind. Pyth. VIII. Stroph. 1. βȣλᾶν τε ϗ πολέμων ἔχȣσα κλῆδας. Vide et IX. Antist. 2. MUSGR.

541. οὐ σεβίζομεν, *Non colimus:* publico certe cultu non dignamur Amorem; cui primus fertur Charmus, ætate Pisistrati, altare posuisse in Academia. VALCK.

545. Οἰχαλίᾳ elegantius pro ἐν Οἰχαλίᾳ, ut sæpe Dativi urbium ponuntur, omissâ particulâ ἐν. BECK. Sic in Phœn. 608. Μυκήναις. Androm. 439. 463. 695. Τροίᾳ. Iph. T. 524. Αὐλίδι. Vide Bentleium in Callim. H. in L. P. 18. VALCK.

546. πῶλον ἄζυγα λέκτρων. His adscriptum παρθένον ἄπειρον γάμων habet Cod. Paris. VALCK. Metaphoricè πῶλος pariter de *virgine* et *puero* dicitur; ut de Menœceo, in Phœn. 947. de Hermione, in Rhes. 257. In Æsch. Theb. 450. πωλικὰ ἑδωλία sunt *thalami in virginum usus separati.* Hesych. πώλȣς. τὰς νέας ϗ παρθένȣς.

549. Vulgo, ζεύξασ' ἀπειρεσίαν, quod plane corruptum videtur. Lectionem, quam Matthiæ exhibet, Blomfieldio attribuit Monkius, et meliorem sui ipsius conjectura, ἀπ' Εὐρυτίων, censet. Cf. Soph. Trach. 260. 1221. Euripidem οἴκων Ζεύξασ' ἀπὸ scripsisse vel e Scholiastæ interpretatione liquet, qui Tmesin intelligit pro ἀποζεύξασα ϗ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων. Cf. Phœn. 328. εἰρεσίᾳ est *remigio,* i. e. *navibus;* quibus Hercules, debellata Œchalia, Iolen Trachina deduxit. Vide Soph. Trach. 658.

550. ἄϊδος ὥστε βάκχαν. Similia vide ad Phœn. 1489.

557. In οἷον subaudiri τρόπον, *quomodo,* monet Brunckius ἕρπειν autem Tragicis etiam poni pro ἔρχεσθαι, ut Soph. Antig. 586. 613. 618. Trach. 1012. Philoct. 787. Elect. 1231. Aj. 157. 1087. Sic etiam legitur hoc verbum Iph. T. 682. Helen. 316. Arist. Vesp. 550. 1521. BECK.

559. βροντᾷ γὰρ κ. τ. λ. Hæc non egerit interprete: nam *quis non Semelen, ignemque jugalem, Lethalemque simul novit de pellicis astu?* Nemesian. Cyneg. 17. Semelen amor, sive Venus, πότμῳ φονίῳ κατεύνασε, *fato lethali consopivit.* Vide infra v. 1377. Viva sepulcro includenda Sophoclis Antigone v. 844. Niobæ, inquit, με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει. In ejusdem Œd. T. versus est 971. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή, sic Latine redditus in Œdipo Senecæ, v. 787. *Animam senilem mollis exsolvit sopor.* VALCK.

563. Δεινὰ hic Doricum est pro δεινή. *Solet enim illa plerosque vehemens*, vel *amore adflare vehementi*. Valck.

564. Pro οἷα Monkius recte reposuit οἷα, *velut*, neutro plurali. Soph. Trach. 105. οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν.

565. In Paris Cod. ἐξειργάσμεθα recte redditur per ἀπολώλαμεν. Helen. 858. Μενέλαε, διαπεπράγμεθα. Alibi plura dantur similia. Valck. Cf. infra 602. 608.

567. ἐκμάθω. Melior mihi lectio videtur illâ, quam in uno Cod. Musgravius invenit, ὡς μάθω. Quantumvis in his rarior inveniatur apud Tragicos, concitatæ tamen Phædræ convenit Ellipsis voculæ ὡς· estque accommodatius ἐκμάθω, quam simplex. ὡς ἂν ἐκμάθω est in Androm. 706. Ion. 77. Soph. Œd. C. 508. idem quod alibi ὡς μᾶλλον μάθω, τρανῶς ὡς μάθω, vel ὡς μάθω σαφέστερον. Valck. quem sequitur etiam Monkius; dubitandum an recte.

561. Cf. Hec. 178. Phœn. 1336.

572. Non jungenda sunt φρένας ἐπίσσυτος, sed τίς ἐπίσσυτος φήμα φοβεῖ σε φρένας; ut in Æsch. Agam. 896. Ἐμοί γε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι Πηγαὶ κατεσβήκασι. Dixit autem usitato more φοβεῖ σε φρένας, quo, secutus Homerum, Æsch. Eum. 88. μὴ φόβος σὲ νικάτω φρένας. Supp. 284. φόβος μ' ἔχει φρένας. Valck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 413. Obs. 6.

576. Chorus veterum non in scena constitutus erat, sed in Orchestra. Pollux IV. 123. σκηνὴ μὲν ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ Ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ. Situs autem Orchestræ multo depressior erat, quam Scenæ. Id. ibid. 127. εἰσελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκήνην διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσι. Unde sequitur, etiam Chori stationem ante Scenam fuisse: alioqui a spectatoribus conspici non potuisset. Hinc intelligimus, cur Phædræ dicat Chorus: Σὺ παρὰ κλῇθρα· *Tu ad portam es.* Musgr. Vide ad v. 498.

582. ὄπα. Adscribitur hæc notula in uno e MSS. γράφεται χωρὶς τοῦ ι, καὶ φασὶ συναίρεσιν εἶναι τοῦ, ὁποῖα. ὅπα pro ὁποῖα neutro plurali extat apud Pind. Olymp. I. Antist. 10. iterumque Epod. 3. Sic et Homerus ὁμὴ et ὁμὴν non semel habet pro ὁμοίη et ὁμοίην. Neque dubito, his perpensis, quin ὅπα hic, ex mente veterum criticorum, pro ὁποῖα positum sit. γεγώνειν significat *clamare*, sive *clara voce sic eloqui, ut ab aliis intelligi possis;* τὸ φθέγγεσθαι ἐξάκουστον, ut recte explicat Eustath. in Il. M. p. 870, 46. cui memoratur etiam ex veteribus γεγωνὸν φθέγμα, τὸ λαμπρόν. Hesychius: γεγωνόν· τὸ ἐξάκουστον, μεγαλόφωνον. Ceterum γεγωνῶ pro simplici *loquor* habet Soph.

Œd. C. 212. Vide etiam Æsch. Prom. 819. Musgr. Valck. Vide ad Orest. 1213. ὄπα non pro ὁποῖα, ut dicit Musgravius; sed pro ὁποία in feminino singulari ponitur. Sensus est: *nec tamen habeo perspicue dicere, qualis editur sonus*, ὁποία sc. ἔστι ἡ ἰαχά.

584. Pollux. III. 31. Προμνήστριαι μὲν, αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον. Hinc et ex Hesychii glossa, (προμνήστρια· ἡ συνιστῶσα ἀλλήλους τοὺς γαμοῦντας,) vocem interpretatur Monkius *nuptiarum conciliatricem*, Anglice, *a match-maker:* Aristoph. Nub. 41. Εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Metaphorice igitur κακῶν προμνήστρια, *malorum conciliatrix* dicitur; nisi forte legendum statuerimus τὴν κακὴν προμνηστρίαν.

596. ἡλίου τ' ἀναπτυχαί. Scholiastes explicat per ἀκτῖνες, quem videsis: ita Ion. 1444. ἰὼ ἰὼ, λαμπρᾶς αἰθέρος ἀμπτυχαί. Similiter Ion. 1516. φεῦ. ἆρ' ἐν φαενναῖς ἡλίου περιπτύχαις. Barnes. Hesych. ἀναπτυχαί· ἀνατολαί.

600. ναὶ πρὸς σε τῆς σῆς. Sic loquebantur. Phœn. 1665. ναὶ πρὸς σὲ τῆσδε μητρός. Iph. T. 684. πρὸς δεξιᾶς σὲ τῆσδ' ἐπισκήπτω τάδε. Helen. 1237. πρὸς νῦν σὲ γονάτων τῶνδ', ἐπείπερ εἶ φίλος. Med. 704. ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος. Sed in his ἄντομαι, ἱκνοῦμαι, vel ἱκετεύω, nonnumquam additum, sæpe supplendum relinquebatur. *Per te Deos oro* dixit Terentius, Andr. III. 3. 6. V. 1. 15. ut in Herc. F. 1183. Seneca scripsisse quoque videtur. Herc. Œt. 475. *Per te sed omne cœlitum numen precor.* Valck. Vide ad Med. 328.

601. οὐ μὴ προσοίσεις. De constructione particularum οὐ μὴ cum futuro indicativo, omnino consulendus est doctissimus Elmsleius ad Soph. Œd. C. 177. In fine versus ἄψεις πέπλων corrigendum censet Heathius; sed ἅπτειν Atticis *ligare* significabat: *tangere* ἅπτεσθαι dicebatur.

607. ἡ γλῶσσ' ὀμωμοχ' κ. τ. λ. Hæc Euripidis sententia diversa hominum judicia fuit experta. Vide Ciceronem de Offic. III. 29. ubi inter alia dicit: *Non enim falso jurare, pejerare est; sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides: "Juravi lingua, Mentem injuratam gero."* Hæc ubi verba posuerat A. Turnebus, Advers. XXVI. 4. "At hunc," ait, "Euripidis versum omnes Græci Scriptores, imprimisque Aristophanes exagitant et vexant:" Ran. 102. 1471. Thesm. 275. Ob hunc etiam versum a cive quodam suo Tragicus in judicio impietatis accusatus, tanquam suasor perjurii, exceptione quadam fori videtur

elapsus criminatione. Aristot. Rhetor. III. 15. Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς, ὅς γ' ἐποίησε, κελεύων ἐπιορκεῖν· Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος· ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Locum ita Ovidius in Cydippæ epistola expressit, Her. Ep. XXI. 135. *Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris, Linguaque præsentem testificata Deam? Quæ jurat mens est; nil conjuravimus illa.* Vide etiam Hug. Grot. de Jure Belli et Pacis, II. 13. 4. ubi affirmat hæc: *nam si certum est, eum, qui juravit, aliquod factum supposuisse, quod revera se ita non habeat, non obligavit juramentum.* Ἱππόλυτος γὰρ ἀπατηθεὶς ὑπὸ τῆς τροφοῦ ὀμωμόκει. VALCK. BARNES.

609. ἀπέπτυσα. Vide ad Hec. 1252.

610. ἀνθρώποις Cod. Flor. ut infra 1423. ἀνθρώποισι δὲ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν. Alterum Atticis est usitatius: Arist. Nub. 1420. Εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ νέους τι κλάειν. VALCK.

611. κίβδηλον ἀνθρώποις κακόν. Metaphora ducta est ab auro adulterino. Cf. Med. 513. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ, κ. τ. λ.

612. Conferendus est locus Medeæ, v. 570.

618. ἡ ἀξία recte interpretatur Monkius, *the value*, conferens Xen. Memor. I. 6. 11. καίτοι τό γε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τι, ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. Locum Anglice verteris; *Each according to the just value of his offering.*

620. ἄξεσθαι κακὸν eodem dicitur sensu, quod ἄξεσθαι γυναῖκα.

621. ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν. Ita vulgo legitur, metro tamen laborante. Acute sane Monkius ἐκθύομεν conjecit, Scholiastæ explicatione deceptus ita explicantis: τὴν θυσίαν ὑπὲρ κακοῦ δίδομεν. Sed ibi legendum οὐσίαν, et ad ὄλβον referendum. Neque dubitandum est, quin ἐκτείνομεν scripserit Poeta, quod monuit vir eruditus in censura Trimestri, T. VIII. p. 222. qui locum ita Anglicè interpretatus est: *As things now are, being about to bring a great evil into our house, we extend the wealth of our family. And by this very circumstance*, i. e. increasing our wealth, *it is manifest that a wife is a great evil; for her father gives a dowry with her, in order to get rid of a plague.*

629. κηδεύσας γαμβροῖς. Usitata constructio. Sic κηδεύουσι

τοῖς εὐδαίμοσι in fragmento Thyestæ apud Stobæum, p. 375. ed. Grot. MUSGR. Dicitur autem hic κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς quem *generum decorant* uxoris egregii *parentes;* ut loquitur Horatius, Carm. II. 4. 14. VALCK.

γαμβρὸς apud Tragicos plerumque est *Gener,* quamvis tamen affinem nonnunquam significat, proprie vero e parte Mariti. Uxoris cognatus πενθερὸς dicebatur. Sed hæ voces haud raro inter se permutantur, ut in hoc loco. Eustath. ad Hom. Il. E. 474. p. 572. 44. γαμβροὶ νῦν μὲν, οἱ κοινῶς ὅτω καλόμενοι· ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, Κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθέρους δηλοῖ, ὡς καὶ αὐτοὺς κατὰ γαμικὸν κτηθέντας συνάλλαγμα. καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ δὲ Οἰδίπους (Œd. T. 70.) γαμβρὸν ἑαυτοῦ τὸν τῆς Ἰοκάστης ἀδελφὸν Κρέοντα λέγει, ὡς ἐξ ἐπιγαμβρίας συγγενῆ, ἀλλαχοῦ μέν τοι κηδεστὴν, κυριολεκτῶν, αὐτὸν λέγει ἐν τῷ, Ἄναξ ἐμὸν κήδευμα.

632. πιέζει, *comprimit;* adhibetur quo ferme sensu Livius dixit, IX. 38. 14. *insignem dolorem ingenti comprimi animo.* VALCK.

634. τὸ μηδέν. *Res nihili: humile quiddam, et nullius pretii.* Cf. Androm. 691. Troad. 416. Soph. Œd. T. 1019. Œd. C. 918. Subauditur participium οὖσα.

635. σοφὴν δὲ μισῶ. Huc refer illud Epigrammation, cujus sensum, quia verborum haud memini, ita tibi propino: *At nolo, Docta mihi sit Uxor in toro; Est una cœlo Pallas, et hastam gerit.* Vide M. A. Mureti Var. Lect. VIII. 21. ubi mulieres eruditas plerumque libidinosas, hujus loci et Juvenalis testimonio, Sapphûs denique exemplo, confirmat. BARNES.

637. κακοῦργον. Ita nonnulli MSS. quod edidit Brunckius, probante Valckenærio. Vulgatum πανοῦργον defendit Monkius, citans v. 1390 infra: Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ᾽ ἐμήσατο.

638. ἀμήχανος γυνὴ quæ dicatur monuit Eustathius in Il. Z. p. 507, 52. Εὐριπίδης ἀμήχανον γυναῖκα τὴν εὐήθη λέγει, καὶ ἐναντίαν τῇ πολυμηχάνῳ. Talis, a sexu suo diversa, prorsus nescit εὑρεῖν ἐξ ἀμηχάνων πόρον· quæ Æschyli phrasis est in Prom. 59. Ex Eurip. Androm. 85. Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανὰς, γυνὴ γάρ εἶ· Donatus adhibet ad Terent. Hecyr. II. 1. 17. VALCK.

639. μωρίαν. Schol. τὴν πορνείαν; i. e. *libidinem, stuprum.* Cf. infra v. 963.

640. χρὴ δ᾽ ἐς γυναῖκας κ. τ. λ. Cum his comparari poterunt Eurip. Androm. 925. οὔ ποτε χρὴ τοὺς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶν γυνὴ, Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον ἐσφοιτᾶν ἐᾶν Γυναῖκας· αὗται γάρ διδάσκαλοι κακῶν. VALCK.

641. δάκη Θηρῶν. Eustath. in Hom. Il. Γ. p. 321, 36. Δάκος κ̀ Δάκετον τὸ θηρίον, ἢ τὸ πλῆρες Δάκετον θηρίον, ὡς δηλοῖ Εὐριπίδης ἐν τῷ, Ἄφθογγα δάκη Θηρῶν. Cum quævis etiam θηρία dicantur δάκη, per periphrasin θῆρες ἄφθογγοι hic dicuntur ἄφθογγα δάκη θηρῶν. VALCK. Eadem Periphrasis est in Æsch. Theb. 564. θηρὸς ἐχθίστου δάκους Εἰκὼ φέροντα. Similia vide ad Hec. 295.

642. Est illud ἵν' εἶχον ex Attico more, quo dicebant ἵν' ἦν, ἵν' ἀνέσπων, ἵν' ἐδόκουν, et similia. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 520. Obs. 5.

647. λέκτρων ἀθίκτων, *Lectorum non tangendorum*, quo sensu hæc vox proprie usurpatur. Iph. T. 182. Soph. Œd. T. 891. 897. Infra tamen v. 999. sensu activo construitur cum genitivo, ut in Soph. Œd. C. 1521. ἄθικτος ἡγητῆρος.

648. ἐξομόρξομαι. Hac structura verbum, clarissimo Ruhnkenio aliisque tractatum adhibuit in Elect. 498. Herc. F. 1371. Bacch. 325. Hic notat *abluendo expurgare*, atque ita *scelus expiare.* Senec. Hippol. 715. *Quis eluet me Tanais? Non ipse toto magnus Oceano pater Tantum expiarit sceleris.* Soph. Œd. T. 1276. Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην ὅσα Κεύθει. VALCK. Alexander Ætolus apud Parthenium, c. 14. Κρήναις κ̀ ποταμοῖς νίψετ' ἀεικὲς ἔπος. Ut hic Hippolytus aures, ita oculos, fœdo inquinatos spectaculo, abluendos censuit Minerva apud Statium, Theb. VIII. 765. *Nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons Ilissos multa purgarit lumina lympha.* MUSGR.

649. κακός. Supple πρᾶξαι, vel ὥστε πρᾶξαι, cui respondet ἀκούσας in versu sequenti. MARKLAND. Optime Grotius in Exc. p. 216. *Quî fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto.* VALCK.

650. Hunc versum et infra v. 1157. ob literam Σ ineleganter frequentatam notaverunt viri docti.

652. ὅρκοις θεῶν usitata phrasis est, ut Pind. Olymp. VII. 119. MUSGR. Vocem ἄφρακτος Reiskius solus cepisse videtur dum hæc interpretatur: *Nam si jurejurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insidias.* In ἄφρακτος λείπει τὸ ὢν, ut apud Thucyd. III. 83. ἄφρακτοι μᾶλλον διεφθείροντο. Schol. ἄφρακτοι· λείπει τὸ ὄντες. apud eundem III. 82. legitur εἰ ἴδοι ἄφρακτον—ἐτιμωρεῖτο. Schol. ἀσφαλὲς ἐνόμιζε τὸ ἐπιτίθεσθαι διὰ τὸ ἄφρακτον εὑρεῖν τὸν ἐναντίον τῇ ὅρκῳ τῷ θάῤῥει. Sæpius vox ista recurrit apud Thucydidem; sed in istis locis ponitur eodem ferme sensu, quo hic ab Euripide: sunt enim illic

ἄφρακτοι, qui, dum nihil ab hoste mali suspicantur, sibi non cavent sive armorum munimine, seu alterius rei fiducia. Hippolytus, sua simplicitate fretus et virtute, nihil sibi metuebat: nihilque mali suspicatus, *incaute* Diis testibus fidem suam obstrixit Phædræ Nutrici; atque ita ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος ὤν, ἡρέθη, *dum sibi non cavebat* a vetula, *jurejurando captus est,* tanquam laqueo. VALCK. Qui tamen ἡρέθην, quæ Piersoni est emendatio, jure improbat. Vulgo εὑρέθην, quod melius est.

654. ἔς τ' ἂν ἔκδημος. Subauditur ᾖ. Confert Elmsleius Med. 1143. ubi subauditur νομίζῃ. Dawesianam conjecturam, ἔς τ' ἂν ᾖ 'κδημος, edidit Monkius.

656. Secundum morem scribendi Euripideum, σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ significat *quando cum patre reverso huc rediero:* docente Marklando in Eurip. Suppl. 90. VALCK.

657. Hic πῶς notat *quo vultu,* ut supra v. 415. Ovid. Her. Ep. VI. 145. *Quo vultu natos, quo me, scelerate videres.* VALCK.

660. λέγειν, sc. κακῶς, quæ vox petenda est ex voce κακαί. Hoc usitatum est. MARKLAND.

666. κάθαμμα λύειν proverbialis locutio est. Suidas: κάθαμμα λύεις· ἐπὶ τῶν δύσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων. MSS. nonnulli pro λύσειν agnoscunt λύσιν. Legendum haud dubiè vel λῦσαι, vel λύειν. MUSGR.

673. Recte docet Monkius genitivum βίου pendere ab adjectivo verbali δυσεκπέρατον, adeo ut sensus sit, interpretante Censore Anglico, (*Quart. Rev.* T. VIII. p. 223.) *Which brings an unfortunate exit from life.*

676. Phædram δέσποιναν antea vocaverat Chorus v. 129. ne quis existimet, hoc nutrici tantum convenire. MUSGR.

677. διαφθορεῦ φίλων. Ita Valckenærius ex duobus MSS. Celeberrimus Fischer. apud Beck. Spec. 6. 11. tuetur vulgatum διαφθορὰ, quod ponderosius sit, quam διαφθορεῦ. Nomina vitiorum sæpe tribuuntur vitiosis. Soph. Elect. 301. ἡ πᾶσα βλάβη. Plurima exempla ibi allata sunt. Pro διαφθορὰ facit Plato, p. 424. B. ubi λώβη καὶ διαφθορὰ τῶν συγγιγνομένων. MUSGR. BECK.

679. πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν. Sunt penes me versus aliquot ex Rhesi prologo nondum editi; memorat in illis Poeta πόλιν Πριάμου βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην. Herodoti Glaucus VI. p. 479, 1. ἐκτέτριπται πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης. Virg. Æn. XI. 394. *Evandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum.*

682. σὺ δ' οὐκ ἀνέσχου. Supple σιγῶσα. Vide ad Phœn. 547.

683. ἀλλὰ δεῖ με δὴ κ. τ. λ. Vide supra ad v. 490. BARNES.

684. ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας. Placet Joh. nostri Piersoni correctio legentis νῦν τεθηγμένος. Hoc adhibent etiam isto sensu Tragici; compositum alibi forte non invenietur. νῦν hic vim suam habet; *jam ante durus et intractabilis, nunc incitatus ira* ἐρεῖ καθ' ἡμῶν κ. τ. λ. Animus *incitatus* ira, odio, vel alia perturbatione dicitur poetis τεθηγμένος. ὀργῇ τεθηγμένον dixit et Alcidamas, idcirco notatus Aristoteli Rhetor. III. p. 123, 7. Æsch. Theb. 721. Τεθηγμένον τοί μ' ὀυκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ. Prom. 308. τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους. Soph. Aj. 585. γλῶσσαν τεθηγμένην. VALCK.

686. Hunc versum, ut spurium, recte ejecit Brunckius.

695. εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κ. τ. λ. Bene se habet hæc lectio. De constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 508. 4. b.

696. πρὸς τὰς τύχας. Verto: *pro rerum exitu.* Sic Helen. 321. πρὸς τὰς τύχας τὸ χάρμα τοὺς γόους τ' ἔχε.—κεκτήμεθα. Hoc verbum, nomine virtutis aut vitii subjecto, non significat, quod putaret aliquis, virtutem ipsam aut vitium possidere, sed tantum famam aut opinionem ejus. MUSGR. Vide ad Med. 221.

697. κἀξαρκοῦντά μοι. Vide supra ad v. 277.

698. τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα σ. λ. *Ut, cum tantum mihi vulnus inflixeris, mecum verbis concertares.* VALCK. Anglice vertit Monkius: *After having injured me, then to meet me in argument.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 566. 3. Viger. Idiom. Gr. p. 268. ed. Oxon.

704. Diversa phrasis est supra v. 521. ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς. Vide Kuster. de Verb. Med. I. 67. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 485.

710. Clausulam sic interpretor: *Ego autem rogans te,* προτρέπουσα, ut juramenti sc. religione te obstringeres, *habeo consilium quoddam infortuniis hisce inventum atque excogitatum,* εὕρημα τῆσδε συμφορᾶς, *quod et mihi et liberis meis usui futurum est.* MUSGR. Conjecit Monkius προσκοποῦσ', quod certe Scholiastæ interpretationi melius convenit; ἀντὶ τοῦ ζητοῦσα καὶ ἐξερευνῶσα.

713. αὐτὴ τ' ὄνασθαι. Præcesserat ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν, sequi debebat, αὐτὴ δ' ὄνασθαι. In τὰ νῦν πεπτωκότα tesserarum ludum proculdubio respexit Euripides, a quo forte primus istas ad vitam quotidianam formulas transtulit Plato de Repub. X. p. 604. C. βουλεύεσθαι περὶ τὸ γεγονὸς, καὶ, ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων, πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ, βέλτιστ' ἂν ἔχειν—καὶ ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα

γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε ϗ ἐπανορθῦν τὸ πεσόν τε ϗ νοσῆσαν. Conf. Th. Gataker. A. M. P. c. 29. p. 741. et T. Hemsterhuis. in Lucian. T. I. p. 486, 6. Sua Terentius sumpsisse videtur ex Alexidis loco, cujus nobis initium servavit Stobæus p. 560, 15. Τοιῦτο τὸ ζῆν ἐστιν, ὥσπερ οἱ κύβοι· Οὐ ταὔτ' ἀεὶ πίπτυσι. VALCK.

718. θανεῖν· ὅπως δὲ, κ. τ. λ. Senecæ Phædra, Hipp. 258. *Decreta mors est: quæritur fati genus: Laqueone vitam finiam,* &c. In Senec. Œd. 1031. Jocastæ *mors placet: mortis via Quæratur.* Virgilii Dido: *ubi concepit nefas, evicta dolore, Decrevitque mori: tempus secum ipsa modumque Exigit:* Æn. IV. 475. Voce ὅπως *modus* significatur. Arist. Equit. 60. Κράτιστον ὖν νῷν ἀποθανεῖν· ἀλλὰ σκόπει Ὅπως ἂν ἀποθάνωμεν ἀνδρικώτατα. Eurip. Med. 224. Λέξον δ', ὅπως ὤλοντο. VALCK.

719. Hujus versus formula, εὔφημος ἴσθι, latet apud Ammonium Grammaticum in ἴσθι, p. 76. εὔφημος ἴσθι μῦνον ἐξορμωμένη. VALCK. Eadem extat in Orest. 1312. et similis, εὔφημα φώνει, in Iph. T. 670. Herc. F. 1156. Soph. Aj. 362. Elect. 1211. conferente Monkio.

720. Κύπριν τέρψω. *Venerem oblectabo:* illi enim ex animi sententia successerunt quæcunque in me machinata est. Contraria Daphnidis apud Theocritum sententia, qui moriens, ab Amore se victum non fatebatur: Δάφνις κεὶν ᾿Αΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. BRUNCK.

723. χἀτέρῳ, i. e. Hippolyto.

727. ἠλιβάτοις. Interpres *excelsis.* Præstitisset *immensis, ingentibus.* Sic Stesichorus, Hesychio teste, Τάρταρον ἠλίβατον dixit, idemque epitheton Q. Smyrnæus galeæ et muro tribuit, Lib. 7. mari quoque, Lib. 11. Adde Oppiani Halieut. III. 171. V. 66. Hesiod. Theog. 483. ἄντρῳ ἐν ἠλιβάτῳ. De voto chori conferri potest Soph. Trach. 470. Psalm. LV. 6. Solent autem aves peregre abituræ, de quibus hic cogitasse videtur Poeta, in cavernis rupium congregari. MUSGR.

732. Ἠριδανῦ θ' ὕδωρ. *Eridanique aquam, ubi stillant,* &c. Vide de Phaethontis sororibus in arbores conversis et Electrum stillantibus, præter Scholiastem, Ovid. Met. II. 364. BARNES.

737. Hesperidum littus Euripides nec in mari Mediterraneo, ut Lucanus Lib. 9. nec omnino in Africa collocat, ut Pherecydes apud Schol. Apoll. Rhod. IV. 1396. Patet hoc ex versibus mox sequentibus, ubi affirmat, nullam illuc navigantibus viam esse; ultimum enim navigationum termi-

num esse montem Atlantem, qui, ut ex Maximo Tyrio discimus, in ora Africæ occidentali situs est. Insulas, ni fallor, easdem intelligit, quas in vita Sertorii memorat Plutarchus, quarum descriptione adeo delectatus est Dux ille fortissimus, ut ibi, habitandi causa, proficisci cogitaret. Forte et Horatius eodem respexit Epod. XVI. 42. Utriusque certe descriptio optime convenit cum iis, quæ ab Euripide de his insulis traduntur. Musgr. Hesperides Nymphæ, de quarum nominibus egit Ill. N. Heins. in Ovid. Met. XI. 114. hic minime vulgari titulo ornantur τᾶν ἀοιδᾶν· et in Herc. F. 391. Hercules Ὑμνῳδοὺς τε κόρας Ἤλυθεν ἑσπέριον ἐς αὐλὰν, χρυσέων πετάλων ἀπὸ μηλοφόρον χερὶ καρπὸν ἀμέρξων. Sed et apud Apoll. Rhod. IV. 1399. circa arborem auriferam, et *divitis horti* (Manil. V. 16.) vigilem custodem: νύμφαι Ἑσπερίδες ποίπνυον, ἐφίμερον ἀείδουσαι. Diversimode fabulam de aureis Hesperidum μήλοις explicant Palæphat. de Incredib. c. 19. Juba apud Athen. III. p. 83. C. et doctus scriptor Homil. Clement. VI. 15. Valck. Pro ἀοιδᾶν recte Monkius reposuit ἀοιδῶν: illud enim est *cantilenarum*, hoc vero *cantatricum*. Præterea locis a Valckenærio allatis addit V. D. Hesiod. Theogon. 274. Γοργοὺς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, Ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι. 516. Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης, Πείρασιν ἐν γαίης, πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων, Ἑστηὼς, κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι. Milton. Comus. 980. *There I suck the liquid air, All amidst the Gardens fair Of Hesperus and his daughters three, That sing around the golden Tree.*

ἐπὶ ἀκτὰν Ἀνύσαιμι. Sic Soph. Trach. 659. τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε. Lucian. in Toxar. T. II. p. 68. ed. Græv. ἐτέλεσεν ἐς Σκύθας. Id. Hermotim. T. I. p. 558. ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖν, sc. ὁδόν. Ex Marklandi nota ad Supplic. 1149. Musgr. Vide Bos. Ellips. Gr. p. 206. ed. Oxon.

739. ἵν' ὁ ποντομέδων, κ. τ. λ. Virgil. Æn. IV. 480. *Oceani finem juxta, solemque cadentem, Ultimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas Axem humero torquet.* VI. 796. *Jacet extra sidera tellus, Extra anni solisque vias, ubi cælifer Atlas Axem humero torquet.* Eam in rem multa prostant. Valck. Vide infra v. 1050.

741. Pro vulgato Σ. τ. κυρᾶν in tribus Codd. ναίων invenit Musgravius; in uno velut variam lectionem adscriptum κυρῶν sive κύρων. Hoc κύρων adprobat Heathius, fassus tamen verbum illud se secundo tertioque, nusquam alibi legisse quarto casui junctum. Quinimo si hic positum ab Euripide fuit

rarius hoc sensu κύρων, scribi, nisi fallor, debuit: Σεμνῷ τέρμονι κύρων Οὐρανῶ· atque ita suspicor Æschyli imitatione primum scripsisse Euripidem; in secundâ Ed. more sui temporis locutum, dedisse Σεμνὸν τέρμονα ναίων. Tantali Æschylei versus aliquot præbet Plutarchus de Exil. p. 603. A. Θυμὸς δέ ποθ' ἁμὸς, ὀρανῷ κύρων ἄνω, Ἔραζε πίπτει, καί με προσφώνει τάδε, Γίνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν. VALCK.

742. τὸν Ἄ. ἔχει. Vide supra ad v. 525.

743. κρῆναί τ' ἀμβρόσιαι κ. τ. λ. Confert vir eruditus in Censura Trimestri Tom. VIII. p. 223. Milton. in Lycida, v. 15. *Begin then, Sisters of the sacred well, That from beneath the seat of Jove doth spring.*

744. κοίτην *thalamum* aliquando significare docebunt exempla ad Hecub. 1061. allata. Conferendi porro fontes in regia Æetæ apud Apoll. Rhod. III. 221. Pausanias: εἰσὶ δὲ καὶ ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ πηγαί. p. 105. Ed. Sylb. MUSGR.

745. ἵν' ὀλβιόδωρος αὔξει κ. τ. λ. In Parisino cod. quod legitur, ἵνα βιόδωρος αὔξει, si paululum adjuves, lectionem dabit spectabilem, ἵν' ἁ βιόδωρος αὔξει κ. τ. λ. [quam post Brunckium recepit Monkius.] Est certe βιόδωρος, æque ac Homericum Ζείδωρος, aptum epitheton telluris, Grammaticis etiam ad hoc interpretandum adhibitum, et Soph. Phil. 1161. ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. Neque hoc alteri non præponerem, si hic ageret de terra Poeta, quam homines incolumus *fruges consumere nati:* sed de tellure loquitur velut extra hunc orbem jacente circa hortum Hesperidum, ubi nectaris affatim erat atque ambrosiæ: hic idcirco, cautè posuisse videtur ὀλβιόδωρος ζαθέα χθών· ut intelligeretur Diis immortalibus τελείαν εὐδαιμονίαν διδοῦσα. VALCK.

746. θεοῖς suspectum Brunckio: forte olim θνατοῖς fuisse lectum putat, poetam de extrema terræ ora, quam Olympo, Deorum sedi, conterminam fingit, loqui. BECK.

752. ἢ γὰρ ἀπ' ἀμφ. κ. τ. λ. *Vel utrobique male ominata fuit, vel certe a parte Cretæ, tum cum Athenas advolavit.* MUSGR.

756. πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς, *tortas funium extremitates.* Sic vertendum; non *contorta initia.* Sic ὀθόνη τέσσαρσιν ἀρχαῖς, Actor. X. 11. Philo Vit. Mos. p. 434. Ed. Turneb. δοκίδος, ἧς τὰς ἀρχάς. Plutarch. Vit. Cic. ad finem: τὰς τῶν μηρυμάτων ἀρχὰς, *filorum extremitates.* MARKLAND. ἀκταῖς ἐκδήσασθαι πείσματα dicitur alibi ἀκταῖς δῆσαι, ἀνάψαι, et ἀνάψασθαι. Apoll. Rhod. II. 177. γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν. 462. πείσματ' ἀνάψασθαι γαίῃ. IV. 244. πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν Παφλα-

γόνων ἀκταῖσι. Horat. Carm. I. 32. 7. *religârat udo Littore navem.* Virgil. Æn. VII. 106. *Gramineo ripæ religarit ab aggere classem.* Ovid. Met. XIII. 439. *Littore Threicio classem religarat Atrides.* Senec. Med. 612. *Barbara funem religavit ora.* Conveniunt quodammodo cum his Euripideis ista Catulli Carm. LXIII. 171. *utinam ne tempore primo Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes,* nec *Perfidus in Cretam religasset navita funem.* VALCK.

761. ὑπέραντλος ἦσα συμφορᾷ. Hanc tralationis verecundiam laudat T. Hemsterhusius ad Luciani Timon. T. I. p. 109. qua Phædra dicitur, *gravi pressa et tantum non mersa calamitate, sic ut nullæ resistendi vires ultra suppetant.* VALCK. Apparet ex his versibus, Chorum nihil aliud expectasse, nisi ut Phædra mortem sibi consisceret. Cur igitur non impedire conabatur? Rationem quidem nullam video: tantum video, similem Euripidis et Xenophontis causam esse. Apud hunc enim Nutrix Pantheam a simili proposito nec vi, nec ope aliorum advocanda, sed precibus tantum avertere tentat; quæ postquam frustra fuerant, lacrymans considet, nec ultra Dominæ voluntati obsistit. MUSGR.

771. ἐν ἀγχόναις δέσποινα. Hoc paulo rarius. In Helen. 201. Λήδα δ' ἐν ἀγχόναις Θάνατον ἔλαβε. VALCK.

772. οὔκετ' ἔστι. Vide supra v. 356.

774. Erotianus Lex. Hippocr. ἀμφιδέξιος· Βακχεῖος φησὶν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς ἀμφήκης, ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφὲς δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Εὐριπίδης, ἐν Ἱππολύτῳ λέγων· Ἀμφιδέξιον σίδηρον. Quod addit Erotianus, μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος τῆς λέξεως, spectat Herodotum *anceps oraculum* ἀμφιδέξιον χρηστήριον eleganter vocantem, V. p. 421, 50. Euripides *gladium ancipitem* vocat ἀμφιδέξιον σίδηρον, quem ξίφος ἄμφηκες sæpe dicunt, et ἀμφίτομον Eurip. Elect. 164. 693. ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ πεπληγμένην dicitur Deianira Soph. Trach. 946. et Jocasta in Œd. T. 1252. κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς. VALCK.

776. φίλαι, τί δρῶμεν; in simillima dubitatione Chorus in Orest. 1533. HM. Τί δρῶμεν; ἀγγέλλωμεν εἰς πόλιν τάδε; Ἦ σῖγ' ἔχωμεν; HM. ἀσφαλέστερον φίλαι. VALCK.

779. Locutiones ἐν ἀσφαλεῖ, *in tuto,* οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ, *in periculo,* significant *tutum et periculosum.* Quod Euripides aliquoties πολλὰ πράσσειν, ut in hoc loco Hippolyti, in Supp. 576. Herc. F. 263. Antiopes Fragm. 79. Sophocles dixit περισσὰ πράσσειν in Antig. 68. τὸ γὰρ Περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα. Hic enim significantur etiam illa, *quæ nihil ad te attinent.* Euripidea nostra ex Hippolyto commodè Lipsius admovit

Senecæ de Tranquill. c. XII. ubi suum de animi Tranquillitate librum sic dicitur inchoasse Democritus: *Qui tranquillè volet vivere, nec privatim agat multa, nec publicè.* Græca Democriti, μὴ πολλὰ πράσσειν, et plura dabit Th. Gataker. ad M. Antonini IV. 24. ὀλίγα πρῆσσε. Alia Jer. Markland. ad Eurip. Supp. 576. Attigit et Bergler. in Aristoph. Ran. 233. VALCK.

780. Ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄ. ν. De hoc veterum more in dirigendo et extendendo ad pristinam formam functorum corpora, vide P. Victorii Var. Lect. X. 20. et Is. Casaubon. Lection. Theocrit. c. I. BARNES.

781. Materfamilias, cui τὰ κατοικίδια τῶν ἔργων, *rerum domesticarum custodia,* absente marito, erant demandata, οἰκουρὸς dicebatur; unde et οἰκούρημα *ipsam domus custodiam* significabat. Hunc igitur versum Anglicè interpretatur Monkius, *This is a calamitous house-keeping for my master.* Valckenærius autem οἰκούρημα pro οἰκουρὸς accipit, ut in Orest. 916. εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι Φθείρουσιν. ubi Schol. τὰ ἔνδον οἰκουρήματα interpretatur τὰς ἔνδον οἰκουροὺς γυναῖκας. Melior tamen videtur Monkii interpretatio.

786. Marklandus scribendum putabat οὐδ' ἄρτι, tum forte non recordatus, ut in οὐδέ τι, οὐ πάνυ τι, similibusque, de quibus egit H. Stephanus in Dial. Att. p. 81. sic quoque voculam τὶ sæpe πλεονάζειν in οὐ γάρ τι. Sophocles affatim dabit exemplorum: Aj. 1130. Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο Γυναικός. 1360. Οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους Φθείροις ἄν. Antig. 456. Οὐ γάρ τι μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε. 523. Οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο. Œd. T. 418. Οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ. 441. Οὐ γάρ τι σ' ἤδη μῶρα φωνήσοντ'. Ad minuta talia minus attendunt interdum homines eruditissimi.—[Neque tamen omnino πλεοναστικῶς sumenda est particula τι· valet enim οὔτι, *not at all, not in any respects.* Exemplis addit censor Anglicus Æsch. Prom. 275. Theb. 38. 201. Soph. Phil. 1331. Nostri Phœn. 111. Alcest. 431. Supp. 528. *Quart. Rev.* T. VIII. p. 223.] Hoc temporis articulo ab Euripide fingitur Theseus Trœzena Delphis rediisse, quo abierat Apollinem adhibiturus. Sive enim publico nomine civitatum illuc proficiscerentur velut legati, seu de rebus privatis Deum consulturi, dicebantur θεωροί· sibique Theseus ut θεωρῷ redeunti neminem prodire domesticorum indignatur, qui felicem reditum gratuletur. Quin et navis illa, quam ad Oraculum quotannis Athenienses coronatam miserunt, dicta erat θεωρὶς, eo quod in illa θεωροὶ

Delum veherentur: de qua Callimachus H. Del. 314. Ἔνθεν ἀειζώοντα Θεωρίδος ἱερὰ Φοίβου Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήϊα νηὸς ἐκείνης. Seneca fingit in Hippol. suum Thesea non Delphis, sed isthoc forte die reversum ab inferis, v. 835, &c. Illic v. 850. Theseus: *Quis fremitus aures flebilis pepulit meas? Expromat aliquis: luctus, lacrymæ et dolor, In limine ipso mæsta lamentatio, Auspicia digna prorsus inferno hospite:* quæ videri possunt de versibus Euripideis expressa. Suspicor in Ed. Hippolyti prima non Delphis, sed ab inferis, ut apud Senecam, rediisse Thesea: et prodeuntem in Scenam versus adhibuisse, quos ex Eurip. Hippolyto præbet Stobæus, Grotii p. 488. Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς γε πράσσουσιν καλῶς, Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ. Sic loquitur Theseus Senecæ, v. 835. *Tandem profugi noctis æternæ plagam, Vastoque manes carcere umbrantem polum. Ut vix cupitum sufferunt oculi diem!* Valck. Barnes.

788. Πιτθέως γῆρας. *Pitthei senectus*, i. e. *Pittheus senex.* Hujusmodi periphrases frequentant Tragici. Vide ad Phœn. 55. Nostræ simillimam locutionem confert Monkius, Juvenal. Sat. IV. 81. *venit et Crispi jucunda senectus.*

797. λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὸ σ. τ. Ad hanc Thesei quæstionem adscripta sunt, interpretamenti loco, sequentia in Cod. Paris. ἐκ μεταφορᾶς τῆς πάχνης, ἥτις πᾶσαν βλάστην διαφθείρει, quorum similia prostant in Scholiis et alibi. Senecæ Theseus in Hippol. 859. *Effare aperte, quis gravet mentem dolor.* Sed λύπῃ παχνωθεῖσα, quamvis dici possit *ægritudine confecta*, non tamen est proprie *gravata dolore*, sed cui pectus dolore sic est adstrictum, ut voci meatus et lacrymis intercludatur, quomodo Sapphoni Ovidianæ; *Adstrictum gelido frigore pectus erat:* Her. Ep. XV. 112. ἐπαχνώθη φίλον ἦτορ. Hoc figurato sensu qui verbum adhibent poetæ, Homerum secuti sunt et Hesiodum. Æsch. Choeph. 81. κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένη. Hesych. παχνουμένης· ἀνιωμένης. Valck. Vide Rhunken. Epist. Crit. T. I. p. 120.

798. τοσοῦτον ἴσμεν ponitur pro τοσοῦτο μόνον ἴσμεν, ut in Luciani Timone p. 158. ἢ τό γε τοσοῦτον παρανομήσαμεν, *hac una saltem vice.* Xenoph. Anab. V. p. 216, 38. τὸν μὲν ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη. Plene scripsit τοσοῦτο μόνον εἰδέναι in Œconom. p. 503, 6. ut Andocides Or. II. p. 22, 33. τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι. Similiter loquuntur Lysias et Demosthenes. Valck. Vide etiam ad Hec. 1097. Supra v. 358. Pro δόμους Lascaris habet δόμοις, quod recte edidit Musgravius,

eumque secutus Monkius. πάρειμι non est compositum ab εἶμι, *eo*, quod semper futuri significationem habet: sed δόμοις πάρειμι est *adsum ædibus.* Vulgatam male revocavit Matthiæ.

800. ἀνέστεμμαι κάρα. Theseus ab oraculo coronatus redit. Vide Scholiasten ad hunc locum, et paulo supra ad v. 786. Vide etiam Soph. Œd. T. 82. οὐ γὰρ ἂν Πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης. Scholium: Οἱ γὰρ ἐπί τινι αἰσίῳ παραγενόμενοι ἐκ Δελφῶν ἐστεμμένοι ἐπανῄεσαν. Aristoph. Plut. 21. οὐ γάρ με τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε. Vide Joh. Brodæi Miscel. IV. 15. Barnes. Lauream Apollinarem gestasse consultores sacrosque legatos usque dum domum rediissent ex lege Delphica discimus, auctore Livio XXIII. 11. ubi Q. Fabius Pictor legatus, cum Delphis Romam rediisset coronatus, in Senatu dixit, *se jussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea et oraculum adisset, et rem divinam fecisset, ita coronatum navim adscendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.* Illic in notis virorum doctorum plura prostant, quorum nonnulla jam dederat Kuster. in Arist. Plut. 21. Valck.

803. Pro ἐκλύσασθ' ἁρμοὺς recepi velut genuinum ἐκλύεσθ'. Hoc quoque præbet in hujus simillimo loco Medea, v. 1304. Χαλᾶτε κλῆδας ὡς τάχιστα, πρόσπολοι, Ἐκλύεσθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν. In Helen. 1180. ὠὴ, χαλᾶτε κλῇθρα, λύεσθ' ἱππικὰς Φάτνας, ὀπαδοὶ, κἀκκομίζεσθ' ἅρματα. Valck. Recte.

ὡς ἴδω δυσδαίμονα Γ. Ed. Ald. ὡς ἴδω τὸν δαίμονα MS. Flor. δαίμων solenniter a Græcis de rebus vel prosperis vel adversis adhibetur; rarius multo de spectaculo tristi, quale esset Phædræ suspendio necatæ. Unicum, quod novi, exemplum est Soph. Œd. C. 77. ἐπείπερ εἶ Γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος. Potes etiam δαίμονα simpliciter *letum* interpretari ex Homer. Il. Θ. 166. πάρος τοι δαίμονα δώσω. Hinc non male defendi potest Codicis Florentini lectio. Verum cum idem versus, paucis mutatis, infra vulgo occurrat, sc. post v. 819. ubi sensus nihil simile postulat, non possum non suspicari, διττογραφίαν hujus versus esse, quod ibi legitur; quam lectione aliquis vulgatâ emendatiorem esse animadvertens, in una pagina adscripsit, sequentes autem librarii eo in loco retinuerunt. Certè, si huc transferretur, commodum sensum faceret: Ἐκλύσασθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν Γυναικὸς, ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσεν. Musgr.

806. εἰργάσω Τοσοῦτον, ὥστε κ. τ. λ. Cum his jungenda videntur σᾶς χερὸς πάλαισμα μελέας· ubi hæc adscripta Codex dabat Parisiana: ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιστῶν, οἵ πνίγουσιν ἐν τῷ

τραχήλῳ παλαίοντες. VALCK. Qui Heathium secutus est, verba αἲ αἲ τόλμας κ. τ. λ. parenthesi includentem.

813. In hoc versu τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν præbent et Flor. et Paris. pro vulgato κάκιστ' ἐμῶν· quod utpote rarius in κάκιστ' a librariis videtur mutatum. μάκιστον adhibitum in Æschyli loco apud Longin. de Sublim. III. 1. in Soph. Phil. 846. redditur a Scholiasta μέγιστον. VALCK.

815. ἄφραστος. *Insperata, improvisa.* MUSGR.

816. κατακονᾶ μὲν ἦν ἀ. β. *Imo exitium vitæ intolerabile*, sc. mihi accessit. Repetendum est ἐμοὶ ἐπεστάθη, e. v. 814. Ita Scholiastes: καταφθορὰ ζωῆς ἀβιωτοποιὸς κατέλαβέ με. Et postea: γράφεται καὶ Κατακονᾶ μὲν ἦν, ἀντὶ τοῦ καταναλίσκει, quæ ad alteram lectionem pertinent, quam Monkius exhibet; κατακονᾶ μὲν ἦν ἀ. βίος.

816. κακῶν πέλαγος. Vide ad Med. 366.

818. ἐκνεῦσαι. De hoc verbo vide supra ad v. 470. BARNES.

821. τύχω, i. e. σκοποῦ. *Verum attingam.* Sic Æsch. Choeph. 12. Ἦ πατρὶ τὠμῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω χοὰς φέρουσας; MUSGR. Huic exemplo adjicit Monkius Nostri Iph. T. 1286. ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω; Æsch. Agam. 1241. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος Τύχοιμ' ἄν.

822. Confert Monkius Soph. Œd. T. 175. Aristoph. Ran. 1351. Nostri Herc. F. 503.

826. Non debuerant interposita distinctione divelli voces, τύχαν δαιμόνων. Fortuna etiam mala nobis divinitus oblata, sive δαίμων dicatur, seu τύχη, seu τύχη δαιμόνων, in talibus dictis nihil arbitror interesse. Euripides in Æolo ap. Stob. p. 568, 38. Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει κάλλιστ' ἀνὴρ οὗτος σοφός. Majorum autem facinora in posteris puniri statuit ex opinione vulgo recepta Tragicus Theseus, ut supra Phædra v. 340. infra Hippol. v. 1370. Iph. T. 190. VALCK.

829. κεδνὸν λέχος. Homerus ἀλόχους κεδνὰς dixit, et ἄλοχον κέδν' εἰδυῖαν. Hesiod. Theogon. 608. κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν. Euripides in Œdipo: Τέκνων ἁμαρτεῖν—'Αλόχου τε κεδνῆς.— κεδνῆς γυναικὸς meminit etiam in Alcest. 97. ex qua Tragœdia locum excitat Scholiastes huic nostro simillimum. Chorus Admetum usitata solatur consolantium formula, v. 431. Οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες. Apud Tragicos illa sæpe recurrit. VALCK.

834. κλύω subjunctivum esse Monkius monet. τίνος κλύω verterint nostrates, *from whom must I hear?*

841. ἔρημος οἶκος. Vide Markland. ad Supp. 1139.

845. Luna quomodo ἀστερωπὸς dici potest, non exputo. An legendum, κ̀ νυκτὸς ἀστερωπȣ̃ σελάναι, *Et noctis astriferæ nitores?* Nam σελῆναι in plurali de quovis genere luminum adhibuisse videntur. Hesychius: σελαίναι· λαμπάδες. MUSGR. Conjicit Jacobs. Ex. Crit. p. 51. ἀστερωπὸν σέλας vel σέβας.

851. ἥδε δέλτος. Tabellas has, quantum memini, veteres alii non memorant. Ausonius in Id. VI. 32. *Respicit abjectas desperans Phædra tabellas;* quas intelligit tabellas non satis liquet. Hinc suam δέλτον sumsisse videtur Heliodorus II. p. 68. quam intersectæ Thisbes invenerunt τῶν στέρνων ὑπὸ τῇ μασχάλῃ προκύπτȣσαν. VALCK. Interpunctionem variant Interpretes: alii post δέλτος, alii post ἠρτημένη, alii denique post νέον interrogationem ponunt.

853. λέχȣς κ̀ τέκνων. Subaud. περί. Vide ad Phœn. 1343.

857. Non constanter σφενδόνη *palam annuli,* i. e. ambitum, quo gemma cohibetur; [sed *gemmam ipsam* etiam] significat. Aristides, Tom. I. p. 523. ἐπιγράψαι εἰς τὴν σφενδόνην τȣ̃ δακτυλίȣ. Clem. Alex. p. 40. ἀποτυπȣ̃σι ταῖς σφενδόναις. MUSGR. Hesych. σφενδόνη· τȣ̃ δακτυλίȣ τὸ περιφερές· ἢ σφραγίς.

858. Quæ *nobis arrident* dicuntur ἡμᾶς προσσαίνειν. Æsch. Prom. 834. εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι, *si quid tibi horum adblanditur.* Agam. 1674. ȣ̓κ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν, *hominem malum adulari.* Canes, *quorum amans dominorum adulatio* dicitur Ciceroni de N. D. II. 63. σαίνȣροι· hinc etiam alia animantia, dum caudam blande movent, hominibusque alludunt, proprie σαίνειν dicuntur, προσσαίνειν, περισαίνειν, et ὑποσαίνειν. Ab istac origine significandi manârunt elegantes loquendi formæ. Apud Gellium N. A. V. 14. *leo caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque fere corpori adjungit,* προσσαίνει. Zenobius Cent. V. Pr. 50. meminit προσσαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων. Calpurnius Eclog. IV. 66. *blandæ cui sæpe canenti Allusere feræ.* Cerberus κέρκῳ σαίνων est in Aristoph. Equit. 1028. *Lupa* nutrix, *cauda teneris blanditur alumnis,* apud Ovid. Fast. II. 417. cujus est in Met. XIV. 258. *blandas movere per aëra caudas.* Stat. Sylv. III. 2. 38. Glaucus marinus dicitur *Litoream blanda feriens Anthedona cauda.* VALCK. Sed omnino consulendus est doctissimus Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Theb. 379.

862. μὲν ȣ̃ν. Forte μὲν ἂν—εἴη· ubi ἂν εἴη, *erit,* ut Alcest. 227. MARKLAND. Recte proculdubio. Ita sententiam Anglice vertit Censor eruditus in *Quart. Rev.* T. VIII. p. 223. *As for me, considering what has happened, a life scarcely*

tolerable will probably be my lot.—πρὸς τὸ κρανθὲν, *quod attinet ad id, quod peractum* est, ut supra v. 696.

865. λέγω est, *existimo, reputo;* ut centies in Euripide et aliis bonis scriptoribus, Herodoto, Sophocle, &c. Ita Actor. IV. 32. ἔλεγεν ἴδιον εἶναι. MARKLAND.

868. πρὸς γάρ τινος. Heathius vertit: *alicunde enim venientem:* i. e. a Theseo, in cujus vultu jam signa iræ effervescentis cernebat Chorus. BECK. Hoc ferme modo πρὸς adhibetur in Phœn. 362. μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ; similibusque, quæ tamen perpauca tantum dantur. VALCK.

869. κακὸν præbent Codd. Flor. et Paris. Parum refert utrum malum omen οἰωνὸν dicas κακοῦ, an κακόν· hoc tamen potius videtur Euripideum. Sic in Helen. 1050. κακὸς μὲν ὄρνις. Iph. A. 1326. πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγου. Orest. 776. οὗτος οἰωνὸς μέγας. VALCK.

880. Una voce mutata, more suo Tragicus, sæpe in diversis Tragœdiis eosdem adhibens senarios, hunc dedit in Elect. 253. οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν. VALCK.

882. ἃς ἐμοί ποτε 'Αρὰς ὑπέσχου. Accusativus is, a reliquis solutus, quibusvis usitatus Scriptoribus, et sæpe fuit a viris eruditis pertractatus. [Vide Matt. Gr. Gr. §. 426.]—Siqua fides hac in re Scholiastæ, de tribus optatis, antequam hæc evenirent, duo jam impetraverat Theseus: hæc enim tria memorat optata: τὸ ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου· τὸ ἀποστρέψαι ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου· τὸ πεμφθῆναι τῷ υἱῷ αὐτοῦ θάνατον. Eadem infra Scholiastes attigit in v. 1339. Sed duo priora hominum Theseus fuit adeptus beneficio; et de tribus concessis unum duntaxat Thesei novisse videntur optatum Euripides et Seneca; quorum loca quædam collegit Joh. Meursius in Theseo c. I. Sed fidem firmat Scholiastæ Cicero, ex tribus optatis hoc de Hippolyti interitu *tertium* appellans, de Off. I. 10. Qui hæc illic scripsit Cicero;—*si, ut in fabulis est, Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit: quo impetrato in maximos luctus incidit:*—Illum miror equidem post ista, III. 25. *Quid? quod Theseus exegit promissum a Neptuno?* cur hæc adjecerit: *cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de Noverca; quo optato impetrato Theseus in maximis fuit luctibus.* Hæc si forte Joh. Aug. Ernesto similibusque viderentur a mala manu Ciceronis orationi interjecta, his ego quidem perlibenter adstipularer. VALCK.

888. Codices in ἀπεύχυ ταῦτα conspirant: mihi tamen potius scripsisse videtur Euripides ἀνεύχυ ταῦτα. Alteri optata siquis evenire nolit, illa quidem dicitur quis ἀπεύξασθαι, ut in his Platonis de LL. III. p. 687. D. ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τῦ υἱέως εὐχὰς γίγνεσθαι. Sed qui palinodiam cantat, et sua ipsius optata revocat, is, ut opinor, dicitur ἀνεύξασθαι. quique illis alia substituit meliora, μετεύξασθαι. Hoc est in Eurip. Med. 597. οἶσθ', ὡς μετεύξει, καὶ σοφωτέρα φανεῖ; VALCK. Qui duo exempla istius verbi ἀνεύξασθαι significationis e Platonis Alcib. II. adducit. Vulgatam defendit Monkius, eo quod palinodia per vocem πάλιν significatur, et vim quandam addit ἀπεύχυ.

889. αὖθις, *posthac*, ut supra v. 311. De constructione vide ad v. 303.

890. πρὸς, *insuper:* Subauditur τύτοις. Vide ad Phœn. 619.

895. ἀντλήσει βίον, *vitam exiget.* De hoc verbo vide ad Orest. 1636.

902. Formula, ἔα, τί χρῆμα; est rem inexpectatam admirantis: Orest. 1568. ἔα, τί χρῆμα; λαμπάδων Ὁρῶ σέλας. Androm. 878. ἔα, τί χρῆμα; μῶν ἐσφάλμεθ', ἢ σαφῶς ὁρῶ κ. τ. λ. VALCK. Anglice dixeris; *Ah! what's the matter?* Vide ad Hec. 956.

905. Recte Scholiastes ista, οὔπω χρόνον παλαιὸν, interpretatur, ὐ πρὸ πολλῦ χρόνυ, ἀλλ' ἔναγχος. Est tamen illud paullo insolentius. Soph. Phil. 494. Ὃν δὴ παλαιὸν ἐξότυ δέδοικ' ἐγὼ Μή μοι βεβήκοι. ubi παλαιὸν etiam explicat Scholiastes: πρὸ πολλῦ χρόνυ. In Eurip. Iph. A. 409. χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν. VALCK.

910. Scholiast: λίχνος· ἐπιθυμητίκη, περίεργος.

911. Verbum κρύπτειν duplicem regit accusativum. Soph. Elect. 957. οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι. Ita apud Latinos, *celare aliquem aliquid.* Ter. Adelph. I. 1. 29. *Ea ne me celet consuefeci filium.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 412. 8.

913. ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄ. μ. Lego: ὦ πολλὰ μανθάνοντες ἄνθρωποι μάτην. Sensus et scholiastes verum docent. Vide etiam Hec. 798. MARKLAND. Recte omnino. Nihili est Valckenærii objectio, de docentibus, non de discentibus, sermonem esse; is enim, qui alios docet, prius ipse discat necesse est. Neque enim potest a prioribus separata vox μάτην ad sequentia referri. Particula enim τι, sequente δὴ vel δῆτα, non nisi in initio sententiæ adhibetur, monente viro doctissimo in censura Trimestri, T. VIII. p. 224. Confer vv.

800. 801. 1057. Hec. 970. Phœn. 734. 740. 927. 1615. Med. 669. 673. 918. Alc. 548. 705. Androm. 84. 405. Supp. 736. 947. 1098. Iph. A. 1418. 1426. Herac. 162. Ion. 256. Soph. Aj. 109.

918. δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, κ. τ. λ. Ad Sententiam Theognidea respondent 437. διδάσκων Οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν. et v. 432. Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτο ἔδωκε θεὸς Ἰᾶσθαι κακότητα—Πολλοὺς ἂν μισθοὺς κ̀ μεγάλους ἔφερον, quæ cum sequentibus adhibet in Menone Plato T. II. 95, 96. Peritum talem sapientiæ doctorem δεινὸν σοφιστὴν vocat Euripides: non in laudem certe vocabat Demosthenem Æschines δεινὸν κ̀ γόητα κ̀ σοφιστὴν, ipso teste Demosthene de Cor. p. 185. m. Sed olim Σοφιστὴς honesta sapientum fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio. Aristides, T. III. p. 517. Οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν;—οὐκ Ἀνδροτίων τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε; Eustath. in Il. O. p. 1028, 53. Σοφοκλῆς δὲ, φασὶ, τὸν κιθαρῳδὸν Σοφιστὴν λέγει. VALCK.

920. Parum refert in talibus utrum dicatur ἐν δέοντι, ἐν δέοντι καιρῷ, ἐν καιρῷ, an ἐς δέον. [Vide Orest. 202. Schæfer. ad Bos. Ellip. in voce καιρός.] Incerti senarius est apud Stobæum p. 217, 6. Ληρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν.—λεπτουργεῖν hic idem pæne notat ac Aristophaneum [Nub. 320.] λεπτουργεῖν, *minuta subtiliter persequi.* Adhibetur et ἐκλεπτουργεῖν, et in eundem sensum μικρολογεῖσθαι, quod in Aristidis Panathen. T. I. p. 240. περὶ σμικρῶν λέγειν Schol. ineditus interpretatur. VALCK.

921. ὑπερβάλῃ. i. e. ut opinor, *modum excedat*, vel *deliret*, propter calamitates. JORTIN. Aristoteli τὰ ὑπερβάλλοντα sunt *nimia*. Sic Ethic. Nic. 11, 2. τὰ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, κ̀ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν. Confer et Alcest. 1087. MUSGR.

922. φεῦ· χρῆν βροτοῖσι κ. τ. λ. Vide similem locum Medeæ, v. 513. BARNES.

925. δισσάς τε φωνὰς κ. τ. λ. Nempe χρῆν, quod est in v. 922. His nostris similia leguntur in Hec. vv. 1163—1167. Senec. Hippol. 918. sqq. VALCK.

927. ὡς non cum Heathio capiendum pro οὕτως *ita*, sed pro ἵνα *ut;* quod sic a quibusvis, oratoribus etiam Atticis, jungi solet interdum cum indicativi tempore præterimperf. Ὡς, pro ἵνα positum, etiam poetis. VALCK. Vide supra ad v. 642.

929. ἀλλ' ἦ, *num*, formula interrogantis est, velut in Xenoph. Sympos. p. 510, 17. ἀλλ' ἦ οὐδένα σε εἴληφε; Soph. Elect. 879. ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα; VALCK. Qui tamen lectionem

Aldinam ἀλλ' εἴ τις revocavit, deleta in altero sententiæ membro particula δέ. Exempla insuper dedit Monkius Ion. 755. ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ; Phœn. 1704. ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;

διαβαλὼν ἔχει Æm. Portus recte explicat διέβαλε. [Vide Matt. Gr. Gr. §. 559. b.] εἰς σὸν ὅς με διέβαλε, sicut in Callim. H. Apoll. 105. Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν, ex emendatione vera Dawesii, qui plura similia collegit. *In aurem dicere*, et *ad aurem insusurrare*, locutiones Latinas attigerunt D. Lambin. in Horat. Serm. I. 9. 9. et N. Heins. in Ovid. Her. III. 23. VALCK.

931. Perversa Codicis Parisianæ scriptio, ἤτοι πέπληγμαι, ne cui fraudi sit, istiusmodi tmeses apud Atticos Poetas in senariis rarissimas esse cogitanti, sciendum est illis Euripidem parce quidem usum, adhibuisse tamen nonnunquam; quin hoc ipsum supra v. 341. ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῖ προβήσεται λόγος; Herc. F. 1077. ἔκ τοι πέπληγμαι· πῦ ποτ' ὢν ἀμηχανῶ; Orest. 1040. ἔκ τοι με τήξεις. Hujus similes dantur tmeses in Orest. 209. ἐκ δ' ὄμορξον. Alcest. 566. ἐν δὲ κλήσατε Θύρας. Herc. F. 53. ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι. Aristoph. Acharn. 294. κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις. Vesp. 781. ἀνά τοι μὲ πείθεις. VALCK.

932. παραλλάττειν, *delirare*. Plato Timæo: εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν, p. 1046. D. MUSGR. Legendum ex emendatione Blomfieldii ἔξεδρον. Confer Herac. 704. τί χρῆμα μέλλεις σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν.

935. Cum Musgravio recepi βίοτον, pro βίοτος, ex Codd. MSS. Hac lectione memorata Heathius, *quam*, inquit, *sententiam ex lectione illa elicit conjicere nequeo.* Sententiam tamen aptissimam ex illa Scholiastes exhibuit: εἰ γὰρ κατὰ ζωὴν ἑκάστου ἀνδρὸς ἡ κακουργία αὐξάνεται· et Scholiasten citans Musgravius eandem se probasse declaravit. Hoc autem modo verba construenda videntur: εἰ γὰρ τῆς βροτείας φρενὸς τὸ θράσος ἐξογκωθήσεται κατ' ἀνδρὸς βίοτον, i. e. κατὰ γενεάν. Perperam et olim et nuper viri docti hæc tentarunt, κατ' ἄνδρα legentes, vel ἄνδρας. In ἐξογκώσεται, veteri more scribendi pro ἐξογκωθήσεται posito, nemo hærebit, qui quidem recentiorum legerit ea de re observata. VALCK. Consulendus omnino Monkius de his futuris mediæ formæ passivè significantibus ad hujus dramatis versum 1450.

936. Ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν κ. τ. λ. Hujus versus ex præcedente clara etiam est sententia: *si filius patrem semper malitia superabit;* quo sensu Horat. Carm. III. 6. 46. *Ætas parentum, pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Pro-*

geniem vitiosiorem. Dici quidem potest εἰς ὑπερβολὴν πανῦργος ut ἀγαθὸς εἰς ὑπερβολὴν Antiphani apud Athen. VI. p. 238. B. Hic vero dicitur quis πανῦργος (ἐσόμενος) εἰς ὑπερβολὴν τῦ πρόσθεν, ut loquitur Anaxilas Com. Athen. XIII. p. 558. A. Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ Χίμαιρα πυρπνόος Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τῦ καταπτύστυ γένυς; VALCK.

943. ἐλήλυθας. Lego ἐλήλυθα, ut dicat Theseus, non sibi jam metuendum esse, ne ex Hippolyti adspectu piaculum contraheret, cum ex Phædræ cadavere prius contraxisset. Impiorum adspectum et alloquium piaculare habitum esse colligi potest ex Herc. F. vv. 1190. 1204. MUSGR. Vide ad Orest. 47. Sin autem Musgravii correctio accipienda est, quod tamen dubitandum, melior videtur Valckenærii explicatio: *quandoquidem mihi jam piaculum contraxi, tecum collocutus, qui tanto sis scelere contaminatus.*

945. περισσός. Præter cætera, quibus vere docet *eximium* hac voce significari, excitat etiam Eustathius velut Euripideum τὸ, Περισσὸς ὢν ἀνὴρ, in Hom. Il. Δ. p. 369, 14.—Supra dixit Hippolytus ad Dianam v. 89. Σοὶ καὶ ξύνειμι· et hanc excellenti morum puritate quæsitam forte sæpius sibi sumserat superbiam: illam hic acerbe pater irridet, cujus indignantis inservit ironiæ veteribus usitatissimum illud δή. Ὡς δὴ σὺ σώφρων est in Androm. 235.—Σὺ δὴ θεοῖσι κ. τ. λ. *Tu scilicet! cum Deabus versaris familiariter velut præ cæteris vir eximia virtute præstans!* VALCK.

950. καπηλεύειν proprie est *cauponari,* i. e. Anglice *to retail.* Æsch. Theb. 551. οὐ καπηλεύειν μάχην, quod optime vertit Blomfieldius, *to fight by wholesale.* Hinc etiam denotat *fraudem facere:* quo sensu et hic usurpari videtur. Sed, quod observat Valckenærius, " quæ dici possent ad καπηλεύειν paucis explicari nequeunt."

Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων Βάκχευε. His mihi verbis Euripides docte et vere Bacchicis, Orphicis, et institutis Pythagoricis eandem videtur originem adsignasse. Herod. II. 81. ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι, καὶ Βακχικοῖσι, ἐῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι, καὶ Πυθαγορείοισι. [Ita enim textum restituit V. D.] Orphei certe instituta sectatus Pythagoras ab illo quoque mutuatus est abstinentiam ab animalibus: ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστορῦσιν, inquit Plutarchus in VII. Sap. Conv. p. 159. C. VALCK. Hinc et Horatius de Arte Poet. 391. *Sylvestres homines sacer interpresque Deorum Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus.* Sed viro docto in Censura Trimestri T. VIII. p. 224. respicere videtur poeta

τὺς Ὀρφεοτελέστας, qui incantationibus suis indoctos quosdam et superstitiosos inter Athenienses fallere solebant; quod patet ex Theophrasti Charact. 16. Confer Eurip. Alcest. 983. Cyclop. 639.

951. καπνὸς propriè *fumum; inde etiam res viles, et inutiles, nugas* significat. Soph. Ant. 1169. ἐὰν δ' ἀπῇ Τύτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνῦ σκιᾶς Οὐκ ἂν πριαίμην. Arist. Nub. 319. καὶ περὶ καπνῦ στενολεσχεῖν. Schol. ἀντὶ τῦ περὶ μηδενὸς καὶ κενῶν πραγμάτων.

952. ἐπεί γ' ἐλήφθης. Velut ἐπ' αὐτοφώρῳ, *in ipso crimine deprehensus es:* quibuscum sæpe junguntur ἁλίσκεσθαι et ληφθῆναι· atque illud etiam legitur paulo post. v. 956. ἐν τῷδ' ἁλίσκει πλεῖστον. In Eurip. Cyclop. 260. pro ἐπεὶ κατελήφθη egregie restituit Heathius: ἐπεί γ' ἐλήφθη σοῦ λάθρα πωλῶν τὰ σά· male dubitans de bonitate suæ correctionis: cum verbum simplex, quod versui congruit, sit in talibus usitatum. Soph. Trach. 821. Τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βυλεύσασ' ἐμῷ Καὶ δρῶσ' ἐλήφθης.—λελήμμεθα sic legitur in Eurip. Ion. 1113.—Antiphon. p. 111, 44. ληφθεῖσαν, dixit, τὸν θάνατον τὸν ἐκείνυ ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην. Demosthen. c. Mid. p. 359. §. 260. ἐπειδήπερ εἴληπται, πᾶσιν ὑπὲρ ἁπάντων ἐστὶ τιμωρητέος. Demosth. c. Timocrat. p. 451. §, 79. ὃ σὺ νῦν εἴληφαι ποιῶν. VALCK.

953. θηρεύυσι γὰρ κ. τ. λ. Senecæ Theseus, Hippol. 918. *O vita fallax! abditos sensus geris, Animisque pulcram turpibus faciem induis.* Hoc similibusque dictis notatos voluit Euripides, qui, sæpius introrsum turpes, pelle decora speciosi Philosophos mentirentur. Androm. 331. Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὖ φρονεῖν Λαμπροὶ, τὰ δ' ἔνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι. A. Gellii familiaris indignabatur, N. A. XIII. 8. *quod homines ignavi et desides vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Propert. II. 25. 23. *Sed nunquam vitæ fallet me ruga severæ.* VALCK.

962. Carissima quævis, *uxorem, liberos,* &c. Poetæ vocabant τὰ φίλτατα, rarius alii. Xenophon tamen etiam, Cyrop. IV. p. 59, 2. Æschines c. Ctesiph. p. 64, 42. Lucian. II. p. 154. Maxim. Tyr. XXX. 7. Polyæn. IV. 6. 13. *Vitam,* ut hic, Eurip. Alcest. 352. Σὺ δ' ἀντιδῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα Ψυχῆς ἔσωσας. Cum his Euripidis commode Brumæus comparavit ista Didûs, Ovid. Her. VII. 47. *Exerces pretiosa odia, et constantia magno; Si, dum me careas, est tibi vile mori.* VALCK. Monkius tamen et hic et in Alcestidis loco citato τὰ φίλτατα de marito et liberis intelligit, quos cum vita simul Phædra amiserat: nostra vertens, *If from her hatred*

of you she lost her dearest connexions. Parum refert, utrum sequamur.

963. In hoc versu ἀλλ' ὡς supplendum relinquitur e v. 959. ἀλλὰ (φήσεις) ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι, ut in v. 1010. VALCK. τὸ μῶρον est *libido*, ut supra v. 639.

969. νεκροῦ. Vide ad Hecub. 660.

970. ἔξεῤῥε γαίας. Cum ἔξεῤῥε conferri potest Aristophaneum ἄπεῤῥε· est et ἀπέῤῥων in Eurip. Herc. F. 257. Simplex ἔῤῥε vel ἔῤῥειν, cum frequentissimum sit, raro adhibentur composita, ἀνεῤῥεῖν, εἰσεῤῥεῖν, περιεῤῥεῖν sive περιέῤῥειν. VALCK.

971. Athenas θεοδμήτους vocat, uti Scholiastes observat, non quod a diis aliis ædificatæ fuerint, sed a Minerva tantum: Hinc Παλλάδος πόλιν Poetæ passim vocant: de qua re videsis Johan. Meursii de Fortuna Athenarum, c. 2. p. 8. Vide ad Iphig. T. 1415. BARNES.

974. Ἴσθμιος Σίνις. De hoc Latrone videsis Pausaniam in Corinthiacis I. 37. De quo licet Scholiastes aliam narret historiam circa grabbatum illius, non tamen omisit et illam de ligatis ad arbores hominibus: unde Πιτυοκάμπτης dicebatur. Vide etiam Ovid. Met. VII. 440. *Occidit ille Sinis magnis male viribus usus. Qui poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late Sparsuras corpora pinus.* BARNES. Ita historiam tradit Apollodorus, III. 16. Δεύτερον δὲ Θησεὺς κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου. οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο. οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἴσθμον, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι. οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν, καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλοντο. Confer Diod. Sic. IV. 59. Hinc quivis latro σίνις appellabatur, ut in Æsch. Agam. 726. Callim. H. Apoll. 92. Hesych. Σίνις. κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής.

975. Post κομπάζειν μάτην supplendum φήσει. BECK.

976. Σκειρωνίδες Πέτραι. Vide de his Scholiasten: et Ovid. Met. VII. 443. ubi de Thesei gestis, et Scironis ossibus in scopulos mutatis. BARNES. θαλάσσης σύννομοι est *mari vicini;* metaphora ab equis ducta, qui iisdem pascuis utuntur. Helen. 1499. σύννομοι νεφέων.

980. Πάτερ, μένος μὲν, κ. τ. λ. In his egregie crimen objectum refutat Hippolytus Euripidis, qui propter hæc et similia Quinctiliano dicitur, Inst. Orat. p. 897. *in dicendo ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus.* ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν acerbe vocabat Nostrum Comicus in Pace v. 533. VALCK.

982. διαπτύξειεν. Schol. ἐρευνήσειε. Cf. Soph. Ant. 709.

983. ἄκομψος. Recte vertit Monkius *non loquax*, i. e. *callidi et arguti sermonis non peritus*. κομψὸς enim est *loquax* in Supp. 426. Troad. 655. Cyclop. 315. Conf. Iph. A. 322.

988. πρῶτον δ' ἄρξομαι λέγειν, κ. τ. λ. Huic nostro loco similis Eurip. Med. 472. ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν. In Suppl. 517. καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ' ἀμείψομαι. VALCK.

995. ἀπαγγέλλειν, vulgo. ἐπαγγέλλειν correctio est Miltoni, qui vertit *neque inhonesta petere*, teste Porsono. Vulgatum retinuit Monkius.

999. In Antiphontis Or. II. p. 115, 23. πολλὰς γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷλεν, *sæpius actor neminem in judicio superavit*. Hoc sensu forensi verbum frequentarunt imprimis Oratores, rarius, ut hoc versu, Tragicis adhibitum. Eurip. Ion. 1214. ἐπ' αὐτοφώρῳ πρέσβυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι. VALCK. De voce ἄθικτος vide supra ad v. 647.

1003. παρθένον ψυχὴν dixit Euripides, Æschylum imitatus, qui purum sive integrum *fontem* dixerat παρθένον πηγὴν in Persis, v. 615. *Incæduæ* circa Almæonis monumentum cyparissi, velut intactæ, παρθένοι dicebantur Arcasin, teste Pausan. VIII. p. 646. Sed sunt ista talia multo magis usitata in recentioribus. Philo tamen Judæus jam dixit p. 698. C. τὰς καθαρὰς, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας. et p. 742. A. παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι. VALCK.

1004. καὶ δὴ τὸ σῶφρον. Vide ad Med. 390.

1006. πότερα τὸ τῆσδε κ. τ. λ. Eleganter dictum, ut et Med. 936. δῶρ', ἃ καλλιστεύεται Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολὺ, i. e. ἃ τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποις ὄντων κατὰ πολὺ κάλλιστά ἐστι. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 370. a.

1007. οἰκήσειν δόμον. Vide ad Phæn. 611.

1008. Vice simplicis ἤλπισα hic adhibetur ἀπήλπισα, quod aliquando fieri monitum fuit ad Lucian. T. I. p. 345. f.— Ad ἔγκληρον εὐνὴν adscriptum in Paris. Cod. εὔπορον ἢ μονοκληρονόμον. Hesychius: ἔγκληρον· ἐπίκληρον, πλούσιον· quorum hoc voci εὔπορον respondet; illud voci μονοκληρονόμον. Propria voce Attica dicendam ἐπίκληρον, ἔγκληρον dixit Eurip. Iph. T. 665. VALCK. Neque tamen ista vox ἐπίκληρος (Anglice *an heiress*) Phædræ nuptiis, post mortem Thesei, omnino consentit, monente Monkio. Vide Rhunken. ad Timæum, p. 209.

1009. Pro οὐδαμῆ scribo κοὐδαμῆ, et φρενῶν pro φρονῶν, [quæ vulgata est lectio.] Scholiastes explicat per οὐδαμῆ φρονήσεως. Sic οὐδαμοῦ γῆς. Soph. Elect. 390. ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν; MARKLAND.

1010. ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδύ; Vide supra ad v. 963.

1011. τοῖσι σώφροσιν Ἥκιστά γ'· εἰ μὴ κ. τ. λ. Post Valckenærium confert Monkius Ion. 623. Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης, Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ Λυπηρά. 627. δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς Ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν. Soph. Œd. T. 687. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν Τύραννος εἶναι μᾶλλον, ἢ τύραννα δρᾷν, Οὔτ' ἄλλος, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

1016. Nobis quidem placet vulgata Πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι, κίνδυνος δ' ἀπὼν κ. τ. λ. aliter Valckenærio. Monkius etiam vulgatam retinuit.

1022. Νῦν δ' Ὅ. σοι Ζ. κ̣̀ π. χ. Ὄμνυμι.—*Jovem* jurat *jurisjurandi vindicem* et *Terram matrem.* Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ est in Soph. Phil. 1318. Ὅρκιον etiam Jovem attigit T. Hemsterhusius in Lucian. T. I. p. 99.—Πέδον χθονὸς ut Eurip. Med. 741. ὄμνυ πέδον γῆς, et *Solem*, v. 747. ὄμνυμι γαῖαν λαμπρὸν, Ἡλίου τε φῶς. Hinc distat Ænææ Virg. Æn. XII. 176. *Et nunc Sol testis et hæc mihi terra precanti.* VALCK.

1023. ἅψασθαι γάμων. Vide ad Phœn. 946.

1024. μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἐ. λ.—*Jovem juro et Terræ solum, tuum me nunquam attigisse lectum, neque futurum, ut id unquam velim aut cogitem.* ἂν, sic junctum temporibus infinitivis, præsenti et aoristis vim indit futuri: qui usus voculæ pervulgatus est. VALCK. Vide supra ad v. 519.

1026. Hunc versum, velut ex v. 1045. partim male efformatum, spurium censet Valckenærius.

1027. κ̣̀ μήτε πόντος, κ. τ. λ. Qui gravi quodam facinore notati e vita migrabant, omni sepultura indigni habebantur, præcipue homines incesti, cujus criminis ipse nunc Hippolytus a patre insimulatur. Huc refer illud Agathiæ Histor. Lib. 2. ubi scribit: *Duos Philosophos e Perside redeuntes incidisse in cadaver, barba promissa venerabile: quod pietate moti terra illi condiderunt. Cum vero se insequenti nocte quieti dedissent, eadem cadaveris forma, utrisque apparere visa, his verbis ad eos est usa:* Μὴ θάψῃς τὸν ἄθαπτον· ἔα κυσὶ κύρμα γενέσθαι· Γῆ πάντων μήτηρ μητροφθόρον οὐ δέχετ' ἄνδρα. *Ne sepeli indignum: canibus sine præda ego fiam: Haud vult Terra parens raptorem condere matris.* Unde patebat, hunc virum matri suæ flagitium fecisse: quare nec sepultura dignus habebatur. Et hanc sibi pœnam Hippolytus hic imprecatur, si novercæ stuprum intulerit. BARNES. Simile votum Pyladæ in Orest. 1079. Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδοὺς ποτε, Ἐλευθερώσας τοὐμὸν, ἀπολίποιμί σε. VALCK.

1029. εἰ δ' ἥδε κ. τ. λ. Ab Hippolyto hoc vere dici poterat, dubitarique adeo, utrum indignata repulsa Phædra vitam sibi eripuisset, an metu: *Judiciine meiu magis, offensane repulsæ:* Ovid. Met. XV. 502. Valck.

1031. ἐσωφρόνησεν οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν, Ἡμεῖς δ', κ. τ. λ. Horum diversæ prostant interpretationes: proximè veram hæc mihi videtur accedere Heathii: *Illa casta et pudica existimata est, cum pudicitiam revera non habuerit: nos vero, qui habemus, infelici successu ea usi sumus.* Ausonius, p. 527. *pudicum Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.* Ludit et in ambiguo verbo σωφρονεῖν significante, *sana mente esse; prudenter agere.* Videri Phædra poterat morte sibi sua castitatis famam prudenter comparasse; contra Hippolytus nihil aliud efficisse sua pudicitia, quam ut patris cubile temerasse censeretur. Oxymori figuram notissimam præ cæteris adamavit Euripides: cujus et ista sunt in Hec. 561. ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης. Phœn. 357. μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην. Ion. 1443. ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι. Recte judicavit St. Berglerus, ista talia ridenda sibi Comicum sumsisse, dum in Acharn. 395. interroganti, ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης; servulus respondet, Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις· ubi præter alia Euripidis hunc quoque versum adscripsit Berglerus.—Est in Antholog. Lat. I. 153. de Hippolyto et Phædra: *Vincere falsa pudor poterat: sed castus et insons Erubuit Phædræ vincere falsa pudor.* Valck.

1035. Quod codex dabat Paris. οὐ γόης, ut animosius, recepi pro καὶ γόης. Eurip. Hec. 487. Οὐχ ἥδ' ἄνασσα—οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ; In Bacch. 215. memoratur γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός. Attigit hæc J. Pierson ad Mœr. Att. p. 113. Valck. Pollicebatur hoc hominum genus se μεταποιεῖν τὰ εἱμαρμένα. Philostrat. vit. Apollon. V. 4. Musgr.

1036. εὐοργησίᾳ. Ita MS. A. et, ni fallor, Scholiastes: exponit enim per πρᾳότητι. Cæteri, ut vulgo, εὐορκησίᾳ, quæ vox alibi vix extat. εὐοργησίαν vide Bacch. 597. [πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.] Musgr. εὐοργησία *morum* erat *atque ingenii bonitas*, qua suam se patri speraverat Hippolytus innocentiam potius probaturum, quam jurandi formulis. *Morum etiam lenitate commendabilis* εὐόργητος dicebatur. Plutarch. T. II. p. 413. C. εὐόργητος γάρ ἐστι καὶ πρᾶος. Præter cæteros, ὀργὴν de moribus et ingenio frequenter dixit Theognis. Valck.

1040. φυγαῖς ἐζημίουν. Unius exilium vocat φυγὰς Orest. 504. φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή. Theseus Euripidis ap.

Plutarch. T. II. p. 112. D. φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς. VALCK. Cf. etiam infra v. 1167.

1042. οὐχ οὕτω θανεῖ, κ. τ. λ. Thesei Euripidei sententiam accurate Horatius expressit; Epod. XVII. 62. *Sed tardiora fata te votis manent: Ingrata misero vita ducenda est in hoc, Novis ut usque suppetas laboribus.* VALCK. Ita Sallustius de Conjuratione Catalinæ Cæsarem inducit loquentem: *In luctu atque in miseriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalia mala dissolvere; ultra neque curæ, neque gaudio locum esse.* BARNES.

1050. τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν. Ita MSS. nonnulli. Cæteri, ut vulgo, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν, quod defendi posset ex Æsch. Prom. 348. Pers. 447. 792. 798. Eumen. 292. MUSGR. At nihil est cur vulgata minus placeat. Altera lectio e v. 3. exorta videtur.

1052. Οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, κ. τ. λ. Vide infra v. 1311. ubi ob hanc temeritatem Theseus arguitur. BARNES.

1054. ἡ δέλτος ἥδε, κ. τ. λ. His ista mihi significari videntur: *Tabella hæcce, quæ sortes incertas sibi non accepit inscriptas, sic te accusat, ut firmissimum præbeat ad crimen probandum argumentum.* Respondent ad illud Hippolyti: οὐδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, κ. τ. λ. ubi per πίστιν *argumenta* sunt intelligenda, quibus, præter jusjurandum, utebantur in judicio ad crimen probandum. Hic, vocem adhibens κλῆρον, *sortitionem* proprie sic dictam respexisse videtur, et *notas*, κλήρους etiam dictas, quas tabellis vaticinis augures ex observatis suis habebant inaratas. Augurum κλήρους, sive tabellis inscriptas notas, memorat Tiresias in Eurip. Phœn. 838. Κλήρους δέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερὶ, Οὓς ἔλαβον, οἰώνισματ' ὀρνίθων μαθὼν, Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν. Hos, velut sortes incertas, et totam disciplinam auguralem, hoc quidem articulo temporis Theseus habebat despicatui. Ex animi quoque sententia scripsit Euripides in Helen. 747. εὐηθες δέ τοι, Τὸ καὶ δοκεῖν ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτούς. Legitur in Soph. Œd. T. 974. τί δῆτ' ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις Τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω Κλάζοντας ὄρνις. VALCK.

1056. πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. Vide ad v. 112. supra.

1061. οἴμοι· τὸ σεμνὸν κ. τ. λ. *Ah! tristis ista vultus tui et ficta severitas quam me enecat!* Est in talibus τὸ σεμνὸν quod Terentio dicitur, *Tristis severitas inest in vultu.* Ovidio: *Est ficto vultus mihi tristis in ore.* VALCK. Vide supra ad v. 92.

1066. Ad ξυνοικήρους κακῶν adscriptum est in Scholiis συνεργάτας. Supra Noster v. 417. οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην. Bacch. 1099. τὸν ξυγκύναγον, τὸν ξυνεργάτην ἄγρας. Quia dixerat

γυναικῶν λυμεῶνας, quas decebat esse οἰκȣρȣς, domi simul cum aliis mala patrantes dixisse videtur ξυνοικȣρȣς κακῶν. VALCK. Vide supra ad v. 781.

1067. Propter sententiam abruptam desiderari verbum suspicatur Valckenærius, ideoque ἕρπει, vel potius δύνει, in prima sede supplet, interjectionibus αἶ, αἶ, extra metrum positis. Paullo melius, αἶ, αἶ· χωρεῖ πρὸς ἧπαρ legit Brunckius. Sed nihil mutandum recte censet Monkius, cum verbi defectus menti loquentis exagitatæ optime convenit.

1068. Differunt φαίνομαι et δοκῶ. Aristoteles: τοῖς δὲ φαίνεται, κἂν μὴ δοκῇ. Οὐ γὰρ ἐν ταυτῷ τῆς ψυχῆς ἡ φαντασία ϗ ἡ δόξα. Ethic. II. 2. MUSGR.

1071. ὦ δῶματ', εἴθε κ. τ. λ. Cf. v. 418. supra.

1076. εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν κ. τ. λ. Paullo obscurior interpretibus visus est hic locus. Nobis nihil tantæ difficultatis est. Constructio est: εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν στάντα ἐναντίον προσβλέπειν οἷα π. κακὰ, ὡς ἐδάκρυσα, *that I might lament them:* Vide supra ad v. 642.

1078. πολλῷ γε μᾶλλον κ. τ. λ. *Temet ipse multo magis colere studuisti, quam justus esse, et parentes qua decebat veneratione prosequi.* Eximiè dicebant Θεȣς σέβειν· in hominum societate τὰ δίκαια ϗ ὅσια ποιεῖν. VALCK.

1082. ȣκ ἀκȣετε Πάλαι κ. τ. λ. *Annon audiistis modo me palam edicentem, ut hicce in exilium abiret?* Πάλαι προȣννέποντα jungenda sunt, et in talibus locutionibus apud Atticos scriptores, ut apud Latinos *dudum*, nonnunquam πάλαι ponitur *de re modo præteritâ.* Eustath. in Il. I. p. 677, 24. ἴσμεν ὅτι ἡ 'Ατθὶς Πάλαι οἶδε λέγειν, ȣ μόνον τὸ ἀφ' ἱκανȣ χρόνȣ, ἀλλὰ ϗ τὸ πρὸς ὥρας, ἢ ϗ στιγμῆς. Aristoph. Plut. 1040. ὅπερ πάλαι κατηγορȣσα τυγχάνω. Recte Schol. πάλαι· πρὸ ὀλίγȣ. Photius Lex. MS. τὸ ἤδη λέγειν εἰώθασι πάλαι. VALCK. Verbum ξενȣσθαι, quod proprie *hospitio excipi* denotat, ut in Alcest. 69. hic in exilium abire valet, quo sensu multo frequentius ἀποξενȣσθαι. Soph. Elect. 779. φυγὰς ἀπεξενȣτο. Nostri Hec. 1197. πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις.

1084. κλάων τις αὐτῶν κ. τ. λ. formulam dat comminantis satis notam. Androm. 749. τίς ἡμῶν ἅψεται; κλάων ἄρα Ψαύσει. Æsch. Suppl. 933. κλάοις ἂν εἰ ψαύσειας. In illa formula sæpe pro κλάων, ȣτι χαίρων ut apud alios legitur, sic et apud Euripidem. VALCK. Soph. Œd. T. 363. ἀλλ' ȣτι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Nostri Med. 402. ȣ γὰρ χαίρων τις αὐτῶν τȣμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

1088. ἄραρεν. Vide ad Orest. 1315.

1094. ἐγκαθηβᾷν. *Tempus Juventutis utiliter consumere.* Juvenibus bene moratis ἡβητήρια erant *gymnasia*, quæ hic vel imprimis respicit Hippolytus. Pars stadii, Ἱππολύτυ καλυμένη, supererat et ætate Pausaniæ II. p. 187. Aliis *loca voluptaria*, et *amœni secessus* dicebantur ἡβητήρια, quæ Herodoto sunt ἐνηβητήρια, II. 133. ubi quædam notata sunt. VALCK. De potestate præpositionis in talibus compositis vide ad Phœn. 727. et de constructione, Matt. Gr. Gr. §. 433.

1102. ἐλπίδι non a λείπομαι, sed a verbo κεύθων pendet. Sensus: *Et cum spem conceperim, me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et facta mortalium intueor.* HEATH. Observandum est, quod numerum masculinum adhibet Chorus mulierum de se loquens, in participiis κεύθων et λεύσσων. Vide Matt. Gr. Gr. §. 436. 3 b.

1109. ἀκήρατον· Gloss. ἄφθορον, ἀήττητον. *Animum curis vacuum* sic dicere potuit, vel *ab omni luctu purum, et incorruptum;* qua postrema voce Cicero Platonis ἀκήρατον interpretatur in Timæo. Vocem tractat Clar. D. Rhunkenius ad Timæi Lex. p. 17. VALCK.

1110. ἀτρεκὴς δόξα est ἐπίσημος, cui παράσημος opponitur: vide Schol. in Hecub. 376. ubi vere παράσημον ἀργύριον κυρίως esse dicitur παρακεχαραγμένον. *Nummi* sic *adulterini* propriè vocabantur. Hesychius: τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα Παράσημα λέγεται. Quæ cum similibus ad alia transferuntur: ad homines etiam indicandos, qui quidem sint τῦ πονηρῦ κόμματος. VALCK. Supra v. 260. βιότυ ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις· ubi vocem ἀτρεκὴς ut et hic Monkius interpretatur *nimius.*

1111. ῥᾴδια δ' ἤθεα κ. τ. λ. Sensum Grotius expressit eleganter: *Mores sed faciles habens, et quos crastina molliter Immutet veniens Dies, Tuto perfruar otio.* VALCK.

1114. Nulla est hic Tmesis, ut Barnesius putat; sed ἐλπίδα a præp. παρὰ pendet, et vertendum: *Præter expectationem autem res evenire video.* HEATH. καθαρὰν interpretatur Scholiastes ἀτάραχον κ̀ ἄφοβον. Metaphoram ducit Monkius ab undarum perturbatione, et confert Shakespærii Troilum et Cressid. Act. III. Sc. 5. *My mind is troubled, like a fountain stirr'd, And I myself see not the bottom of it.*

1115. ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας κ. τ. λ. Eustath. in Il. E. p. 388, 49. ἡ δὲ τραγῳδία, inquit, τῦτο, τὸ Ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ, παραποιήσασα φησί τινα, Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας, ἤγυν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶς· ταυτὸν δ' εἰπεῖν, διάδηλον ἐν Ἀθήναις, αἳ παρονομάζονται τῇ Ἀθηνᾷ. Verborum sensum recte

expressit. Formam Doricam nominis Minervæ 'Ἀθάνας Tragicos quoque suis in senariis adhibuisse monitum fui ad Orest. 26. Ἑλλανίας meminit 'Ἀθάνας, ut Corinthius Sosicles, Herod. V. 92. θεὺς dixit τὺς Ἑλληνίυς· Ælianus etiam in V. H. VI. 1. XII. 1.—Homerum sic Μυσάων ἀστέρα κ) Χαρίτων dixit Alcæus, Anthol. III. 25. 1. Antipater ep. 6. Μυσῶν φέγγος Ὅμηρον, et Sophoclem Incertus ep. 42. Τὸν τραγικῆς Μύσης ἀστέρα Κεκρόπιον. Menandrum dixerunt ἀστέρα τῆς νέας κωμῳδίας. VALCK.

1119. ὦ ψάμαθοι π. ἀκτᾶς. *Arenas vicini littoris* intelligo, non *cani*, cum Eustathio ad Il. Δ. p. 357, 9. A πολιὰ non videtur formari potuisse πολιῆτις, sed esse femininum ab Homerico πολιήτης· et maris littus Trœzeni vicinum, atque adeo *ejusdem regionis*, Euripideis Trœzeniis dictum πολιῆτις ἀκτά. VALCK.

1123. συζυγίαν dixit, quam alias ξυνωρίδα vocant. VALCK.

1124. τὸν ἀμφὶ Λ. τρόχον. Vide supra ad v. 227. MUSGR. Subauditur κατὰ, ut in Orest. 1243.

1126. Attigit hæc Euripidis Eustath. in Il. E. p. 456, 18. ἄντυξ· ὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος, ἀλλὰ κ) ἐπὶ ζυγῦ κιθάρας κατὰ τὺς παλαιοὺς, ἢ πήχεως, καθ' ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ. Inter lyræ partes ζυγῦ meminit et πήχεως Eratosthenes Catast. 25. cujus Græca deerant Scaligero Latina tractanti Hygini et Schol. Germanici ad Manil. p. 422. Rem de lyræ quoque partibus intricatam esse significavit Clar. T. Hemsterhus. in Lucian. T. I. p. 223. VALCK. Ceterum ἄντυξ primario sensu quamvis curvaturam significare videtur. Q. Calaber I. 146. ἐναλίγκιον ἄντυγι μήνης. Hic *jugum citharæ* intelligendum est. Constructio est: ἄυπνος δε χορδᾶν μῦσα λήξει ἐπ' ἄντυγι.—ἄυπνος, *insomnis, nocturna*. Sic νυκτίλαλος κιθάρα in Anthol. H. Stephan. p. 277. MUSGR.

1129. βαθεῖαν, *fertilem*. Vide Blomfieldii Gloss. in Æsch. Prom. 673.

1130. sq. Hi versus corruptissimi sunt, et sine codicibus, utpote mutili, vix restituendi. MARKLAND. Exc. Flor. delent λέχη v. 1131. quo sublato, recte procedit sententia. MUSGR. Monkius porro scribit νυμφιδίων, quia epitheton illud non nisi cum εὖναι, λέχη, κοῖται, τέραμνα, vel similibus, usurpavit Euripides. Supra v. 761. τεράμνων ἀπὸ νυμφιδίων.

1135. ἀνόνατα, *frustra*. Hujus vocis adverbialiter sumptæ exempla dedit Monkius Hec. 749. Alcest. 425. Herc. F. 704. Elect. 504.

1136. μανίω. Doricè pro μηνίω, a μῆνις, *ira*. BARNES.

1137. συζυγίαι. Si vera lectio est, formatur ut ὑποζύγιος. Συζυγίαι χάριτες verto: *Gratia et favor conjugalis*. γάμος συζύγιος habet Clem. Alex. p. 84. MUSGR. συζυγίαι χαρίτων conjecit Reiskius. Cf. supra v. 1123.

1143. Heathius monet accusativos tales, qualis Θησέα, semper apud Atticos ultimam syllabam producere, analogiam genitivorum secutos. BECK. Sed vid. ad Hec. 865.

1152. οὐκ ἔτ' ἐστί. Vide supra ad v. 356. BARNES. ὡς εἰπεῖν ἔπος, *ut verbo dicam*. Vide ad Orest. 1. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. 720.

1154. δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; Vide ad Phœn. 479.

1156. ἁρμάτων ὄχος. Occurrit etiam hæc periphrasis in Phœn. 1190.

1158. Πόντου κρέοντι. Eustath. in Il. Δ. p. 381, 38. ὁ κρείων καὶ κρέων λέγεται, ὅθεν Πόντου κρέων ὁ Ποσειδῶν παρ' Εὐριπίδῃ. Huc quoque spectat in Il. Γ. p. 303, 48. vel Eurip. Elect. 1263. Πόντου κρέοντος παῖδα. Ista forma vocis simplicior est et in Æsch. Supp. 583. Reges Pindaro sæpe κρέοντες dicuntur: Pyth. VIII. 43. Nem. V. 22. VII. 56. Neptunus alibi Ποντομέδων et πόντου dicitur ἀνάκτωρ Euripidi, *Rector aquarum* Poetis Latinis. VALCK.

1160. Reiskius comma post ὀρθῶς poni vult: *revera pater meus es*. BECK. Et ita Marklandus, Brunck. Valck. Vulgatam post πατὴρ interpunctionem retinuit Monkius.

1161. πῶς καὶ διώλετ', εἰπέ. Vide ad Phœn. 1354.

1162. Hoc inter Euripidi ἅπαξ λεγόμενα adnotavit Eustathius in Hom. Il. Γ. p. 288, 41. καὶ ῥόπτρον δέ φησι Δίκης ἔπαισέ τινα, ἤγουν θεόθεν τιμωρία. In Il. Δ. p. 382, 33. ῥόπτρον· δηλοῖ οὐ μόνον εἶδός τι ξίφους καὶ πάγης κατὰ τὸ, Δίκης Ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, ἀλλὰ καὶ θύρας ἐπίσπαστρον, de quo significatu plura dedit priori loco. Judice Theseo Tragico Justitiæ laqueus irretitum oppresserat Hippolytum. Figuram mihi Tragicus ab usu transtulisse videtur Archilochi, qui *paxillum in decipula*, quo moto irretiuntur animantia aut retinentur, ῥόπτρον appellavit. Etymologus p. 715, 44. Σκανδάληθρον, τὸ πέταυρον τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκαζόμενον συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλον ξύλον ᾧ ἐρείδεται. Ἀρχίλοχος δὲ ῥόπτρον ἔφη. VALCK.

1170. Monkius edidit ex conjectura Marklandi ἡλίκων θ' ὁμήγυρις, collato Med. 249. ἢ πρὸς φίλον τιν', ἢ πρὸς ἥλικα τραπείς.

1176. θᾶσσον ἢ λέγοι τις. *Dicto citius*. Olim satis videbatur dixisse, ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον. Herod. III. 135. ἅμα τε ἔπος

ἔφατο ϗ ἔργον ἐποίεε, ubi quædam sunt notata. Ad facti celeritatem demonstrandam postea diversas adhibuere formas hyperbolicas: λόγȣ θᾶσσον, vel θᾶττον ἢ λόγος, θᾶττον νοήματος, quæ frequenter occurrunt apud Sophistas. Egregie Xenoph. Mem. IV. 467, 21. omnia in hoc universo rectori Deo dicuntur θᾶττον νοήματος ὑπηρετȣ̃ντα. VALCK.

1178. De voce ἄντυξ vide supra ad v. 1126. ἄντυξ autem ἅρματος semicirculus erat sellam cingens curulem, cui summo, curru consistente, circumligabantur habenæ. Hom. Il. E. 262. ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. 728. δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι. Schol. Venet. ἄντυγες· τὰ ἐπὶ τȣ̃ δίφρȣ ἡμίκυκλα, ἔνθεν ϗ τὰ ἡνία ἐξάπτονται. Vide Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 279. In proximo versu Valckenærius, Eustathium secutus et Scholiastem, ἀρβύλας etiam de quodam loco currus intelligit, ἔνθα τὴν στάσιν ἔχει ὁ ἡνίοχος. Sed recte judicat Monkius, talem vocis significationem prorsus ignorasse veteres; porro ellipsin præpositionis σὺν, præsertim addito dativo pronominis αὐτὸς, apud Græcos Scriptores frequentatam esse, cujus exempla sunt Æsch. Prom. 227. 1082. Soph. Aj. 25. Nostri Orest. 1508. Med. 166. Supp. 928. Iph. A. 524. πόδας pro πόδα e duobus MSS. dedit Musgravius, sed vulgatam quodammodo confirmat Bacch. v. 1086. ἔφερε δ' ἡ μὲν ὠλένην, ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· ideoque eam retinuit Monkius et vertit: *postquam pedem* (sc. *in curru*) *cum calceis defixerat*. ἀρβύλας *calcei* fuisse *venatorii genus expeditum* docet Hemsterhusius in Arist. Plut. p. 6.

1180. Eustath. in Hom. Il. Δ. 523. p. 505, 9. ἀναπτύξας χεῖρας· εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν· ὅπερ Ὅμηρος ἀνασχεῖν χεῖρας φησίν.

1184. *Flagellum* κέντρον dixit Ὁμερικῶς. Homero dicitur Archilochus κέντρῳ ἐπισπέρχων, Il. Ψ. 430. et Trojani aliique κέντορες ἵππων, ipsi etiam equi *flagello morigeri*, κεντρηνέκεες. In Il. Θ. 392. Eustath. p. 608, 26. τὸ Μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππȣς explicat, ἐμάστιζεν· Εὐριπίδης δ' ἂν εἴποι, Κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις.—Κέντρον, quo hic in Hipp. sensu, legitur in Herc. F. 927. ἅρματ' ἐκ ἔχων, ἔχειν Ἔφασκε, δίφρου τ' εἰσέβαινεν ἄντυγα, Κἄθεινε, κέντρῳ δῆθεν ὡς θένων χερί. VALCK. Cf. et Phœn. 177.

1187. Hiatum hic evitare maluit Euripides, quam usitato more scribere τὴν εὐθὺ Ἄργȣς. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 328. Rhunken. ad Timæum, p. 127.

1189. τἀπέκεινα τῆσδε γῆς. Verte, *Ultra hanc regionem*. HEATH. Æsch. Supp. 265. Πίνδȣ τε τἀπέκεινα.

1190. ἤδη est *jam tandem*. Respicit famulus ad τὐπίκεινα τῆσδε γῆς, et eam itineris partem, quam jam confecerat. HEATH.

1191. βροντὴ Διός. Sic Ζηνὸς βροντῇ, Soph. Œd. T. 121. Vulgo φωνὴ Διός. Quæri deinde potest, utrum χθόνιος cum ἠχὼ construendum sit, an cum βροντή. Prior ratio clarior est, et Marklando placet. Alteri contra favet χθονίοις βροντήμασι apud Æsch. Prom. 992. χθονίας βροντὰς Aristoph. Av. 1760. βροντὴ ἐκ γῆς Philostr. Vit. Apoll. Tyan. IV. 11. χθονία βροντὴ apud Agathiam Scholiast. p. 145. Præ omnibus vero locus simillimus in Nostri Elect. 752. MUSGR.

1194. φόβος νεανικὸς, est *timor ingens, validus*. Sic τραύμασι νεανικοῖς Plut. Vit. p. 191. ὀδύνας νεανικὰς p. 1810. βλάβαι νεανικαὶ ϗ πόνοι Op. Mor. p. 1745. MUSGR.

1195. Littora, ad quæ se fluctus allidentes sonitum edunt, ἁλιῤῥόθυς vocat ἀκτάς. VALCK.

1196. ἱερὸν κῦμα. Vel *ingentem* vel *sacrum* etiam *fluctum* licet interpretari. ἱερὰ κύματα dixit Eurip. in Cyclop. 265. ἱερὰ χεύματα πόντυ Dionys. Perieg. 1181. Conf. E. Spanhem. ad Callim. H. Apoll. 112. Hic vero fluctus divinitus concitatus peculiari quoque ratione famulo videri potuit *sacer*. VALCK. Hesych. ἱερόν· μέγα. Dubitat Monkius an recte conferatur Virgilianum, *Auri sacra fames*.

1197. ὐρανῷ στηρίζον, *ad cœlum usque pertingentem: sive qui erectus in cœlum usque crescebat.* Senec. Hipp. 1007. *subito vastum tumet ex alto mare, Crevitque in astra.* Ovid. Met. XI. 497. *Fluctibus erigitur cœlumque æquare videtur Pontus, et inductas adspergine tingere nubes.* Transumsit locutionem ab Hom. Il. Δ. 443. ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. In Scholiis ἐστήριξε redditur προσεπέλασεν, ἤγγισεν.—Οὐρανῷ στηρίζον hic scripsit ut in Bacch. 930. ὥστ' ὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος. 1035. Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, ϗ πρὸς ὐρανὸν Καὶ γαῖαν ἐστήριζε φῶς σεμνῦ πυρός, ubi ponitur ἐστήριζε pro ἐστήριζεν ἑαυτὸ, sicut in nostro versu στηρίζον. Rariori usu verbum adhibuit Thucyd. II. p. 128, 92. ὅποτε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι. VALCK.

1198. Σκείρωνος sive Σκειρωνίδες πέτραι [supra v. 976.] hic paullo dicuntur insolentius Σκείρωνος ἀκταί. Σκείρωνος ὄρη dixit Nicander Ther. 215. VALCK. ἄκρας pro ἀκτὰς ex emendatione Luzacii, Exerc. Acad. p. 57. recte edidit Monkius, quod confirmat Scholiastes; nec aliter legisse videtur Seneca in Hippol. 1022. ubi hæc Euripidis expressit: *Latuere rupes,*

numen Epidauri Dei, Et scelere petræ nobiles Scironides, Et quæ duobus terra comprimitur fretis. Irrepsit vulgata e v. 1196. vel 1202.

1200. κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε κ. τ. λ. Latinis ista Poetis, rem eandem vel similem fabulam narrantibus, expressa sunt. Senec. Hipp. 1015. *Consurgit ingens pontus in vastum aggerem, Tumidumque monstro pelagus in terram ruit.* Ovid. Met. XV. 508. *mare surrexit, cumulusque immanis aquarum In montis speciem curvari et crescere visus, Et dare mugitus.* Manilius, L. V. 519. *gravidus jam surgere pontus Cœperat, et longo fugiebant agmine fluctus Impellentis onus monstri.* Hæc Euripidea admovit Scaliger *undis* Catulli Carm. LXII. 272. *Quæ tarde primum clementi flamine pulsæ Procedunt, leni et resonant plangore cachinni.* Sic Attius: *Excita saxis sæva Celæno Crepitu clangente cachinnat.* Sunt vero *leni plangore cachinni resonantes undæ* Theocriti κύματα ἄσυχα καχλάζοντα, Idyl. VI. 11. et Dionysius in Perieg. 838. meminit Καΰστρυ Ἥσυχα καχλάζοντος. Phasis Argoæ navi καχλάζων ὑπόειξεν, Apollon. Rhod. II. 1270. *Leni susurro manantes undæ* καχλάζοντα νάματα sunt in Epigrammate Platonis, Anthol. I. 20. 13. Euripidis vero fluctus non sane velut risu tremulo concussus leniter *cachinnabat:* sed *in altum consurgens magno cum fremitu concitasse* dicitur *spumas, circumquaque flatu marino pulsas.* De undarum non *leni* tantum murmure, sed et commoti maris maximo fragore; de fluctuum albicantium, littori vel in littoris lapillos, κάχληκας dictos, illisorum strepitu, καχλάζειν fuit adhibitum. Apoll. Rhod. IV. 943. ἀμφὶ δὲ κῦμα Λάβρον ἀειρόμενον πέτραις ἔπι καχλάζεσκεν. II. 572. ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. Imber magno cum strepitu decidens Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς est in Lycophronis Alex. 80. Valck. Vocem illustravit etiam Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Theb. 110.

1203. τρικυμία. *Fluctus decumanus,* ut dicebant Latini: tertius enim quisque fluctus maximus esse vulgo credebatur, vel, ut Festus tradit, decimus. Blomfield. Qui vocem diserte illustravit in Gloss. ad Æsch. Prom. 1051.

1206. εἰσορῶσι δὲ κ. τ. λ. Recte vertit Monkius: *Nobis vero intuentibus, immanius spectaculum videbatur, quam ut oculi sustinere possent.* Nihili sunt Valckenærii et Musgravii conjecturæ, quorum ille δειμάτων, hic φθεγμάτων, pro δεργμάτων proponit.

1209. πολὺς ξυνοικῶν postulare videtur ἱππικοῖσιν ἤθεσι. Eurip. Herac. 990. ὅπως τὸ λοιπὸν μὴ συνοικοίην φόβῳ. Valck.

1212. ἱμᾶσιν ἐς τὔπισθεν ἀ. δ. *Habenis corpus pone alligans.* Ita vertendum, modo vere conjecerit Heathius, Hippolytum habenas circa proprium corpus complicavisse, atque eo spectare ἐμπλακεὶς et δεσμὸν, v. 1226. 7. Musgr.

1213. γναθμοῖς. Hoc ex uno Codice recepi, pro γνάθοις, ut hic aptius. Et alibi γναθμῶν fit mentio, et in Eur. Med. 1191. γνάθος tamen scribitur in Alcest. 510. et Phœn. 1138. Valck.

1214. βίᾳ φέρυσιν. Nempe τὸν ὄχον, ut in Soph. Elect. 726. Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι Πῶλοι βίᾳ φέρυσιν. Hinc in Senec. Hippol. 1068. *Inobsequentes protinus frenis equi Rapuere currum.* Valck. ναύκληρος, proprie *navis*, tropice *currus gubernatorem*, i. e. *aurigam* denotat. Neque infrequentes sunt istæ mutationes. Contraria est in Ovid. Trist. I. 4. 15. *Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ, Aurigam video vela dedisse rati.*

1216. *Æqua spatia* Senecæ, quæque arduis opposita Latinis *plana* dicuntur, sunt Euripidis τὰ μαλθακὰ Γαίας. Hic etiam opponuntur πέτραι, *saxa, loca scopulosa.* μαλθακὰ sunt proprie *mollia.* Valck. Exponit Scholiastes per τὰ ἁπαλὰ ϗ ἰσόπεδα.

1219. τέτρωρον ὄχον per τέθριππον ἅρμα Eustath. interpretatur in Il. Γ. p. 324, 36. Valck. ὄχον pro *ipsis equis* dici monet Monkius, ut et ὄχημα, infra v. 1345. Virg. Georg. XII. 91. *Martis equi bijuges, et magni* currus *Achillei.*

1222. ἀνεχαίτισε, figurate adhibitum Demosth. Olymp. B. p. 13, 15. Harpocration recte per ἀνέτρεψεν interpretatur. Propriè *qui sessorem excutit* equus, ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνιστάμενος ποσὶ, [jubamque rejiciens,] dicitur ἀναχαιτίσας. Hanc verbi vim spectabat Seneca, Hipp. 1084. ubi *pavidi sonipedes Imperia solvunt, seque luctantur jugo Eripere, rectique in pedes jactant onus.* Valck.

1223. Brunckius post προσβαλὼν comma posuit, et ordinem verborum esse docet: ἕως, προσβαλὼν ἀψῖδα πέτρῳ, ἔσφηλε ϗ ἀνεχαίτισε τῦ ὀχήματος Ἱππόλυτον. Beck. Fortasse rectè.—ἀψῖδα, *peripheram rotæ.* Hesych. ἀψῖδες· τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι, ἢ καμάραι.

1224. Eustathius in Il. E. cum multa dixisset de *rotarum fistulis*, sive *modiolis*, et *clavo* rotæ continendæ præfixo, *axisque* extremitati infixo, hæc etiam attigit Euripidis, p. 455, 40. φασὶν (οἱ παλαιοὶ) ὅτι Σύριγγες, χοινικίδες, πλῆμναι· [Anglicè, *the naves.*] Ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξίεναι τὸν τροχὸν· [Anglicè, *the linchpin.*] τὰ καλὅμενα ἁμαξηδόνια. Valck.

1227. δυσεξήνυστον. Ita ex Heathii conjectura legendum. Vide Odyss. Π. 111. [ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ.] Heracl. 956. [οὐκ ἔστ' ἄνυστον τόνδε σοι κατακτανεῖν.] Ed. Ald. et MS. δυσεξήνυτον. Musgr. Similis Locus Hom. Il. X. 325. Cf. Markland. ad Eur. Suppl. 689. Beck. Habenis implicitum Hippolytum hinc expresserunt etiam Poetæ Latini: Hippolytus Ovidii, Met. XV. 524. *Excutior curru: lorisque tenentibus artus viscera viva trahi—videres.* Fast. VI. 743. *Exciderat curru: lorisque morantibus artus Hippolytus lacero corpore raptus erat.* Accurate Senec. Hipp. 1085. *Præceps in ora fusus implicuit cadens Laqueo tenaci corpus: et, quanto magis Pugnat, sequaces hoc magis nodos ligat.* Talis Virgilio Troilus; Æn. I. 480. *Fertur equis, curruque hæret resupinus inani, Lora tenens tamen; huic cervixque comæque trahuntur Per terram.* Valck.

1228. σποδούμενος. Glossa, συντριβόμενος. Præterea legitur in Scholiis: κατακλώμενος τὴν κεφαλὴν ἐν ταῖς πέτραις. Hesychius: σπυδούμενος· τυπτόμενος, καὶ τὰ ὅμοια. Hoc sensu occurrit istud verbum Androm. 1106. πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος.— Κατεσποδημένοι sunt occisi in Æsch. Theb. 815. Ceterum cum his et vicinis comparandus est Soph. Elect. 746, &c. ubi narratur Orestes, v. 752. Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων· κ. τ. λ. Brunck. Valck.

1231. μή μ' ἐξαλείψητ'. *Ne me perdatis;* quo sensu hoc verbum, Platoni et optimis Scriptoribus frequentatum, rarius occurrit. Vide Wesseling. in Diod. Sic. I. p. 207.

1235. τμητῶν ἱμάντων. Verte: *sectilium lororum* non *fractorum.* τμητὸς solenne est epitheton τοῦ ἱμάς. Ita Soph. Elect. 549. σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσι. Heath. Ordo, accuratiori distinctione indicatus, hic est: χὼ μὲν λυθεὶς, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ, ἐκ δεσμῶν ἱμάντων, πίπτει. Brunck.

1237. Primum in his observabunt harum rerum studiosi juvenes ἔκρυφθεν pro ἐκρύφθησαν, formam Homericam, aliis quidem Poetis quibusvis usitatam, imprimis Apollonio Rhodio; sed cujus exemplum apud hos Poetas Atticos in Senariis vix alibi reperietur. [Vide Blomfield. ad Æsch. Pers. 994. in Addendis.] Deinde pro κάρα restitutum ex Cod. δύστηνον τέρας Ταύρου, viris opinor eruditis facile probatum iri. Eurip. Orest. 989. Τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὅποτ' Ἐγένετο τέρας ὀλοόν. Phœn. 806. οὔρειον τέρας Σφιγγός. In talibus ubique τέρας, nusquam, quantum recordor, adhibent κάρα. Valck.

1240. ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' κ. τ. λ. Ob verborum structuram hæc Euripidis attulit L. Kuster. in Aristoph. Plut. 55. Valck.

1243. πεύκην. Vide P. Victorii Var. Lect. XVI. 5. et Eustathium in Hom. Il. Z. 169. p. 489, 53. ubi hunc locum expendit, licet memoria lapsus putet, hæc de illo libello dici, quem moriens Phædra in manu tenuit. πεύκη autem piceam, sive laricem denotat, ex qua ante chartæ cognitum usum pugillares fiebant. Ejusmodi pugillares vocabantur Athenis ἄξονες, quia erant tabulæ oblongæ, plures simul, quæ supernè ad communem axem convertebantur. Ejusmodi tabella lignea oblonga vocabatur et τὸ πλαίσιον. Plutarchus in Solone: καὶ οἱ νόμοι κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους. Et Porphyrio in Horatium leges in ligno incisas refert: *Æreis,* inquit, *tabulis Antiqui non sunt usi, sed roboreis: his incidebant leges. Unde adhuc Athenis legum tabulæ* Axones *vocantur.* Unde et tabulæ genealogicæ aliæque ejusmodi eodem nomine vocatæ. Hinc verbum ἐπαξονόω pro γενεαλογίας ἀπὸ τῶν ἀξόνων ἀναδηλῶ. Numer. I. 8. LXX. καὶ ἐπηξονοῦσαν κατὰ γενέσεις αὐτῶν. Ceterum supernè, ubi isti libelli ad communem clavum convertebantur, fuere angustiores; infernè latiores. Unde ista pugillarium species lignea vocabatur ἡ δέλτος, supra v. 860. [Cf. Iph. A. 35. 39.] Fuere ergo fere triangularia. Barnes. Damm. In Lex. Homer. v. Πεύκη.

1244. Suum νὶν ex Codd. recepit Tragicus, cujus loco Homericum μὶν irrepserat. νὶν Hesychius explicat αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό· quibus addere potuerat αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτά. His enim etiam significandis νὶν apud Atticos interdum Poetas inservit. Valck.

1246. χρεὼν, vox indeclinabilis, occurrit etiam in Herc. F. 21. εἴτε τοῦ χρεὼν μέτα. Vide Matt. Gr. Gr. §. 254. Obs.

1250. οὐδ' ἥδομαι κ. τ. λ. Ita Proteus, Ægypti rex sanctissimus, cum audiret, filios suos, Tmolum et Telegonum, impios et crudeles homines, ab Hercule occisos, nec gavisus est eorum obitu, quia filii; nec tamen doluit, quoniam improbi fuerant. Barnes. Hanc historiam Barnesius minime pervulgatam hausit ex G. Canteri Annot. in Lycophron. Cassand. 116. Cf. Soph. Elect. vv. 766. sqq. Valck.

1255. Vide ad Orest. 1031.

1258. σὺ τὰν θεῶν κ. τ. λ. Perperam hæc Brumoy reddidit: *Tu, Venus, animum Deorum atque hominum immisericordem reddis.* Putavit sic magis aptam hanc cantilenam fore præcedentibus, si Chorus immitem Thesei animum amori erga Phædram tribuat. Sed sufficiebat Tragicis, si talia cantica tantum generaliori dramatis argumento convenirent. Sic hæc

oratio Chori, de Veneris potentia, qua Deorum hominumque animos indomitos huc illucve ducit, apta est dramati, in quo omnia mala Veneri tribuuntur. HEATH.

1264. ᾧ μαιν. κραδίᾳ ἐφορμάσῃ. *Cujus furentia præcordia invaserit.* Verbum ἐφορμάζω recte dativo jungitur.

1269. Pro αἰθόμενος ex Codd. αἰθομέναν Poeta recepit: *terra, quam Sol aspicit splendore suo collustratam.* VALCK. Vulgatam retinuerunt Musgravius et Monkius: et sic Q. Calaber, Lib. II. αἰθομένων ἕδος ἄστρων.

1275. Pro αὐδᾷ in hunc versum αὐδῶ recepi, spectatæ bonitatis codice munitum, quod et Euripidis consuetudo confirmat. Quæ hic ex Machina prodit in scenam Diana, *Te, Theseu,* inquit, *ego Latonæ filia Diana compello.* Qui prodit in ejus Oreste, ad Menelaum Apollo, v. 1621. Φοῖβός σ' ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ' ἐγγὺς ὢν καλῶ. Castores ad Ægypti Regem in Helen. 1643. Θεοκλύμενε, γῆς τῆσδ' ἄναξ, δισσοὶ δέ σε Διόσκοροι καλοῦμεν. In Ione Minerva, v. 1555. Ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονὸς Παλλάς. Nimis vero frequenter Poeta Philosophus *vindice dignos nodos* nexit, quibus solvendis Deos Deasve introduceret. VALCK. In quinque scilicet aliis fabulis, præter hanc ipsam, easque jam supra citatas; Andromachâ, Supplicibus, Iphigeniâ in Tauris, Bacchis, et Electra. Meliore tamen jure in Hippolyto, quam in cæteris, judicante Monkio.

1276. συνήδει. Gloss. συνήδῃ. ἀντὶ τοῦ ἥδῃ, Ἀττικῶς. Hesych. συνήδεται· ἐφήδεται. Atque sic συνήδομαι pro verbo simplici, vel pro ἐφήδομαι, positum legitur in Rhes. 956. BRUNCK.

1279. Hæsit in ἀφανῆ Æm. Portus, censuitque tandem positum pro ἀφανῶς. Verum vidit Heathius. Jungendum illud cum πεισθείς. Πείθεσθαι τὰ δίκαια, οὐ πείθομαι ταῦτα, et similia sunt in usu. Manifesta hic est oppositio inter πεισθεὶς ἀφανῆ, et φανερὰν ἔσχεθες ἄταν, ut in Rhes. 739. οἷά τις ἡμᾶς Δράσας ἀφανῆ φροῦδος, φανερὸν Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας. VALCK.

1282. Ad μεταβὰς βίοτον hæc pertinent in Scholiis: μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωὴν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον. VALCK. Qui πτηνὸν mallet pro πτηνὸς, ut esset πτηνὸν, sive ὄρνιθος, βίον μεταβαλὼν, quia πτηνὸς plerumque adjectivum est apud Euripidem. Med. 1286. Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος.

1283. πήματος ἔξω κ. τ. λ. Ita Æsch. Prom. 271. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'. De hoc proverbio vide ad Herac. 109. BARNES. ἀνέχεις, i. e. ἀναφέρεις, ἀνάγεις, sive ἄνω ἔχεις. ἀναφέρει πόδα, *pedem retrahit,* est in Eur. Phœn. 1410. VALCK.

1287. καίτοι προκόψω γ' ὐδὲν, *Etsi nihil proficiam.* De hac autem voce vide supra ad v. 23.

1288. ὡς pro εἰς cum Scholiaste voluit Barnesius; sed male. Vide ad Phœn. 1400.

1289. ὑπὸ est idem quod μετὰ, ut Hecub. 348. ἐλπίδων καλῶν ὕπο. Proclus in Chrestom. p. 9. καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον. Vide Hesychium v. ὑπ' αὐλῦ, et Schol. Pind. Olymp. IV. 3. BRUNCK. Exemplo supra allato Monkius addit Æsch. Agam. 1562. καὶ καταθάψομεν Οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων. Soph. Elect. 630. Οὔκυν ἐάσεις ὐδ' ὑπ' εὐφήμυ βοῆς Θῦσαί μ'.

1311. ὃς ὔτε πίστιν, κ. τ. λ. Vide supra ad vv. 1052. 1054.

1313. σκέψιν γ' ἔνειμας. Quod est in duobus Codd. σκέψιν παρέσχες, edidit Monkius. Vulgatam ob simillimum sonum in vocibus ἔμεινας et ἔνειμας notat Eustathius in Il. Δ. p. 372, 20.

1317. Superfluam hic, ut alibi, voculam ὥστε monuit Marklandus in Eur. Suppl. 581. Sensus idem inesset sic scriptis: Κύπρις γὰρ εἰς τὸ πληρῶσαι τὸν θυμὸν ὕτω τάδε γίγνεσθαι ἠθέλησε. VALCK. Vide Matt. Gr. Gr. §. 531. Obs. 2.

1318. πληρώσασα θυμὸν Dea dici potuit, quæ *odiis exsaturata* quiescit. VALCK. Confert Monkius Virg. Æn. II. 586. *Animumque explesse juvabit Ultricis flammæ.*

1319. ὐδεὶς ἀπαντᾷν κ. τ. λ. Hæc consuetudo ab Homericis Diis sæpe fuit violata; nam *Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo; Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.* Hos quidem versus dubium nullum est quin expresserit Ovid. Met. III. 236. *pater Omnipotens* (*neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei fecisse Deo*) *pro lumine ademto Scire futura dedit; pœnamque levavit Honore.* XIV. 783. *Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit, Et clausura fuit; nisi quod rescindere nunquam Dîs licet acta Deûm.* VALCK.

1324. τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν, *Quod attinet ad.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 426. 2.

1325. κάκης. De hoc vocabulo supra egimus, Med. 1040. et Androm. 949. Hic *malitiam* sonat. BARNES.

1327. ὥστε σὴν πεῖσαι φ. Latine diceremus: *ut ne persuaderent.* Sic Androm. 80. γέρων ἐκεῖνος, ὥστε σ' ὠφελεῖν παρών. MUSGR.

1328. μάλιστα μὲν νυν κ. τ. λ. *In te quidem nunc maxima cum vi hæc eruperunt mala; mihi vero etiam pariunt ægritudinem.* Quæcunque *magna cum vi eruperunt*, sive quæ *vehementi cum impetu in obstantia quævis* feruntur *illisa,*

ῥαγῆναι dicuntur, sive ἐῤῥωγέναι, ἐκραγῆναι, καταῤῥαγῆναι, κατεῤῥωγέναι. Æsch. Prom. 367. Eurip. Alcest. 1078. Soph. Trach. 865. ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. Phil. 821. παρέῤῥωγεν ποδὸς Αἱμοῤῥαγὴς φλέψ. VALCK.

1329. τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θ. Θ. οὐ χαίρουσι. H. Stephanus in libello de Sophoclea imitatione Homeri dicit, referri ad Ellipsin præpositionis; ut et Soph. Phil. 1314. ἥσθην πατέρα τε τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε. Aj. 790. πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ. Hom. Il. I. 77. τίς ἂν τάδε γηθήσειε; vulgo dicebatur χαίρειν φίλοις, κέρδεσι, γένει, &c. Quod ad hujus loci sensum attinet, simile est illud, Herac. 624. εἰ δὲ σέβεις θανάτους ἀγαθῶν, μετέχω σοι. Helen. 1678. τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες. Soph. Aj. 133. τοὺς δὲ σώφρονας Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. Psalm CXVI. 15. LXX. τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. BARNES. VALCK. Matt. Gr. Gr. §. 408. Brunck. ad Soph. Aj. 136. 790. et ad Arist. Equit. 783.

1332. In talibus Euripidi frequentatur καὶ μήν. VALCK. Exempla videas ad Orest. 713.

1342. ᾄσσουσ'. Nihil causæ est, cur non sit legendum αἴσσουσ'. Vide ad Hecub. 31.

1343. σφάκελος recte vertitur *Spasmus*. Bis hac voce utitur Æschylus, Prom. 903. 1081. Cf. Hesych. v. Σφακελίζειν. Suid. v. σφακελισμός. HEATH. Proprie significat, monente Blomfieldio, morbum acutum spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum afficientem. Consulendus omnino est V. D. in Gloss. ad Æschyli locum prius citatum.

1348. ἀτρέμα, δμῶες· Sic membranæ. Vulgo ἀτρέμας. Prius legitur etiam Bacch. 1025. et apud Hom. Il. O. 318. ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἀτρέμα Φοῖβος Ἀπόλλων. BRUNCK. ἀτρέμα Monkius quoque edidit. Sic et Orest. 248.

1350. τίς ἐφέστηκ' ἐνδέξια πλευροῖς. *Quis lateri meo adstat ad dextram?* Hanc ex uno Codice scripturam recipere non dubitavi pro vulgata, τίς ἐξέστηκεν δεξιὰ πλευροῖς, quæ, prout interpretes illam ceperunt, [δεξιὰ scilicet pro substantivo, cujus esset penultima producta, intelligentes,] versum vitiabat. ἐνδέξια sic et ἐπιδέξια dixerunt pro *ad dextram*. Hom. Il. A. 597. θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Οἰνοχόει. VALCK.

1351. In Scholio ἁρμοδίως pertinet ad πρόσφορα, *commode corpus tollite:* ad σύντονα spectant, ni fallor, reliqua; συμφώνως, μὴ ὁ μὲν ἄνω, ὁ δὲ κάτω, ἀλλ' ἐξ ἴσου βαστάζετε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μουσικῶν τόνων. VALCK.

1354. Hinc sumptum θεοσέπτωρ Hesychio redditur θεοσε-

βῆς. Formas istiusmodi nominum in τωρ, secutus Æschylum hac etiam in parte, frequentavit Euripides. Valck.

1355. Siquis ita velit, servari poterit ὑπερέχων· quia tamen σχὼν, σχὲς, et similia Tragicis frequenti sunt in usu, hic accommodatius videtur πάντας ὑπερσχών· *Qui pudicitia supra omnes eminui.* Valck. Præterea in Anapæstico metro rarissime dactylo Anapæstum subjiciunt. Vide Porson. Præf. ad Hec. p. 45.

1356. Atticum illud Euripidis πρᾶπτον similiter Sophocles adhibuit in Œd. C. 1439. dixitque ὁρμώμενος Εἰς πρᾶπτον Ἄϊδην. Phœnicides Stobæi p. 45. Grot. εἰς πρᾶπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν. Thucyd. V. 99. οὗτοι ἂν ἡμᾶς ἐς πρᾶπτον κίνδυνον καταστήσειαν. Valck. Addas Æsch. Theb. 854. πρᾶπτος ἀγγέλου λόγος. Ionica forma est in Herod. IX. 17. προόπτῳ θανάτῳ. Hesych. πρᾶπτον· πρόδηλον, φανερόν.

1363. καὶ μοὶ θάνατος παιὰν ἔλθοι. *Atque utinam mihi mors veniat* horum malorum *medicus!* vel his malis unicum *remedium.* Apollo Παιὰν et Παιὼν dicebatur;—a medicorum Deo utrumque fuit a Tragicis ad *Medicum* designandum translatum. *Mors,* in malis remedium, θάνατος, ut ἰατρὸς et παιὰν invocabatur. Æsch. Philoct. ap. Stob. p. 602. 38. Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός. Ipse etiam Apollo Pæan invocabatur tanquam potentissimus malorum Averruncus. Eurip. Androm. 882. ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, πημάτων δοίης λύσιν. Herc. F. 800. ὦναξ Παιὰν, ἀπότροπος γένοιο μοι τῶν πημάτων. Alcest. 91. Εἰ γὰρ μετακύμιος ἄτας, Ὦ Παιὰν, φανείης. 222. ὦναξ Παιὰν, Ἔξευρε μηχανάν τιν' Ἀδμήτῳ κακῶν. In Soph. Philoct. 168. αὐτῷ Παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν. Schol. interpretatur: θεραπείαν ἐξευρίσκειν. In Trach. 1225. dixit Sophocles: παιώνιον Καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν. Valck.

1366. Debet in διαμοιρᾶσαι subintelligi ὥστε. Reisk. Vide ad Med. 1389.

1369. sq. Hos duos versus sic transponendos Heathius et Reiskius probabiliter judicaverunt, ut legerentur: Παλαιῶν προγεννητόρων Μιαιφόνων τε συγγόνων Ἐξορίζεται κακόν. Tantalus, Pelops, Atreus, et Thyestes hic recte Heathio intelliguntur; erat enim paternus Hippolyti proavus Pittheus, παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος, Eurip. Med. 679. Valck.

1376. ἀναλγήτου. Recte vertit Monkius; *qui dolore non tangitur.* Soph. Aj. 1333. μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν. Anglicè *merciless, cruel.*

1381. ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα. Sanctorum et benevolorum spirituum præsentia semper notabatur apud Veteres per gratum odorem: unde Ovid. Fast. V. 376. *Mansit odor: posses scire fuisse deam.* Virg. Æn. I. 507. *Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.* Barnes. Hinc etiam Æsch. Prom. 115. τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής; Conferas etiam, docente Monkio, Miltoni nostri Par. Am. III. 135. *Thus while God spake, ambrosial fragrance filled All Heaven.* V. 285. *Like Maia's son he stood, And shook his plumes, that heavenly fragrance filled The circuit wide.* Vide etiam Spanhem. in Callim. H. Apoll. 38.

1386. κατ' ὄσσων δ' οὐ θέμις β. δ. Ovid. Met. II. 621. *neque cælestia tingi Ora decet lachrymis.*

1389. ἱππονώμας. *Moderator equorum.* Transtulit in cælestis quadrigæ rectorem Comicus in Nub. 571. Valck.

1392. τιμῆς ἐμέμφθη. Literam interserit Reiskius, τιμῆς σ' ἐμέμφθη· quæ censeri tum debet pro σὲ posita. τιμῆς autem de Honore neglecto, ut in Hom. Il. A. 93. Οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐθ' ἑκατόμβης. Valck. Vide Matt. Gr. Gr. §. 383. Obs. 1. Recte tamen pronomen omitti docet Monkius, ut in Hec. 941. σὺ δ' εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας.

1393. ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία. Ita ex conjectura Valckenærius. Vulgo ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις. Sed cum Lascaris Editio, cum duobus MSS. dederit ὤλεσεν μία Κύπρις, Monkius edidit ὤλεσεν Κ. μία, vocibus transpositis, ne metrum pessumdaret. Orest. 731. ποῦ 'στιν ἡ πλείστους 'Αχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία; 1237. τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγὼν, δίκη μία. Iph. T. 1034. Troad. 372. quæ loca contulit etiam Valckenærius.

1395. ᾤμωξα. Aorist. pro præsenti. De hoc aoristi usu omnino consulendi sunt Hermann. ad Viger. p. 592. ed. Oxon. Matt. Gr. Gr. §. 506. IV.

1405. ἀραῖον. Active accipiendum puto, ut Iph. T. 761. Æsch. Agam. 245. Nec est, quod aliquis novam aut lectionem, aut explicationem, quærat, utcumque ab Hippolyti toties prædicata pietate (vide vv. 993. 1354. 1409.) abhorrere hic versus videatur. Idem quippe Hippolytus Venerem, ipsa teste v. 13. pessimum Deorum satis insolenter vocare solitus erat. Musgr.

1406. ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ κ. τ. λ. Dum hæc scribebat Euripides, imitabatur, opinor, Æschylum, cujus in Agam. Cassandra, v. 1288. Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν· Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος. Hæc et sequentia Euripidis in animo habuisse videtur Virgilius, ista scribens in Camillam Dianæ

dilectam; Æn. XI. 845. *Non tamen indecorem tua te Regina relinquet Extrema jam in morte: neque hoc sine nomine letum Per gentes erit: aut famam patieris inultæ.* VALCK.

1407. ἄτιμοι. Hoc loco pro ἀτιμώρητοι. BECK.

1410. ἄλλον. Recte de Adonide intelligit Muretus, citans Apollodori Lib. III. 14. Vide Var. Lect. V. 7. [Ἄδωνις δὲ, ἔτι παῖς ὤν, Ἀρτέμιδος χόλῳ, πληγεὶς ἐν θήραις ὑπὸ συὸς ἀπέθανε.] MUSGR. Ceterum de Hippolyto duplex ad Mythologos veteres et Poetas fama pervenit: quarum alteram cum Euripide secutus est Horatius; alteram, ab Ovidii Virbio venuste denarratam, præter cæteros attigit Virgilius, Æn. VII. 767. *Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercæ Occiderit, patriasque explerit sanguine pœnas, Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Ætheria, et superas cœli venisse sub auras, Pæoniis revocatum herbis et amore Dianæ.* Vere proculdubio Horatius, Carm. IV. 7. 23. *Non, Torquate, genus, non te facundia, non te Restituet pietas; Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum.* VALCK.

1416. κόμας κερῦνταί. Idem tradunt, Valckenærio etiam citati, Pausan. p. 74. 41. Auctor de Dea Syria, Tom. III. p. 489. MUSGR.

1417. καρπυμένῳ. Ita ex conjectura Valckenærius. Sed vulgatam καρπυμέναι recte defendit Monkius, ita vertens: *Innuptæ virgines flebunt tua fata, atque adeo fletus sui fructum reportabunt.* Eadem est verbi καρπῦσθαι significatio in Æsch. Agam. 511. αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.

1426. ἔχεις. *Intelligis.*

1427. ἐμοὶ γὰρ ὐ θέμις κ. τ. λ. In hanc sententiam Euripidis Apollo in Alcest. 22. Ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κιχῇ, Λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην. Nostrum ex Hippolyto locum bis attigit Eustathius in Il. Π. p. 1107, 9. et ad Odyss. X. p. 792, 43. ubi παρεῖναι, ait, νεκροῖς τὸ θεῖον ὐ θεμιτὸν ἐνόμιζον Ἕλληνες, ὅθεν καὶ Ἄρτεμις, ἐκλείποντος Ἱππολύτυ παρ' Εὐριπίδῃ, ὑποχωρεῖ. Euripidis hunc locum eleganter adhibuit Ælianus in operis de Providentia fragmento, quod exhibet Suidas in v. Φιλήμων. VALCK.

1430. χαίρυσα στεῖχε est *vade et vale*, recte vertente Monkio et comparante, Med. 751. χαίρων πορεύυ. Phœn. 921. Alcest. 830. χαίρων ἴθ'. Soph. Trach. 821. ἀλλ' ἑρπέτω χαίρυσα.

1431. κιγχάνει. Recte omnino. Vulgata forma κιχάνει Homerica est, priorem syllabam brevem habens, secundam autem longam; ideoque in hoc Senarii loco metrum pessumdat.

Vere statuit Monkius formam κιγχάνει analogiæ consentire; idque, et ejusmodi præsentia θιγγάνειν, ἁνδάνειν, μανθάνειν, λαγχάνειν, &c. fluxisse ab aoristis θιγεῖν, ἁδεῖν, μαθεῖν, λαχεῖν, &c. Neque aliter Elmsleius in Censura Edinb. T. II. p. 321.

1438. ἢ τὴν ἐμὴν κ. τ. λ. Confert Monkius Ovid. Met. VII. 850. *Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.*

1441. τοξόδαμνον. Vox Æschylea. Dicitur παρὰ τὸ τόξοις δαμᾷν. Barnes.

1444. In Cod. Par. vice τοῦ εὐσεβοῦς legitur εὐλαβοῦς, errore describentis, qui viros pios sæpius in Libris Sacris dictos legerat ἄνδρας εὐλαβεῖς. Sed hoc usu veteribus vox ista fuit ignota. Valck.

1448. Κρύψον δέ μου πρόσωπον. Mos erat usitatissimus, quo cadavera veste injecta tegebantur. Deformata facies præsertim velabatur. Recepta vulgo consuetudo sæpe Tragicis commemoratur. Soph. Aj. 915. Eur. Troad. 631. Hecub. 429. Herac. 560. Valck.

1449. ὁρίσματα. Vide ad Hec. 16.

1450. στερήσεσθ'. Observat Monkius quatuor esse apud Græcos formas futurorum passive significantium; eas scilicet, quas Grammatici vocant, Futurum Medium, paulo post Futurum, Fut. 1. passivum, Fut. 2. pass. Quarta tamen rarius apud Tragicos occurrit; primæ vero usus passivus Tragicis maximè arridet. Multa cujusque formæ exempla enotavit V. D. et plura Atticos Scriptores legenti patebunt.

1454. πίτυλος. De hac voce vide Blomfieldii Gloss. in Æsch. Theb. 855.'

Exitum minus luctuosum habuisset hæc Tragœdia, si Diana promisisset, se, Æsculapii ope, Hippolytum in vitam revocaturam, atque inter Semideos collocaturam. Fabulam de Hippolyto, Æsculapii ope in vitam revocato, Latini Poetæ, Virgilius, Ovidius, et alii, ex Græcis Scriptoribus proculdubio hauserunt. Jortin. Vide supra ad v. 1410.

FINIS NOTARUM IN HIPPOLYTUM.

NOTÆ

IN

ALCESTIN.

NOTÆ IN ALCESTIN.

1. Ὦ δώματ' Ἀδμήτει', κ. τ. λ. De constructione vide ad Elect. 1. ἔτλην est *sustinui*, Anglicè, *I have borne*, *I have condescended.* Ceterum de variis significationibus verborum τολμᾷν et τλῆναι infra egit Monkius ad v. 288. quas in quinque classes distribuit: *sustinere*, scilicet, non obstante vel *periculo*, vel *pudore*, vel *superbia*, vel *dolore animi*, vel *misericordia.* Sed hæc omnes satis accurate una voce exprimuntur; Latinè, *Sustinere;* Anglice, *To bear.* Abunde patent exempla.

2. H. Stephanus in Indice Thes. Ling. Gr. p. 1051. F. θῆσσαν τράπεζαν explicavit, *Cibum, qui apponitur Iis, qui mercede operam locant et serviunt.* Bene. Nam θῆτες dicti sunt homines pauperes, qui, mercede conducti, locupletioribus operam locabant. Pollux III. 82. Πελάται δὲ καὶ Θῆτες ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων. Hesych. Θής· δοῦλος, μισθωτός. Suidas θῆσσαν interpretatur per μισθωτικὴν, ἢ εὐτελῆ, ἢ δουλικήν. Θῆσσαν τράπεζαν· δουλικὴν τροφήν. Vocabulum τράπεζα igitur *cibum* denotat, ut apud Ælian. Var. Hist. IV. 22. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἡ τράπεζα ἦν αὐτοῖς καὶ ἡ λοιπὴ δίαιτα ἁβροτέρα. Achill. Tat. I. 10. καὶ οἶδεν ἐν τοῖς μαζοῖς οὖσαν αὐτοῖς τὴν τράπεζαν. Adde Polluc. VI. 12. τραπέζας δ' ἐκάλουν καὶ τὰ σιτία ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα. KUINOEL. αἰνέσαι. Schol. εὐαρεστῆσαι, καταδέξασθαι. Similiter in Hipp. 37. ἔκδημον αἰνέσας φυγήν. Schol. εὐαρεστήσας. Synonymon est στέργειν. JACOBS. Vide ad Hippol. in l. c.

3. Ζεὺς γὰρ, κατακτὰς κ. τ. λ. Orpheus Argonaut. 173. eandem rem tradit ita: Ἄδμητος δ' ἀφίκανε Φεραίοθεν, ᾧ ποτε Παιὰν Θητεύων ὑπόειξε· Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν, Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς Ἐν φθιτοῖσιν ἔτευξ', Ἀσκληπίοι' εἵνεκα λώβης. Scilicet Ἀσκλήπιος, *Æsculapius*, erat Apollinis et Coronidis nymphæ filius. Hom. Hym. in Æsculap. 14, 2. υἱὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγείνατο δῖα Κορωνίς. Artem medendi a Chirone

Centauro didicisse, ac mortuos resuscitasse fertur: Jupiter vero, hoc moleste ferens, fulmine eum percussit. Vide Apollodor. III. 10. 3. cujus verba apponere placuit: Ζεὺς δὲ φοβηθεὶς, μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν, παρ' αὐτῶν βοηθῶσιν ἀλλήλοις, ἐκεραύνωσεν αὐτόν· κ̔ διὰ τȣτο ὀργισθεὶς Ἀπόλλων, κτείνει Κύκλωπας, τȣ̀ς τὸν κεραυνὸν Διὶ κατασκευάσαντας. Ζεὺς δὲ ἐμέλλησε ῥίπτειν αὐτὸν εἰς Τάρταρον, δεηθείσης δὲ Λητȣ̃ς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι· ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον τὸν Φέρητος, τȣ́τῳ λατρεύων ἐποίμανε, κ̔ τὰς θηλείας βόας πάσας διδυματόκȣς ἐποίησεν. Adde Schol. Luciani T. II. p. 5. Græv. KUINOEL. Confer præter hos Apollod. Bibl. I. 9. 15. Val. Flacc. Argon. I. 445. Servium ad Virg. Æn. VI. 398. VII. 761. WAGNER. Cf. etiam infra v. 127.

5. Eadem constructio in Hom. Il. A. 429. Π. 320. Φ. 437. Sed nulla ellipsis vocis ἕνεκα, quam intelligit Monkius. ȣ̓ χολωθεὶς esse ȣ̓ χόλον ἔχων docet Hermannus.

6. Κύκλωπας. Cyclopes erant Cœli et Terræ filii, monoculi. Apollod. Lib. 1. 2. Nomina eorum erant; Brontes, Steropes, Arges, Pyracmon. Hesiod. Theog. 140. Callim. H. in Dian. 68. Virg. Æn. VIII. 425. Jovis fulmina in Ætna Siciliæ monte fabricari credebantur, unde etiam v. 5. τέκτονες δίȣ πυρὸς vocantur.—θητεύειν, *mercede opus facere;* id. qd. μισθαρνεῖν. Hesych. θητεύω· δȣλεύω μισθῷ. KUINOEL.

7. τῶνδ' ἄποιν'. Accusativus absolute positus, ut in Orest. 1475.

8. γαῖαν τήνδ'. *In hanc terram.* i. e. in Pheræam. KUINOEL. βȣφορβεῖν est *boves pascere* vel *pastor esse:* nam infra v. 590. dicitur Apollo μηλονόμας. WAGNER. ἐβȣφόρβȣν et ἔσωζον imperfecta, quia adhuc serviebat Admeto. HERMANN.

9. ἐς τόδ' ἡμέρας. *Huc usque:* id est, εἰς τȣ̃τον τὸν χρόνον. [Vide ad Phœn. 425.] ἡμέρα enim sæpe usurpatur ita, ut idem sit, quod χρόνος. Hebr. I. 1. ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τȣ́των. 2 Pet. III. 3. ἐπ' ἐσχάτȣ τῶν ἡμερῶν. Quæ quidem forma loquendi ex Oriente originem traxisse videtur. Cæterum οἶκος omnes res et fortunas, familiam, greges, domum Admeti significat. KUINOEL. Sic enim, οἶκος legitur etiam Hom. Odyss. A. 243. cf. 375. Xenoph. Mem. I. 5. 3. Œcon. I. 24. WAGNER.

11. ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην. Vide ad Phœn. 600. Matt. Gr. Gr. §. 533. Obs. 3. 3. Cf. §. 541.

12. Hoc loco αἰνεῖν non significat *acquiescere in aliqua re,* ut in v. 2. sed potius *promittere, polliceri.* WUSTEMANN. Dolus, quo Apollo Parcas decepit, iterum commemoratur v. 33.

Herman. Cæterum δολώσας in bono sensu male accepit Kuinoelius, quasi *callidis quibusdam argumentis* usus, Admetum a morte liberare Parcis Apollo persuaserit. Illas enim vino devictas decepit Deus, quod liquet ex Æsch. Eumen. 730.

13. Αἴδην ἐκφυγεῖν, *mortem effugere.* τὸν παραυτίκα, sc. παρόντα, *quæ imminet, præsto est.* Wagner. Αἴδης eodem sensu occurrit Hippol. v. 1044.

15. διεξελθὼν positum est pro διελθὼν, ut apud Isocrat. Panegyr. c. 32. ἐλέγχειν autem est *explorare, sciscitari*, ut apud Callim. H. in Del. 88. ubi vide Ernestium; et apud Plat. Phæd. c. 35. p. 360. Cæterum natura rei postulare videtur, ut διεξελθὼν antecedat, ἐλέγξας vero sequatur. Necesse enim erat, ut Admetus primo amicos adiret, deinde eorum animos exploraret, an vellent pro ipso mori. At etiam optimos Scriptores hoc in genere non semper diligentes fuisse constat. Kuinoel.

17. οὐχ εὗρε, sc. ἄλλον τινὰ, πλὴν γυναικὸς, ὅστις ἤθελε θανὼν πρὸ κείνου, κ. τ. λ. Hæc enim videtur vera lectio, quam et Reiskius, et Wakefieldius sunt tuiti. Wagner. Sed quia alii noluerunt mortem subire, uxor autem voluit, aptius est et venustius, de hac, non de illis hæc verba dici. Quare minime ἥτις in ὅστις mutandum. μηδ' ἔτ' autem nemo non scribendum videat, qui meminerit, solere Græcos, quæ significanter dicere volunt, iterare per negationem contrarii. Et ita Cod. Hermann.

18. εἰσορᾷν φάος. Dictum est pro ζῆν, *vivere*, ut v. 283. φάος ὁρᾷν. 683. αὐγὰς (ἡλίου) εἰσορᾷν. Hec. 247. εἰσορᾷν φέγγος ἡλίου. Hipp. 4. φῶς ὁρᾷν ἡλίου. Sed εἰσορᾷν idem valet quod verbum simplex ὁρᾷν, ut apud Soph. Aj. 127. Eurip. Elect. 107. infra v. 24. Kuinoel.

19. ἐν χεροῖν βαστάζεσθαι, *manibus gestari*, dicitur Alcestis partim ad imbecillitatem ejus indicandam; partim, ut cura et solicitudo amicorum clarius pateat, ut in loco notissimo Matt. IV. 6. [ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.] Wagner.

20. ψυχορραγεῖν dicuntur, qui *extremum agunt spiritum, animam agunt.* Wagner. Hesych. ψυχορραγεῖ· ἀποθνήσκει. Vox occurrit infra v. 143. Herc. F. 321. Cf. et Iph. T. 1432.

22. μὴ μίασμα κ. τ. λ. Veteres enim mortuos et moribundos impuros esse putabant. Kuinoel. Cf. Valck. ad Hipp. 1427. ubi sententiam hujus loci illustrat. Beck. De

quibus autem hæc prædicat Euripides, non nisi Apollo et Diana sunt. Itaque horum id proprium videtur; non tamen, quod, ut Pottero placet Archæol. IV. 3, numina lucis amantia ejusque præsidium tenentia abhorreant a tali adspectu: neque enim de Sole et Luna cogitandum; sed quia ambo ex longinquo ferire homines dicuntur. Præsunt enim morti naturali; cujus quod causa non aperta conspicitur, procul esse a morientibus et e longinquo mortem inferre dicti sunt illi dii. HERMANN.

23. λείπω. Hoc est, *relinquam, deseram;* sæpe enim, quæ facere meditamur, volumus, conamur, *jam* facere dicimur. Sic apud Herod. IX. 108. πόλις ἐδίδυ, i. e. *dare volebat.* Justin. XXXV. 1. *A quo restituebatur,* i. e. qui volebat restituere. Vide Tailor. ad Lysiæ Orat. VII. p. 146. KUINOEL.

25. ἱερεὺς θανόντων dicitur *Orcus,* quia coma abscindenda, atque adeo veluti sacerdos, interficiendam victimam Diis inferis consecrabat. Infra v. 76. WAGNER.

26. συμμέτρως. i. e. εἰς καιρὸν, vel κατὰ καιρὸν, ut Lucianus dixit Hermotim. T. IV. p. 13. Bipont. *opportune, justo tempore.* WAGNER. Anglicè, *At the time appointed.*

28. ΘΑΝΑΤΟΣ. *Orcum* interpretatur Macrobius, Saturnal. V. 19. quem recte, utpote Veterem, sequitur Barnesius. MUSGR.

29. τί σὺ πρὸς μ. scil. ποιεῖς;—τῇδε, *hoc in loco, hicce;* πολεῖς, *versaris.* WAGNER. Orest. 1258. τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ; Male Reiskius πολεῖ in voce Media.

30. αὖ refertur ad priorem fraudem, quam Parcis fecerat: v. 33. WAGNER. τιμὰς Anglice vertit Monkius *Attributes, prerogatives,* quo sensu sæpius ad Deos refertur. Infra v. 53.

31. ἀφοριζόμενος. Recte Buchananus vertit *abolens.* HEATH.

37. Πελίου παῖς. Hoc est, Alcestis: Pelias enim, Neptuni e Tyro filius, (Apollod. I. 9. 8.) Iolci post Cretheum rex, (Apollod. I. 9. 16. τῆς δὲ Ἰωλκοῦ Πελίας ἐβασίλευσε μετὰ Κρηθέα.) erat Alcestidis pater. KUINOEL.

38. λόγου κεδνοῦ. *Causas* dignas, quæ audiantur: *sufficientes.* WAGNER.

39. τί ἔργον; *quid opus est.* Confert Monkius Hippol. 908. Androm. 543. Iph. A. 1323.

40. Horat. Carm. III. 4. 60. *Nunquam humero positurus arcum* Apollo.

41. τοῖσδέ γ' οἴκοις. Hoc est, *familiæ Admeti:* οἶκος enim, ut apud Latinos vocab. *domus*, sæpe ita usurpari solet, ut universam familiam denotet. Actor. X. 2. σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτῦ. Virg. Æn. V. 121. *Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen.* KUINOEL. Interrogationis notam tollit Elmsleius ad Herac. 678. e præcedente versu supplens: ξύνηθές ἐστί σοι.

46. ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα. Barnesius: *ad quam adducendam tu nunc venis;* immo *venisti.* Nam hæc est apud Atticos maxime præsentis hujus verbi vis, ut usurpetur pro præterito, quæ est docta et scita observatio Scholiastæ ad Eur. Hec. 1. qui, τὸ Ἥκω, inquit, Ἀττικόν ἐστιν. Οἱ γὰρ Ἀττικοὶ, ἀντὶ τῦ εἰπεῖν Ἧκον, Ἥκω λέγυσι. Hesych. ἥκει· ἔρχεται, ἢ ἦλθον. Sic apud Herod. II. 114. verba ἦλθε et ἥκει, ut idem valentia reperiuntur. [Vide etiam ad Hec. 1.] Sed ἣν μέτα dictum est pro μετὰ ἣν, per anastrophen Poetis maxime frequentem, ut Eur. Phœn. 292. Æsch. Prom. 467. De potestate vero ipsa præpositionis μέτα vide Valckenær. ad Phœn. p. 446. qui et hunc locum eam in rem laudavit. KUINOEL.

48. ὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ π. σε. Rarissima est hæc constructio particulæ ἄν. Ordinem verborum, Elmsleio præeunte, ita statuit Monkius; ὐ γὰρ οἶδα εἰ π. ἄν σε· adeo ut sensus sit: *I am afraid I shall not prevail upon you.* Cf. Med. 930. ubi tamen Porsonus dedit, ὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ πείσαιμι.

49. τῦτο γὰρ τετάγμεθα. Nihil subaudiendum esse docet Matt. Gr. Gr. §. 421. et §. 490. WUSTMANN. ποιεῖν sine causa supplet Monkius.

50. οἱ μέλλοντες sunt *qui cunctantur*, qui inviti moriuntur; *senes* licet. WAGNER. Schol. τοῖς μέλλυσι· τοῖς γεγηρακόσι. Sensu paullo diverso adhibetur ὁ μέλλων infra v. 545.

51. ἔχω. *Habeo, intelligo;* ut sæpius apud Tragicos.

52. ἔστ' ὖν ὅπως. *Is it possible then that, &c.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 482. Obs. 2.

53. τιμαῖς. Vide supra ad v. 30.

57. οἱ ἔχοντες sunt *divites*, (subaud. χρήματα) ut apud Eur. Suppl. 241. ἐς τὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά. KUINOEL. Cf. v. 239. Ceterum πρὸς τῶν ἐχόντων est *utilem divitibus:* ea enim est præpositionis πρὸς cum genitivo potestas. Soph. Œd. T. 1434. πρὸς σῦ γὰρ, ὐδ' ἐμῦ, φράσω. ubi vide Brunckium. Thucyd. III. 38. ὅ ἐστὶ πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον. Vide Matt. Gr. Gr. §. 590. a.

59. ὠνοῖντ' ἄν, κ. τ. λ. Sensus est: *Divitiæ me non ita mo-*

vent, quin mactem divites in ætatis flore: sic enim, si me divitiæ moverent, emerent divites senectutem, seu *mortis moras;* ut bene Buchananus expressit: i. e. *suis divitiis efficerent, ut nunquam juvenes, sed senes diem obirent supremum.* Nexus igitur est hic: Apollo sub nomine γραῦς intelligit Alcestida: vide Schol. ad v. 53. Orcus vero Apollinis verba ita accipit, ac si omnino de senibus esset locutus, quapropter etiam Apollo respondet: ἀλλ' ἦ κ̀ σοφὸς λέληθας ὤν· i. e. *num tu clam* (nam λανθάνειν alii verbo junctum verti fere debet *clam;* vide Hoog. ad Viger. p. 262.) *argutus es factus;* i. e. num tu argutias tractas? KUINOEL. σοφὸς vocatur, quod argutatur, de omnibus grandævis verba Apollinis interpretans. HERMANN. πάρεστι· τὸ πλουτεῖν. Schol. WUST.

64. ἦ μήν. *Nihilominus.* Med. 1021. Vide Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 174. Hesych: ἀλλ' ὅμως.

66. Εὐρύσθεως. Eurystheus filius erat Stheneli, Mycenarum rex. Apollodor. II. 4. p. 103. Σθενέλου δὲ, κ̀ Νικίππης τῆς Πέλοπος, 'Αλκινόη κ̀ Μέδουσα, ὕστερον δὲ καὶ Ευρυσθεὺς ἐγένετο, ὃς κ̀ Μυκηνῶν ἐβασίλευσε. KUINOEL. πέμψαντος (sc. αὐτὸν) ἵππειον μέτα ὄχημα, *in order to fetch the equipage.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 587. c. Cf. supra v. 46. Ceterum ἵππειον ὄχημα pro *ipsis equis* Diomedis sc. ponitur, ut in Hippol. 1345.

68. ξενωθείς. De hoc verbo vide ad Hipp. v. 1082.

74. κατάρχεσθαι est verbum in Græcorum sacris obvium. Veteres enim victimam deo consecrabant ita, ut pilos e fronte evellerent, atque igni in ara accenso imponerent. Quod quidem proprie dicebatur κατάρχεσθαι. Hesychius: κατάρξασθαι· τῶν τριχῶν ἀποσπάσαι. Hunc vero veterum morem fuisse, perspicue docet locus Eurip. Electr. v. 814. 'Εκ κανοῦ δ' ἑλὼν Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα μοσχίαν τρίχα Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ· et Virgil. Æn. VI. v. 243. *Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos Constituit, frontique inspergit vina sacerdos, Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima.* Jam vero quia hic ritus victimæ cædem præcedebat, denotat κατάρχεσθαι etiam *sacrificium incipere.* Photius Lex. MS. κατάρξασθαι τῶν τριχῶν· ἀπάρξασθαι τοῦ ἱερείου. unde deinde omnino valet *incipere,* ut in Eurip. Hecub. v. 674. κατάρχομαι νόμον Βακχεῖον. Denique sensu latiore de *ipsa cæde victimæ,* atque etiam *de qualibet cæde* occurrit. Sed de illo sacrificandi more, quo victimis pili e fronte evellebantur, ignique imponebantur, translatum est hoc verbum ad moribundos ut h. l. quia etiam hi, crine abscisso, diis in-

feris, non secus ac victimæ, sacri erant. Cf. Heynium, Virum incomparabilem, ad Virg. Æn. IV. 691. Kuinoel. Vide etiam ad Phœn. 573.

75. ἱερὸς cum genitivo reperitur etiam Herod. II. 72. ἱρὰς δὲ τούτους τοῦ Νείλου φασί. Arist. Plut. 937. Plato Phæd. p. 193. Confert etiam Monkius Ciceron. in Verr. II. 18. *qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 371. 1.

76. ἁγνίσῃ. Cum hoc loco recte confert Canterus Virg. Æn. IV. 698. Statium in Glauciæ Epicedio v. 146. [Horat. Carm. I. 28. 19.] Ad hostiæ consecrandæ ritum opinionis originem refero. Vide Hom. Il. Γ. 275. Musgr. Cæterum in locis a Cantero collatis Proserpinæ tribuitur munus, quod Orco assignat Euripides. De constructione subjunctivi, omissa particula ἂν, vide Porson. ad Orest. 141.

78. σεσίγηται. *Silet, quieta est.* Amant hanc prosopopæian Poetæ. Similiter Virg. Æn. IV. 523. *Silet ager.* Wagner. Sic Clemens Alex. p. 9. A. σεσίγηται γοῦν ἡ Κασταλίας πηγή. Musgr.

82. φῶς τόδε λεύσσει. Exemplis adde supra allatis ad v. 18.

90. στατίζεσθαι, rarum vocabulum, auctore Hesychio idem est quod ἵστασθαι. Nam στατίζεσθαι est medium, *collocare te, sisti,* atque adeo *stare*: στατίζειν est *stare facere,* ut βαδίζειν, κομίζειν, et similia vocabula. Wagner.

91. Hesych. μετακύμιον· μεταξὺ τῶν κυμάτων. Beck.

92. Παιάν. Vide ad Hipp. 1363.

95. Ita hic versus inter Semichoros dispertiendus:—Sem. B. *Unde hoc dicis?* Sem. A. *Non inania jacto.* Sem. B. *Quo fretus judicio?* Heath. Recte, ni fallimur. Alii totum versum Semichoro B. continuant.

96. Wakefieldii πῶς γὰρ non probaverim: πῶς ἂν bene se habet. Observa hunc esse peculiarem Euripidis morem, ut post πῶς ἂν repetat ἂν ad verbum. Vide Seidler ad Iph. T. 98. Wust. τάφος non tantum dicitur *sepulcrum,* sed et *sepultura*; unde Schol. recte interpretatur per ἐκφορά, ut infra v. 624. Phœn. 1584.—ἔρημος, *solitaria*; nullo populo comitante exequias, non prosequentibus amicis. Wagner.

99. πηγαῖον, ὡς νομίζεται, Χέρνιβ'. Scilicet veteres ante ædes funestas, vas magnum, quod πηγαῖον, et ἀρδάνιον, et ὄστρακον vocabatur, aqua lustrali repletum statuebant, qua se quisque exiens adspergeret, qui exsequias venerat. Pollux. VIII. 65. οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξίοντες ἐκαθαίροντο ὕδατι περιῤῥαινόμενοι· τὸ δὲ πρόκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμίῳ, ἐξ

ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον· τὸ δὲ ὄστρακον ἐκαλεῖτο, καὶ ἀρδάνιον. Hesychius: πηγαῖον· τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται. Item: πηγαῖον ὕδωρ· τὸ περικαθαῖρον τὰ πρὸς τῆς οἰκίας ἀποπεμπομένων, ὅτε ἐξεκόμιζον. Cf. Kirchman. de Fun. I. 14. p. 114. KUINOEL. Morem, ad quem hic respicitur, optime illustravit Kuster. ad Aristoph. Eccles. 1025. Cf. Casaub. ad Theophrast. Char. 16. MATTHIÆ.

101. χαίτα τ' ἅτις ἐ. π. Τομαῖος. De sectis functorum capillis, ante fores appendi solitis, vide Kirchman. de Fun. Roman. II. 15. BARNES.

103. ἁ νεολαία Δ. χεὶρ γυναικῶν. Conjungunt Interpretes νεολαία χεὶρ, quasi adjectivum esset νεολαία; vox tamen, ubicunque occurrit, substantivum est. Hesych: νεολαία· νέων ἄθροισμα. i. e. *Cætus juvenilis;* quo sensu occurrit in Theocr. XVIII. 24. Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία. Cum Monkio igitur et Musgravio certe legimus νεολαίᾳ in dativo: quod melius videtur quam Blomfieldii νεολαίας, quem videas ad Æsch. Pers. 674. νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ γᾶς ὄλωλε. Ibi νεολαία est *juventus.* Ceterum Hesychius vocem Doribus propriam esse putat: vide Dorvill. ad Chariton. p. 22.

109. Vocabulum διακναίεσθαι Scholiasta ductum esse ait a κνῆτις, *gladius;* ita ut sit *gladio perire,* [deinde autem quovis modo] *perire.* WAGNER. Med. 166. Herac. 296. Æsch. Prom. 93. Δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισιν Διακναιόμενος τὸν μυριετῆ Χρόνον ἀθλεύσω· ubi vide Blomfieldium.

112. ναυκληρία proprie est *actus navigandi, navigatio;* deinde de *classe,* quæ mittitur, usurpatur: Jam patet, hæc dicta esse pro ἀλλ' οὐδ' ἐστὶν ὅποι αἴας τις στείλας ναυκληρίαν, κ. τ. λ. Αἴας enim est Genitivus, et pendet ab ὅποι, ut Latini etiam dicunt, *quocunque terrarum.* WAGNER. Vide Matt. Gr. Gr. §. 357. 8.

114. Λυκίας. Respicit Poeta celeberrimum Apollinis in Lycia templum ad Xanthum fluvium, cujus meminit Diod. Sic. V. 56. Vide Virg. Æn. IV. 345. *Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo: Italiam* Lyciæ *jussere capessere sortes.* Stat. Theb. I. 696. *Phœbe parens, seu te* Lyciæ *Patarea nivosis Exercent dumeta jugis.* Est autem Patara urbs Lyciæ, in qua Apollo sex hybernis mensibus oracula reddebat. Unde iterum Virg. Æn. IV. 143. *Qualis ubi hybernam* Lyciam *Xanthique fluenta Deserit, et Delum maternam invisit Apollo.* [Unde etiam Horat. Carm. III. 4. 61. *Delius et Patareus Apollo.*] MUSGR. BARNES. Λυκίας aut secundus est casus, aut quartus, qui pertineat ad ἕδρας, ita ut subau-

diatur e sequentibus particula ἐπὶ, quod ζεῦγμα frequens est. Wagner. Vide ad Phœn. 284.

116. Ἀμμωνίδας ἕδρας. De Ammonio Oraculo vide ad Elect. 737. Barnes.

117. παραλῦσαι. Conjicit Wakefieldius παραλύσει in Futuro Indic. Utrumque probum. Cum Optativo constructionis exempla confert Monkius: supra v. 52. Æsch. Prom. 299. Agam. 629. Choeph. 170. Wakefieldianam conjecturam confirmant Nostri Phœn. 1670. Med. 173. Arist. Ran. 19. quæ comparat V. D. in Censura Trimestri, T. XV. p. 118.

118. ἄποτμον dici de *fato* patet ex Phœn. 1306. et de *morte*, ex Hom. Od. B. 259. Suidas interpretatur σκληρόν. Wagner. Sed corrigit Blomfieldius ἀπότομος, *præruptus*, ut infra 996. et Soph. Œd. T. 877. De voce πλάθει vide ad Hec. 873. Androm. 24.

121. μηλοθυτᾶν, accentu mutato, dedit Monkius; post Emsleium monens Tragicos libentius dixisse τίς ἀνθρώπων, τίς θεῶν, quam τίς ἄνθρωπος, τίς θεός. Aliquid duri tamen in duplici constructione præpositionis ἐπὶ sentiens, sic forsan scripsisse Poetam docet: θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραν οὐκ ἔχω τίνα μηλοθύταν πορευθῶ· et in Antistrophico v. 130. νῦν δὲ τίνα βίου. Hanc conjecturam quodammodo confirmat Iph. T. 1085. nisi forte et ibi μηλοθύτας nominativus est substantivi, quod Hermannus etiam suspicasse videtur. De significatione autem vocis ἐσχάρα vide infra ad v. 133.

124. Φοίβου παῖς. *Æsculapius*. Vide supra ad v. 3.

126. Ἅιδα πύλας. Hoc est, *Orcum*. Sic Theognis v. 424. φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. Hom. Il. E. 646. ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ δμηθέντα πύλας Ἀΐδαο περήσειν. Theocr. II. 60. τὰν Ἀΐδαο πύλαν ἀράξαι. Lucret. III. 67. *Et quas jam* leti portas *cunctarier ante*. Ovid. Met. I. 661. *Nec finire licet tantos mihi morte dolores: Sed nocet esse Deum, præclusaque* janua leti. Kuinoel. Rarissima autem hæc phrasis apud Tragicos. Occurrit tamen in Nostri Med. 1224. Κόρη Κρέοντος, ἥτις εἰς Ἅιδου πύλας Οἴχει. Æsch. Agam. 1293. Ἅιδου πύλας δὲ τάσδ' ἐγὼ προσεννέπω. In Censura Trimestri T. XV. p. 118. proverbialem illam expressionem confert V. D. qua dicimus: *To knock at Death's door*. Ceterum ἐπὶ πύλας, quam dedit Matthiæ, contra sensum est; vulgata Ἅιδα τε πύλας contra metrum. Monkius igitur Ἀΐδαο τε πύλας edidit: sed quoniam genitivi forma Homerica Tragicis inusitatior est, correxit Hermannus Ἅιδα τε πυλῶνας.

127. δμαθέντας, sc. θανάτῳ. i. e. *mortuos*. Iph. T. 190. τῶν

πρόσθεν δμαθέντων Ταντανιδᾶν. Troad. 177. κ̀ ζῶντες κ̀ δμαθέντες. Hæc autem Ellipsis apud Bosium non est inventa.

128. πλῆκτρον, pro quo Doricè πλᾶκτρον, a πλήσσω, dicitur *omne id quod ferit, percutit.* Wagner. Vox πλῆκτρον, *telum*, occurrit in fragmento Sophoclis apud Schol. Pind. in Nem. IV. Antist. 3. Musgr. Hinc Latine *plectrum.*

130. Libri τίνα βίϐ, vel τίνα βίον, vel τίν' ἐπὶ βίϐ vel τίν' ἔτι βίϐ. Quod Seidlero de Vers. Dochm. p. 227. [τίν' ἐπὶ βίον] etiam mihi in mentem venit. Diod. Sic. XIV. 101. ἐνταῦθα οἱ Λευκανοὶ πάσῃ τῇ δυνάμει διέκλεισαν αὐτϐς τῆς ἐπὶ τὰς πατρίδας ἐλπίδος. Hermann. Matthiæum secutus est Monkius.

132. βασιλεῦσιν. i. e. *Admeto.* Plurale pro Singulari. Sic infra v. 215. Vide Matt. Gr. Gr. §. 292.

133. Quomodo βωμὸς et ἐσχάρα inter se differunt, docet Schol. ad Eurip. Phœn. 284. Διαφέρει, inquit, βωμὸς κ̀ ἐσχάρα. Βωμὸς γάρ ἐστιν, ὃ εἰς ὕψος ᾠκοδομημένος κ̀ ἀνάβασιν ἔχων. Ἐσχάρα δὲ, ἡ ἐν τετραγώνῳ περὶ γῆν βάσις βωμϐ τάξιν ἔχϐσα ἄνευ ἀναβάσεως. Pollux. I. 11. 8. ἐσχάρα δὲ ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὠνομάσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς ἥρωσιν ἀποθύομεν· ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν, κ̀ τὸν τῶν θεῶν βωμὸν ὅτω κεκλήκασι. Kuinoel.

134. αἱμόῤῥαντοι. *Sanguine conspersa;* i. e. *cruenta* sacrificia. Hoc compositum, quod alibi invenire non poterat Monkius, iterum occurrit in Iph. T. 216. θυσίαν πλήρη dixit Noster in Fragm. Incert. 105.

135. ἄκος, ἴαμα. Hesychius ἄκος explicat per θεραπεία, φάρμακον, quæ interpretatio in hunc locum planissime convenit. Sic ap. Oppian. Hal. I. 23. ἀργύρεοι ποταμοὶ dicuntur esse δίψης ἄκος. Kuin.

142. βλέποι. Vide ad Hec. 308.

143. Kirchman. de funer. Rom. I. 12. Soping. ad Hes. v. προνώπιον, et Potterus Arch. Gr. L. IV. c. 3. T. II. p. 185. *mortuos* a Græcis προνωπεῖς vocari tradunt, quod solebant ex penitiore ædium parte produci, ac *in vestibulo*, i. e. προνωπίῳ, collocari: omnesque hunc tantum Euripidis locum adducunt; sed frustra, ut opinor. Non enim *mortua* jam erat Alcestis, nec *producta*, sed, ut recte hanc vocem interpretatur Schol. εἰς θάνατον προνενευκυῖα, i. e. *morti propinqua.* Proprie προνωπὴς is dicitur, qui *corpore prono ad terram fertur*, ut Æschyl. Agam. 242. Inde, quia moribundi virium defectu terram petere solent, ad hos designandos translatum est. Non igitur *mortui*, sed *moribundi*, indicantur illa voce, ut v. 186. Heath. Ita etiam Hesych. προνωπής· προτεταμένος, προνενευκώς. Interpretatur Photius: ἕτοιμος, πρόχειρος. Cete-

rum de voce πϱονώπιον vide ad Hipp. 373. et de verbo ψυχοῤῥαγεῖν, supra ad v. 20.

144. οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις. Sequentia hujus formulæ exempla, inter alia, congessit Blomfieldius, a Monkio allatus: Plato Sympos. 18. p. 150. ed. Fischer. οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει. Thucyd. VII. 75. ἀπὸ οἵας ἐς οἵαν ἀφῖκτο. Porphyr. de Abstin. I. p. 4. ἀφ' οἵων τε ἐς οἷα καταβέβληκας μηνύειν. Soph. Ant. 847. 942. Trach. 1047. Aj. 557. Elect. 751.

147. Alc. v. 20. ἡμέρα ἐν ᾗ αὐτῇ θανεῖν πέπρωται. v. 27. ἦμαρ ᾧ θανεῖν αὐτὴν χρεών. v. 104. κύριον ἦμαρ. v. 156. κυρία ἡμέρα. KUIN. βιάζειν est *cogere:* in media autem voce, *instare, violenter accedere.* Schol. μετὰ βιᾶς ἐλθεῖν. Confert Wakefieldius D. Matth. XI. 12. ἡ βασιλεία τῶν ȣρανῶν βιάζεται.

148. τὰ πρόσφορα dicuntur, quæ feruntur, conferuntur ad rem; quæque adeo conveniunt ei; *utilia* sunt; *quæ fieri* decet. Nominatim nunc omnia ea, quæ fieri debent ad corpus componendum et sepeliendum: *ritus omnes.* WAGNER.

149. Intell. ἐστί. Nam ἕτοιμος sic fere absolute poni solet, ut infra v. 255. Charit. Aphrod. I. 4. ubi vide Dorvillium. Eurip. Med. 609. Rhes. 956. Electr. 800. Demosth. p. 1481, 15. ed. Reisk. ἕτοιμον εἰς πάντα τὰ καθ' ὑμῶν. Matth. XXII. 3. Æschyl. Eumen. 95. Soph. Œd. Tyr. 91. vide Abresch. Obss. Miscell. Vol. X. p. 349. KUIN. Vide Matt. Gr. Gr. §. 305. Ceterum de re affert Monkius Herod. V. 92. πέμψαντι γάρ οἱ (sc. Περιάνδρῳ) ἐς Θεσπρωτȣ̀ς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλȣς ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον, παρακαταθήκης περὶ ξενικῆς, οὔτε σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, ȣ̓́τε κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη· ῥιγȣ͂ν τε γάρ, καὶ εἶναι γυμνή· τῶν γὰρ οἱ συγκατέθαψε ἱματέων ὄφελος εἶναι ȣ̓δὲν, ȣ̓ κατακαυθέντων.

150. ἴστω κατθανȣμένη. De participio ita adhibito vide ad Hippol. 303. exemplisque ibi allatis adde infra v. 452. ἴστω πορεύσας. Confert etiam Wakefieldius Stat. Theb. VII. 791. *Non aliter cæco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis.*

151. Bacch. 1185. πάντων ἀϱίστας θυγατέϱας σπεῖραι μακρῷ Θνητῶν. HERMANN. τῶν ὑφ' ἡλίῳ, sc. οὐσων.

152. τίς δ' ἐναντιώσεται; Monkius vertit *Quis certabit?* alii autem, *Quis contradicet?* quod jure probat Censor Eruditus apud *Quart. Rev.* T. XV. p. 118. conferens infra vv. 631. 1093. Med. 368.

153. τί χρὴ γενέσθαι κ. τ. λ. Optime vertit Monkius: *What must the woman be who has surpassed her?*

154. πῶς δ' ἂν μᾶλλον κ. τ. λ. Eadem est constructio infra

v. 780. de qua vide ad Orest. 790. Affatim exemplorum dabit Matt. Gr. Gr. §. 548. 5. Quoad sententiam confert Wakefieldius D. Johan. XV. 13. μείζονα ταύτης ἀγαπὴν ὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτῦ.

157. Nonnulli MSS. habent θαυμάσεις. Sed recte docet Monkius multa esse verba, quæ, apud Atticos saltem, futurum medium tantum usurpant: qualia sunt ἀκύω, σιγῶ, σιωπῶ, ᾄδω, βοῶ, ἁμαρτάνω, θνήσκω, πίπτω, κλάω, πλέω, πνέω, et similia. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 181. Obs.

ἡμέραν τὴν κυρίαν. Cf. Pind. Olymp. VI. 52. κυρίῳ δ' ἐν μηνὶ πέμποισ' ἀμφιπόλυς κ. τ. λ. de nono graviditatis mense. κύριος in his significat *id, quod rem dirimit*. Wust.

159. λευκὸν χρόα. Hoc est *candidum corpus*, ut bene Barnes. et Stiblin. vel potius *formosum*: nam candidum corpus putatur esse formosum: χρῶ autem, interprete Suida, idem est quod σῶμα. Galenus ad Hippocratem de fractur. ὑπόμνημ. γ. p. 261. b. 45. ita scribit:—ὅτι τὸ σαρκῶδες ἅπαν ὀνομάζει χρῶτα, λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν. Unde sæpe de toto corpore dicitur, ut ap. Hesiod. Theog. vv. 5. 119. Callimach. H. in Jov. v. 32. Eurip. Hec. 403. Kuin. Iis, qui instantem mortem expectabant, sese lavare morem fuisse docet Kirchman. de Fun. Rom. I. 10. Hinc igitur Socrates, venenum jam bibiturus, lavatum discedit: Plat. Phœd. 65.

160. Hom. Il. Ω. 191. quem locum verisimile est Euripidem ob oculos habuisse: Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, Κέδρινον, ὑψόροφον, ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει. Wakefield. Vocantur ita *arcæ vestiariæ*. Omnino enim latissime patet vocabuli δόμος notio, ita ut omnino quodlibet *receptaculum* denotet. Sic ap. Hesiod. Ἐργ. v. 96. vocatur *dolium* δόμος: ad quem locum vide Grævium in Lectt. Hesiodd. c. 3. p. 14. qui ibi hunc Euripidis locum laudavit. Kuin. E cedro autem conficiebantur ob materiæ æternitatem: vide Plin. N. H. XIII. 11. Wagner. Anglice vertit Monkius; *closets of cedar*. Noster habet in Orest. 1357. κεδρωτὰ παστάδων τέρεμνα. quod attulit Eustath. in Homeri loc. cit.

161. Tanquam scil. festus dies advenisset. Veteres ad Deorum templa ὑπὸ νεκργῷ στολῇ, ὑπὸ νεοπλυνεῖ ἐσθῆτι accessisse docet Pollux Lib. I. §. 25. Hinc Deianiræ votum, se maritum suum φανεῖν θεοῖς, θυτῆρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι. Trachin. v. 621. Musgr. De honorificis mortuorum vestibus vide Kirchmann. de funerib. Rom. I. 20. Barnes. Ælian. Var. Hist. I. 16. ὅτε ἧκεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλυ κ̀, ἔδει Σωκράτην ἀποθνήσκειν, ἀφίκετο εἰς τὸ δεσμωτήριον Ἀπολλόδωρος, ὁ τῇ Σωκρά-

τυς ἑταῖρος, χιτῶνά τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πολυτελῆ, ϗ εὐήτριον ϗ ἱμάτιον τοιῦτο· ϗ ἠξίυ ἔνδυντα αὐτὸν τὸν χιτῶνα ϗ θοιμάτιον περιβαλλόμενον, εἶτα ὕτω πιεῖν τὸ φάρμακον. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι· ϗ γὰρ ὖν ϗ προκεῖσθαι σὺν τῷ κόσμῳ τὸν νεκρὸν ὐ πάνυ τι ἀδόξως· ubi vide Perizon. Dorvill. ad Chariton. IV. 7. p. 421. Wust. ἠσκήσατο. H. e. *ornavit se.* Nam ἀσκεῖν sæpe dicitur pro *excolere, ornare:* ut ap. Eurip. Ion. 329. Electr. 1075. Iphig. Aul. 83. Helen. 1071. Rhes. 944. Troad. 1028. Dan. v. 2. Ap. Zosim. V. 24. 8. Curia vocatur οἶκος εἰς πᾶν κάλλος ϗ φιλοτιμίαν ἐξησκημένος. Kuin.

162. πρόσθεν ἑστίας. *Ante aram Vestæ.* Sed parum interesse docet Monkius, sive Vestam, sive Dianam, quam Pheris præcipue cultam fuisse discimus ex Callim. H. Dian. 259. sive aliam quampiam Dearum ἑστιῦχων, Alcestidis larem occupasse statuamus. Cf. Med. 401. Sed expressio πρόσθεν ἑστίας per se posita, nec ad aliam quamvis Deam apertius spectans, Vestam ipsam proculdubio designare debet.

165. ὀρφανεῦσαι Scholiastes ad h. l. et ad v. 309. explicat per ὀρφανοτροφῆσαι, ἐπιτροπεῦσαι· τῆς κατὰ τὴν ὀρφανίαν τροφῆς προϊστάναι. Recte. Wagner. Anglice verteris; *To bring up an orphan.* Vox passiva occurrit infra v. 553. Hipp. 841. Supp. 1139. monente Monkio. Ceterum Alcestidi filius erat Eumelus, et filia Perimele: Vide Scholiast. ad v. 275. Hujus autem meminit Anton. Lib. XXIII. Ἄργυ τῦ Φρίξυ ϗ Περιμήλης τῆς Ἀδμήτυ θυγατρὸς ἐγένετο Μάγνης.

166. Γενναῖος proprie dicitur *is, qui illustribus parentibus natus est.* Timæus Lex. Plat. Γενναῖος· ὁ εὖ γεγονώς. Deinde adhibetur de omnibus rebus, *quæ suo in genere præstant et excellunt:* sic v. 1130. γενναῖος ξένος, *gratus et pius hospes.* Aristoph. Plut. v. 493. βύλημα καλὸν, ϗ γενναῖον, ϗ χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον. Demosth. 328. 18. ed. Reisk. ταύτης (τῆς μελέτης) τὺς καρπὺς ἔδει καλὺς ϗ γενναίυς ϗ πᾶσιν ὠφελίμυς εἶναι. Unde etiam animalia γενναῖα vocantur. Xen. Œcon. 15. 4. γενναῖα δὲ δήπυ καλῦμεν ϗ τῶν ζώων, ὁπόσα καλὰ, ϗ μεγάλα, ϗ ὠφέλιμα ὄντα, πρᾳέα ἐστὶ πρὸς τὺς ἀνθρώπυς. Itaque h. l. γενναῖος πόσις est *maritus nobilis et dives.* Kuin.

167. Miror Monkium in hac structura ἡ τεκῦσα αὐτῶν [sc. pro ἡ μήτηρ αὐτῶν] hæsisse. ὁ ἐκείνυ τεκὼν est in Eurip. Elect. 333. οἱ τῶν ἰέντων τεκόντες Æsch. Pers. 243. Omnino Attici persæpe participia substantivorum instar usurpant, ita ut genitivum adsciscant, licet verbum alii casui jungatur: semper tamen articulus adjiciendus est. Vide Markland ad Suppl.

1089. Lobeck. ad Soph. Aj. 358. p. 277. Matt. Gr. Gr. §. 349. Obs. WUST.

171. Non male comparetur Virg. Æn. IV. 506. *Intendit locum sertis, et fronde coronat Funerea.* WUST.

172. φόβη πτόρθων μυρσίνης sunt *rami myrteacci.* Nam φόβη, quod propriè de *juba* dicitur, eleganter transfertur ad arborem, ita ut *ramos* et *folia* indicet. WAGNER. Confer notata ad Hipp. 209. Ceterum pro vulgata μυρσινῶν Matthiæ ex Scholiaste dedit μυρσίνης, quem secutus Monkius confert Ion. 120. μυρσίνας ἱερὰν φόβαν. Elect. 322. χλῶνα μυρσίνης. 782. μυρσίνης πλόκης. De myrto in funeribus adhibita vide ad Elect. in loco prius citato. Consulas etiam Robinsoni Archæol. Græc. p. 459. et Spanheim ad Callim. p. 315.

173. ἄκλαυστος, ἀστένακτος. Hæc verbalia, alibi passivè significantia, hic activam vim habent. Simili tamen modo ἄκλαυστος legitur in Hom. Od. IV. 493. οὐδέ σέ φημι Δὴν ἄκλαυστον ἔσεσθαι, ἐπὴν εὖ πάντα πύθηαι. Et notum est, pleraque verbalia in τος desinentia duplicem significationem admittere. Vide ad Hec. 1111. Hippol. 647.

175. Simillimus locus apud Virg. Æn. IV. 648. *Hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile Conspexit, paulum lacrymis et mente morata, Incubuitque toro, dixitque novissima verba.* WAGNER. Confert etiam Æmil. Portus Soph. Œd. T. 1241. Trach. 914.

177. Λύειν κορεύματα idem est qd. ap. Moschum Idyll. 2. 160. et Theocrit. Id. 27. 24. λύειν μίτρην· et ap. Phalarid, ep. 139. p. 368. ed. Lennep. δεσμὰ παρθενίας ἀποθέσθαι. et ap. Callim. h. in Del. v. 237. ἀναλύειν ζώνην· h. e. *coire, rem habere cum fœmina.* Etenim maritus in lecto virginis zonam solvebat. Festus: *cingula nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis.*—Vossius ad Catull. p. 7. *Istiusmodi autem zonæ non solum e corio et pellibus, quod minus tutum, verum etiam ex ære, argento, et chalybe compingebantur, iisque non puellarum tantum pudenda, sed et puerorum nates muniebantur, uti nunc apud varias fit gentes.* Docet hoc non uno loco Etymol. M. auctor, et complures alii Grammatici, qui eas etiam lanatas intus fuisse tradunt. Etym. M. v. μίτρα. Μίτρα· ζώνη, ἡ διὰ τοῦ μίτου ὑφαινομένη. Ἐφορεῖτο δὲ ἐσωτέρα τῆς λαγόνος ἡ χαλκῆ λεπὶς, ἣν ζώννυνται περὶ τὸν κενεῶνα χάριν πλείονος ἀσφαλείας.—Ergo h. l. sensus est: *o lecte, in quo ego virginitatem posui;* seu, in quo ego cum Admeto rem habui. Cæterum de vocab. μίτρα plura dabit H. Stephanus in Thes. L. Gr. T. II. p. 351. Mollus ad Lon-

gum p. 10. a. b. et Spanhemius ad Callim. h. in Jov. v. 21. KUIN.

178. Vix possum non assentiri Valckenario ad Phœn. v. 1336. reponenti ȣ̓ θνήσκω γ' ὕπερ. HEATH. Ego quoque assentiri Valckenærio non dubitarem, nisi scirem περὶ nonnunquam poni pro ὑπὲρ, ut ap. Xen. Cyr. I, 2. 13. περὶ τȣ̃ κοινȣ̃. sed ibid. §. 9. est ὑπὲρ τȣ̃ κοινȣ̃· ut apud Tyrtæ. Carm. I. 13. ubi legitur Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδομένων. KUIN.

180. ὀκνȣ̃σα. Hoc est, *timens*. Photius Lex. MS. Ὀκνεῖν· τὸ φοβεῖσθαι δηλοῖ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Hesych.: Ὀκνεῖ· δέδοικε, δειλιᾷ.—item; Ὀκνῶν· φοβȣ́μενος. Achill. Tat. I. 5. extr. σὺ δὲ ὀκνεῖς καὶ αἰδῇ, καὶ ἀκαίρως σωφρονεῖς. KUIN. Soph. Phil. 93. ὀκνῶ Προδότης καλεῖσθαι. Heraclid. 28. ὀκνῶν προδȣ̃ναι. JACOBS.

181. σὲ δ' ἄλλη κ. τ. λ. Aristoph. Equit. 1248. σέ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται Κλέπτης μὲν ȣ̓κ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως· ubi schol. λείπει, ἀνήρ. παρῴδησε δὲ τὰ ἐξ Ἀλκήστιδος Εὐριπίδȣ. ἔχει δὲ οὕτως· Σὲ δ' ἄλλη κ. τ. λ. Sed σώφρων proprie dicitur *is, qui sana mente præditus est.* Jam vero, cum ii, qui sanæ mentis sint, virtutis etiam omnis reperiantur studiosissimi; σώφρων ponitur nunc ut vocabulum generis, ita ut omnino omnem virtutem ut h. l., nunc ut vocabulum formæ, ita ut certam quandam virtutem indicet, ut v. 615. ubi γυνὴ ἐσθλὴ καὶ σώφρων est *fœmina proba et pudica.* Adde Achill. Tat. 8. 17. et Xenoph. Ephes. L. I. p. 6. ed. Cocch. μέγα σοι τρόπαιον ἐγήγερται κατὰ Ἀβροκόμȣ τȣ̃ σώφρωνος. KUIN. Monkius recte edidit ȣ̓χὶ μᾶλλον, quod est apud Suidam, et nostrum et Aristophanis locum citantem, v. Κλέπτης.

183. Vide Porson ad Med. 1131. Ante eum omnes legebant κύνει, et in proxino versu δεύετο.

184. πλημμυρίδι. Hoc vocabulum alias de æstu maris aut exundatione fluviorum frequentatur; h. l. autem de abundanti lacrymarum proluvie adhibetur, ut ap. Æschyl. Choeph. v. 148. ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτȣσί μοι Σταγόνες ἄφραστοι δυσχίμȣ πλημμυρίδες. KUIN. Hom. Od. I. 486. πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο. Unde Hesychius explicat: τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης· ἡ ἐπίῤῥυσις. Vide etiam Spanhem. ad Callim. Hymn. in Del. 263.—Compositum ὀφθαλμότεγκτος, *lacrymis madens*, alibi non occurrit.

186. προνωπής. Vide supra ad v. 143.

187. πολλὰ pertinet ad ἐπεστράφη. WAGNER. Recte vertunt: *sæpe rediit.*

188. Solent poetæ non tantum universas enunciationes, et vocabula [ut Eurip. Orest. 602. Hom. Il. I. 705. Eurip.

Troad. 450. Alcest. 45. cf. Heinsii Exercitt. Sacr. L. 4. c. 1. p. 214,] sed et particulas idem valentes, non raro conjungere, etiam non interjecta copula, ut h. l. et ap. Soph. Aj. 305. ἐπαΐξας αὖθις ἐς δόμȣς πάλιν. Philoct. 340. τὸ σὸν φράσον Αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμα. Kuin. Habemus etiam αὖθις αὖ πάλιν in Soph. Œd. C. 1413. Phil. 952.

195. ϗ προσεῤῥήθη πάλιν. Plene sic dicas: ϗ ὑφ' ȣ̓ ȣ̓ προσεῤῥήθη πάλιν. Herman.

198. ȣ̓́ποτ'. Ita ed. Ald. per compendium puto, pro ὃ ȣ̓́ποτ'. Nec aliter scripsisse auctorem puto; λανθάνεσθαι enim accusativum nonnunquam regit. Lysias: μὴ οἴεσθε, εἰ ὑμεῖς βȣ́λεσθε τὰ τȣ́τῳ πεποιημένα ἐπιμαθέσθαι, ϗ τȣ̃ς θεȣ̃ς ἐπιλήσεσθαι, p. 51. Polyb. p. 499. C. καὶ τί φήσας ἐπιλελῆσθαι. Arrian. p. 54. ed. Gron. τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο. vid. etiam Nostri v. 273. Parisiensium interea tres cum Flor. et ed. Lasc. sic habent: ὃ ποτ' ȣ̓ λελήσεται. Musgr. Ceterum hanc crasin vix reperies apud Tragicos: et lectionem Florentinam, quam dedit Matthiæ, et post eum Monkius, potiorem facile putamus.

202. προδȣ̃ναι est *deserere:* vv. 258. 286. [Anglice, *to abandon,* vertente Monkio.] Habet omnino notionem *destituendi,* ut in Phœn. 1624. Wagner.

203. μαραίνεσθαι dicitur imprimis de iis, qui morbo correpti tabescunt, et paulatim conficiuntur, ut h. l. et v. 241. Deinde frequentatur etiam omnino de omnibus rebus, quæ re aliqua extinguuntur; ut ap. Xen. Ephes. p. 7. ed. Cocch. ἐν ὁμοίῳ δὲ φόβῳ ϗ ὁ Μεγαμήδης ϗ Εὐίππη ϗ περὶ τῆς Ἀνθίας καθίστησαν, ὁρῶντες αὐτῆς τὸ μὲν κάλλος μαραινόμενον. Achill. Tat. 2. 36. τῷ κόρῳ μαραίνει τὸ τερπνόν. 5, 8. ϗ τὸ πολὺ τȣ̃ πένθȣς ἤρχετο μαραίνεσθαι. c. 24. ὁ ἔρως ἐμάραινε τὴν ὀργήν. 6, 17. παλαιὸν γὰρ ἔρωτα μαραίνει νέος ἔρως. Kuin.

204. χειρὸς. Nec a præcedente παρειμένη, ut puto, regitur, nec a præpos. κατὰ subintellecta; (hoc enim si esset, poëta χειρῶν, non χειρὸς posuisset:) sed per appositionem jungitur. Verte: *corpore autem resoluta, miserum* scil. *onus manus Admeti.* [Anglice, *Relaxed, and a lamentable burthen to the hands which support her: viz. those of Admetus;* vertente Censore Erudito in *Quart. Rev.* T. XV. p. 118.] Alcestis eleganter dicitur *onus manus,* quia, languida prorsus et deficiens, Admeti omnino manibus sustinebatur. Vid. vv. 19. 201. Heath. Cf. Bacch. 1168. Ἔπεσθέ μοι φέροντες ἄθλιον βάρος Πενθέως.

207. Hunc et sequentem versum, ut male repetitos ex Hec. 408. recte rejiciendos censet Valck. ad Hipp. 680.

211. πάντες. *Subditi omnes;* non enim ex famulis Admeti, sed e senibus Pheræis, ejus subditis, constabat chorus. Heath.

213. Ὦ Ζεῦ, πῶς ἂν πόρος κακῶν. Ita ex conjectura Matthiæ. Aldus habet Ἰὼ Ζεῦ, τίς ἂν πῶς π. κ. Sed veram lectionem τίς ἂν πᾶ, Scholiastæ interpretatione adductus, revocavit Monkius; qui et duplicem interrogationem, τίς, πᾶ, illustrat ex Soph. Elect. 958. Ποῖ γὰρ μενεῖς ῥᾴθυμος, εἰς τίν' ἐλπίδων Βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν· ubi ποῖ βλέψασα jungenda sunt.

216. τεμῶ τρίχα. Solebant veteres in luctu partim comam radere: partim *lugubria*, vel *mortualia* induere. Sic enim dicebantur vestes funebres nigri coloris. Vide Kirchman. de Fun. Rom. II. 14. 17. Wagner. Vide infra v. 441.

218. ἀμφιβαλώμεθα δή. Ita ex conjectura Wakefieldius. Sed unice vera est vulgata ἀμφιβαλώμεθ' ἤδη.

219—227. Hæc rectè Choro continuat Monkius. Ancilla enim e scena discesserat post v. 212.

220. θεοῖσιν εὐχόμεσθα. Ita Musgravius. Cæteri θεοῖς εὐχώμεσθα, quod sensui multo aptius convenit.

221. Ovid. Met. VIII. 618. *Immensa est, finemque potentia cœli Non habet, et quicquid superi voluere peractum est.* Hom. Od. K. 305. θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. Kuin. Propius accedit illud Homericum Il. B. 118. τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον.

223. μηχανὴ κακῶν est *ratio*, qua mala illa gravia depellantur; atque adeo idem, quod ἄκος κακῶν, v. 135. πόρος κακῶν, v. 213. Wagner. Ita locum accipit Monkius, quasi esset μηχανὴν τίνα σωτηρίας ἐκ κακῶν, conferens Hippol. 711.

225. Verbum εὑρίσκω Genitivo jungi solere, haud mihi constat; legendum igitur potius crediderim τῷδ' ἐφεῦρες. Heath. τῷδ', i. e. *Admeto:* nec aliter legendum; et, post ἐφεῦρες, μηχανὴν supplendum e. v. 223.

232. Virum doctum J. Tate optime hunc locum illustrantem laudat Monkius, post eum conferens Bacch. 227. Soph. Œd. T. 1373. His addit Nostri Herac. 246. Arist. Acharn. 125.

233. οὐράνιον. Quicquid est *sublime, altum.* Wagner. Schol. βρόχῳ οὐρανίῳ· ἀντὶ τοῦ μετεώρῳ.

234. οὐ φίλαν. Subauditur μόνον. Vide ad Hec. 1097.

242. Recte Monkius, κατὰ γᾶς, *sub terram.*

248. ἀβίωτον χρόνον βιοτεύσει. Similis est expressio in Hipp. 816. καταρκονὰ μὲν ἦν ἀβίωτος βίῳ. 863. ἀβίωτος βίῳ τύχα. Aristoph. Plut. 970. ἀβίωτον εἶναι μοι πεποίηκε τὸν βίον. Cf. etiam Platon. de Legg. XI. p. 926. B. Polit. p. 299. E. et alibi passim.

253. ὁρᾷ σε, sc. ἅλιος. WAGNER.

257. Ἰωλκὸς erat urbs Thessaliæ, quam condidit Cretheus. Apollod. I. 9. 11. Κρηθεὺς δὲ κτίσας Ἰωλκὸς.—Regnavit ibi Pelias, Alcestidis pater. Vide Schol. ad v. 253. KUIN. Cum Matthiæ πατρῴας servandum duxi. Porsoni præceptum jam impugnavit Herman. ad Hec. 76. et Seidler. de vers. doch. p. 101. WUST. Vide et Blomfield. ad Æsch. Pers. 929. Monkius edidit πατρίας.

260. δίκωπον σκάφος ex communi more Charonti tribuitur a veteribus. Infra v. 458. ἐλάτᾳ δικώπῳ. Lucian. in Charonte statim in initio: ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν τὴν δικωπίαν ἕλων ἐρέττω μόνος. WUST. De Charontis autem cymba vide Blomfield. ad Æsch. Theb. 856.

264. In hoc versu mire variant Libri. Matthiæum secutus est Monkius, nisi quod με omittit.

268. τὶς Ἀΐδας est *nescio quis Orcus:* i. e. nescio quod simulacrum Orci. Aliter τὶς Ἀπόλλων, ἢ Πᾶν, ἢ Ζεὺς, in Æsch. Agam. 54. quod est *aliquis deus*, vel Apollo, vel Pan, vel Jupiter. HERMANN. οὐχ ὁρᾷς; quod primus interrogative scripsit Matthiæ, parentheticè sumendum recte docet Monkius.

272. τί ῥέξεις; Non absimile est quod in Cyclop. 561. dixit Euripides: τί δράσεις. WUST. Vulgo, τί ῥέζεις; sed futurum recte reponit Matthiæ, MS. Florent. ut videtur, auctoritate fretus. Cf. notata ad Hipp. 351.

274. τῶν. Pro τούτων, ut sæpius apud Tragicos. Vide ad Hipp. 525. Exempla sunt Æsch. Prom. 245. Theb. 37. 181. 515. Pers. 43. Agam. 222. 644. 978. Eum. 2. Suppl. 450. 517. 264. 302. 603. 1058. Soph. Œd. T. 200. 1055. 1379. 1427. Œd. C. 304. 747. 1258. Antig. 1085. Trach. 47. 381. 730. Elect. 1144. Nostri Androm. 794. Bacch. 441. 668. Elect. 277. Ceterum confert Monkius Hor. Carm. I. 24. 9. *Multis ille bonis flebilis occidit; Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.*

280 οὐκ ἔτ' ἐστίν. H. e. *mortua est*, ut vv. 334. 1106. Eurip. Suppl. 1146. Hom. Il. B. 641. Matth. II. 18. Eurip. Hippol. 1152. Joseph. Antiq. L. VII. c. 10. §. 5. ubi Joabus

dicit Davidi σεαυτὸν καὶ τὴν σὴν γενεὰν δοκεῖς μισεῖν, στέργειν δὲ τοὺς ἐχθροτάτους καὶ ποθεῖν οὐκ ἔτ' ὄντας, οἳ τεθνήκασιν δίκῃ. Cf. Wetstenius ad Matth. II. 18. et nos ad Cydon. Orat. de contemn. morte: 16. 2. KUIN. Vide etiam ad Hipp. 356.

282. χαίροντες, ἰὼ τέκνα, κ. τ. λ. Recte vertit Monkius: *Vivite et valete.* Vide ad Hippol. 1430.

285. καὶ πάντος κ. τ. λ. Confert Monkius Soph. Ant. 953. Οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω Τοὔπος ἀφῖκται.

286. μὴ πρός σε θεῶν.—De his jurandi formulis vide ad Hipp. 600. et ad Med. 328. ubi hunc locum emendavit Porsonus: de voce τλῆναι supra ad v. 1. Vide etiam ad v. 202.

290. ἐν σοὶ κ. τ. λ. Recte Buchan. vertit: *pendet ab una Te mea mors ac vita.* HEATH. Vide ad Phœn. 1250.

294. πρεσβεύουσα. Vide ad Hippol. 5.

297. ἀλλ' ἄνδρα τε σχεῖν κ. τ. λ. Monkius παρόν μοι repetit e præcedente versu. Sed nihil opus: modo comma, quod vulgo post θανεῖν ponitur, amoveamus, et post τυραννίδι plenius distinguamus. Forsan et in v. 299. legendum κοὐκ ἠθέλησα. Cæterum de participio παρόν absolute posito vide ad Med. 445. Ita et ἧκον paullo infra v. 303.

300. Haud male in cod. Florent. legitur: οὐδ' ἐφεισάμην Ἥβης, ἔχουσ' ἐν οἷς ἐτερπόμην ἐγώ. Sed præstat vulgata: ἥβης δῶρα ipsa est *juventus,* circumscriptione apud poetas satis frequenti. Vide Rhunken. ad Hom. H. in Cerer. 146. Heinr. ad Hesiod. Scut. Herc. 47. WUST.

303. καλῶς μὲν αὐτοῖς κ. ἧκον βίου. *Cum in eorum ætatem optime convenisset pro te mori.* Hanc dicendi formulam illustravit L. Bos. ad Lucian. T. II. p. 469. ed. Reiz. adducto præter alios Ælian. H. A. 11. ῥώμης καὶ ἀλκῆς εὖ ἥκουσαν. Vide et Budæi Comment. L. Gr. p. 1082. JACOBS. Plura dabunt Valck. ad Herod. VII. 157. Matt. Gr. Gr. §. 315.

306. φιτύσειν. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 241.

307. ἔζην. Qua auctoritate nisus tam fidenter contendat Monkius, hanc formam a Grammaticis inventam esse, haud facile dicas. Satis vetus auctor Herodianus apud Phrynich. p. 457. τὸ ἔζων γράφεται καὶ ἔζην παρὰ Δημοσθένει πολλαχοῦ· ἐπεὶ καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον ἐφύλαξε τὸ η. Cf. Herodian. Piersoni p. 315. WUST. Neque negant inveniri ἔζην Thomas M. p. 266. et Mœris p. 148. HERMANN. Monkius dedit ἔζων, quod vulgo editum est infra v. 667.

308. κοὐκ. Valcken. ad Phœn. 761. ut incommodum vi-

tetur particulæ ϗ ter in trium versuum continuorum initio repetitæ, τὸ ϗ hinc eliminandum censet. Mihi, fateor, minime displicet repetitio ista; amota autem particula, hiulca plane et elumbis evadit orationis structura. HEATH. Haud invenuste Valckenærius. Sed ne librorum scriptura quidem mala est, cujus ea vis est, ut dicit Alcestis, sic ambos, et se, et maritum, sospites fuisse; neque illum uxore, liberos matre esse orbatos. HERMANN.

313. ψυχή. Pro ζωὴ hic ponitur. Sic Homer. Il. I. 223. ἀεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. ubi vide Eustathium. Hic autem locus insigniter illud Homericum vel exprimit, vel imitatur, vel complectitur: Il. I. 401. Οὐ γάρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον· ὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον, Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν· Οὐδ' ὅσα λάϊνος ὐδὸς Ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβυ Ἀπόλλωνος, Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ. Ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες ϗ ἴφια μῆλα, Κτητοὶ δὲ τρίποδές τε ϗ ἵππων ξάνθα κάρηνα. Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν ὔτε λῃϊστὴ, Οὐδ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Quis hæc audierit et Homerum non deosculetur? BARNES.

314. δίκαια. Accusativus est pluralis. HEATH. Scilicet adverbialiter sumptus.

319. προσβάλλειν χεῖρα omnino est *male tractare*. Hom. Il. I. 89. ὔτις σοὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει. WUST.

321. ἐχθρὰ γὰρ κ. τ. λ. *Odium novercale* in proverbium abiit: (Vide Erasm. Adag.) ita ut Plautus *quoad novercam queri* diceret, pro *frustra* queri. Locus admodum aptus est Luciani Abdic. 31. T. V. p. 36. ὁρᾷς, ὡς οἴονται πάντες εἶναί τι μῖσος πρὸς τὺς προγόνυς πασαῖς μητρυιαῖς, κἂν ὦσι χρησταὶ, ϗ τινὰ κοινὴν μανίαν ταύτην γυναικεῖαν αὐτὰς μεμνημέναι. Cf. Virg. Georg. II. 128. WAGNER. Hinc de diebus tristibus et lætis dixit Hesiod. Ἐργ. 823. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. BARNES. Hinc etiam illud in Anthol. I. 50. 2. Μητρυιαὶ προγόνοισιν ἀεὶ κακόν· ὐδὲ φιλῦσαι Σώζυσιν. Φαίδραν γνῶθι ϗ Ἱππόλυτον. Ita et Nostri Ion. 1025. φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις. Confert etiam Monkius Fragm. Ægei VIII. Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολεμία γυνὴ Τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρα πόσει. Vide etiam Hor. Carm. III. 24. 17.

322. Cogitabam aliquando τῆς πρόσθε, scilicet γυναικός. Sed τὰ πρόσθε τέκνα sunt *liberi primi tori*, οἱ πρόγονοι. REISK.

323. πύργον. Per metaphoram significat *præsidium* ut ap. Hom. Od. Λ. 555. Eurip. Med. 394. ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ· ubi scholiastes, πύργος ἀσφαλὴς, inquit, ἀντὶ τῦ

ὀχύρωμα σωτηρίας, καταχρηστικῶς δὲ τὴν σωτηρίαν πύργον ὠνόμασεν, παρὰ τὲς ὑποδεδεγμηκότας ὑπὸ πύργε ἐν τῷ πολέμῳ σώσεσθαι. Eodem modo Latini utuntur vocab. *turris*. Claudian. in Rufin. I. 264. de Stilicone: *Hic cunctis optata quies, hic sola Pericli Turris erat, clypeusque trucem porrectus in hostem.* KUIN.

324. Hunc versum Pierson. Verisim. p. 68. repetitum censet ex v. 195. MUSGR.

325. Non silentio prætereunda est hæc constructio πῶς χορευθήσει καλῶς; ποίας τυχῦσα συζυγῦ; ubi in altero interrogationis membro participium positum est. Soph. Phil. 1261. Τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς; Τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τῦ κεχρημένοι, ξένοι; De formis σύζυξ et σύζυγος vide Bast. ad Gregor. Corinth. p. 594. WUST. Vide etiam Porson. ad Med. 1356. Ceterum verbum χορευθήσει illustrabunt notata ad v. 177. De constructione autem vocis πατρὶ in dativo confert Musgravius Soph. Ant. 378.

327. μὴ pendet ex prægressis, *qualis, ut ne tibi connubium impediat*. Κληδὼν male scribitur cum iota subscripto. Non est enim a κλήζω, neque κληΐδονα Epici, sed κληηδόνα dicunt. HERMANN. Monkius subintelligit δέδοικα, ut in Hom. Il. P. 95. μή πως με περιστείωσ' ἕνα πολλοί. Vide Bos. Ellips. Gr. p. 369. ed. Oxon.

328. ἥβης ἐν ἀκμῇ. Idem est quod apud Eurip. Cycl. 2. ἐν ἥβῃ. Sed ἥβη proprie est *lanugo*: Suidas ἥβη· ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν. Quia autem lanugo pubertatis index est, ipsam etiam *pubertatem* indicat, ut h. l. Ἀκμὴ autem proprie est *cuspis, mucro*: deinde eleganter transfertur ad ætatem, ita ut *florem* ejus, omninoque *tempus maturitatis* rei alicujus significet: cf. Iensii Lectt. Luciann. p. 195. Hesychius: ἀκμή· νεότης, ἡλικία. Sic ap. Charit. Aphrod. III. 3. ἐν ἀκμῇ τῦ ἔρωτος. Æl. H. V. II. 10. ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας. Ap. Long. Pastor. I. p. 17. Mol. de vigore frugum: καὶ πάντα ἐν ἀκμῇ. Sæpe etiam simpliciter ita ponitur ut *ætatem juvenilem* denotet, ut ap. Plutarch. E. pp. 15. 7. ἀταμίευτον γὰρ τῶν ἡδονῶν ἡ ἀκμή, καὶ σκιρτητικὸν, καὶ χαλινῦ δεόμενον. Vide Fischer. V. C. ad Anacr. XXXIV. 4. Bergler. ad Alciphr. p. 30. et Toup. ad Suidam p. 488. KUIN. διαφθείρῃ γάμυς. *Nuptiarum spem frustretur.* HEATH.

332. καὶ τόδ' ἧκ' ἐς αὔριον, κ. τ. λ. Brumoy ad h. l. adnotat, in more fuisse ap. Athenienses, ut credita solvi deberent primo mensis die: verisimile autem esse, creditores mitiores moram debitoribus indulsisse duorum vel trium dierum, ita ut non

nisi tertio mensis die debita exigerent. HEATH. Verisimilius hoc, quam quod observat Monkius, morem in his respici apud Athenienses notum, ut qui capite damnati essent, intra biduum cicutam biberent. Hanc suam sententiam confirmat V. D. Auctorem citans incertum apud Stobæum I. 19. de Socrate ita dicentem: κ̢ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν, τῇ πρώτῃ ἔπιεν, κ̢ ἐ προσέμεινε τῆς τρίτης ἡμέρας τὴν ἐσχάτην ὥραν, παρατηρεῖν εἰ ἐστὶν ἥλιος ἐπὶ τῶν ὀρῶν, ἀλλ' εὐθαρσῶς τῇ πρώτῃ. Audiamus autem Censorem Anglicum optime disserentem in *Quart. Rev.* T. XV. p. 119. "*The Author, whoever he is, of this passage, has got hold of a wrong story. We are not aware of any custom at Athens, which gave to a condemned criminal the respite of a fixed number of days. In the particular instance of Socrates, not* three, *but thirty days intervened between his trial and death, from the accident of the* θεωρία Δηλιακὴ *having commenced the day before his trial.* (Plato Phæd. I. Xenoph. Mem. IV. 8. 2.) *The mistake arose from a passage in the Crito of Plato, in which Socrates relates to Crito a dream, which had intimated to him that he should die on the* third *day from its appearance: the intimation was conveyed in this verse of Homer:* Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐριβώλακ' ἵκοιο. *Accordingly we read in Diogenes Laertius, but with a variation as to the name;* πρὸς Αἰσχίνην ἔφη, Εἰς τρίτην ἀποθανοῦμαι. *In the next place, so far is it from being true that Socrates drank the poison on the first day, or the first hour of the day, that it was not till sunset on the last day allowed him that he took it:* Καὶ ἦν ἤδη ἐγγὺς ἡλίου δυσμῶν, *says Plato; and the sun was not only on the mountains, but had sunk behind them before Socrates took the cup: for Crito, persuading him to wait a little longer, says:* ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἔτι ἥλιον εἶναι ἐν τοῖς ὄρεσι, κ̢ οὔπω δεδυκέναι· *after which the servant was a long time* (συχνὸν χρόνον) *preparing the poison. On the strength of this passage Petit, in his* Leges Atticæ, *has set down the custom above-mentioned, which we believe rests upon no other authority. Euripides seems to intimate that the day fixed beforehand for the voluntary death of Alcestis was the first of the month: a month probably having been allowed to Admetus to search for a substitute.*" Hæc ille. Cæterum ad ἐς τρίτην subauditur ἡμέραν. Xenoph. Cyrop. V. 27. εἰς τρίτην δειπνήσω ἐν τῇ ἡμετέρᾳ. Parum igitur accurate hanc Ellipsin Atticis negat Mœris, p. 152. εἰς τρίτην ἡμέραν, Ἀττικῶς· εἰς τρίτην, καθ' ἑαυτὸ μόνον, Ἑλληνικῶς. Plene tamen dicitur apud eundem

Xenoph. Cyrop. VI. 3. 11. καὶ χθὲς δὲ καὶ τρίτην ἡμέραν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον.

338. οὐ χάζομαι. Miror neminem hactenus vidisse quod οὐ χάζομαι perperam esset scriptum; præsertim cum scholiastes ex Homero citet ipsum verbum ἄζομαι. Il. E. 130. Μηδ' ἄζεο θοῦρον Ἄρηα. Facillime autem ex eadem pronuntiatione hic de diversis error ortum habuit: quare et bifariam scriptum agnoscere videtur scholiastes, dum utrumque exponit, τὸ οὐχ ἄζομαι per οὐκ εὐλαβοῦμαι, et τὸ οὐ χάζομαι, per οὐκ ἀπέρχομαι. Barnes. Recte. Sed vide ad Orest. 1109.

340. μὴ τρέσῃς. Vide Porson. ad Phœn. 1077.

341. Virg. Æn. IV. 28. *Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores Abstulit; ille habeat secum, servetque sepulchro.* Wakefield.

342. κεκλήσει. H. e. *eris.* Nam καλεῖν sæpe ita usurpatur, ut idem sit, quod εἶναι ut h. l. et ap. Hom. Il. Δ. 60. καὶ οὕνεκα σοὶ παράκοιτις κέκλημαι. Cf. Casaubon. Lect. Theocrit. c. 3. et Vorstium p. 155. s. Lips. Kuin. Vide ad Hec. 620. Hippol. 1.

343. τόνδ' ἄνδρα. Id est ἐμέ, circumlocutione apud Tragicos notissima. Cf. infra vv. 706. 735. 1094. 1104. notante Monkio; qui et duo loca, Æsch. Agam. 47. Soph. Trach. 305. indicavit, ubi feminæ hoc loquendi more sunt usæ. Sæpe etiam pronomina demonstrativa, simpliciter posita, δεικτικῶς ad loquentem personam referuntur: ut infra vv. 752. 1100.

346. ὄνησιν. *Fruitionem.* Heath. Hesych. ὀνήσει· ὠφελείᾳ. Gloss. vet. ὄνησις· *juvamen, emolumentum.* Hinc et ὠνήμεθα, *fruimur, adjuvamur,* in versu sequente. Verbum illustravit Valckenærius ad Theocrit. Adoniaz. 55.

348. πένθος ἐτήσιον. Legitimum Uxori lugendi tempus. Vide Kirchman. de Fun. Rom. IV. 10. Confert Monkius infra v. 443.

349. αἰών. H. e. *vita: vitæ tempus,* ut ap. Xen. Ages. X. 4. ἀφικόμενος δὲ ἐπὶ τὸ μήκιστον ἀνθρωπίνου αἰῶνος. Cyrop. III. 3. 3. τὸν αἰῶνα διάγειν. Hesychius: αἰών· ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. Eodem modo Latini utuntur vocab., *ævum,* ut Horat. A. P. 346. *Et longum noto scriptori prorogat ævum.* vide Arnald. Lect. Gr. p. 7. Kuin. Vide Blomfield Gloss. ad Æsch. Prom. 887.

351. Similiter Orest. v. 444. Ὄνομα γάρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι, Οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι. Kuin. Nec aliter

Orest. 277. τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. Cf. Porson. ad. Phœn. 502.

352. τὰ φίλτατα. Alias sunt *conjuges* et *liberi:* nunc pro ipsa *vita* ponitur. WUST. Sed vide ad Hippol. 962.

353. ἆρα, i. e. pro ἆρ' οὐ, *nonne.* Vide Porson. Præf. ad Hecub. p. 11.—πάρα est pro πάρεστι.

355. Κῶμος de quavis compotatione intelligendum esse videtur. Comessatio vero, proprie sic dicta, quomodo comparata fuerit, docent L. Bosius Exercit. ad Rom. XIII. 13. p. 117. Albertius Obss. Philoll. p. 330. Cernebatur autem in potando ad multam noctem, choreis ducendis, carminibus canendis amatoriis, et vagando per plateas, adhibitis pueris symphoniacis. Vide Schwartzium de Comessationibus vett. quæ prodiit Altorfii, 1741, 5. et Fischer. ad Anacreon. 6.—ὁμιλίας συμποτῶν. *Societates, conversationes compotatorum.* In his compotationibus caput corona redimiti canebant. Eo pertinent verba στεφάνους τε, κ. τ. λ. KUINOEL. WAGNER.

358. πρὸς—αὐλὰν. Præter Schol. vide quæ nos ad Troad. 548. quibus adde et Theophrastum περὶ φυτῶν. Lib. IV. ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ Λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. MUSGR. λακεῖν proprie significat *crepitum edere;* apud Tragicos interdum denotat *clare loqui, profari;* imprimisque hoc sensu de Apollinis oraculo adhibetur, ut ap. Eurip. Orest. v. 159. ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν. Denique etiam nonnunquam est *canere* ut h. l. KUIN. Vide Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 415. Theb. 141. Ceterum de verbo ἐξαίρειν vide ad Hippol. 321. et confer Theogn. v. 630. Ἥβη καὶ νεότης ἐπικουφίζει νόον ἀνδρὸς, Πολλῶν δ' ἐξαίρει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην.

360. Confert Monkius Nostri Andromedæ Fragm. παρθένου τ' εἰκῶ τινα Ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τεχνασμάτων, Σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

365. ψυχρὰν τέρψιν. Accusativus absolutus, ut supra v. 7. Verbum οἶμαι recte διὰ μέσου accipit Monkius, Anglicè vertens, *I suppose,* vel potius, *no doubt:* nonnulla ironiæ significatione adjectâ. Similiter infra v. 583. Med. 315. Herac. 511. 963.

366. ἀπαντλῇ. Proprie est *exhaurire;* ideoque *exhauriendo minuere,* vel *tollere.* WAGNER. Hesych. ἀπαντλοίην ἄν· ἐπικουφίσαιμι ἄν.

367. ἡδὺ γὰρ φίλος. Ita recte Musgravius, subaudito χρῆμα. Vide ad Orest. 222. Vulgo φίλοις.

369. εἰ δ' Ὀρφέως κ. τ. λ. Hanc fabulam inter alios narrat Apollodor. Biblioth. I. 3. 2. BARNES. Similiter Iphig. A. 1198. εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον κ. τ. λ. Orpheus autem Calliopes et Œagri, sive ex aliorum sententia, Apollinis filius, vates erat et poeta clarissimus, qui adeo præclare et suaviter cecinisse fertur, ut etiam saxa ferasque cantu commoverit suo. Ovid. A. A. III. 321. *Saxa ferasque lyra movit Rhodopeïus Orpheus, Tartareosque lacus, tergeminumque canem.* Cum igitur Eurydice, ipsius uxor, mortua esset, carminibus suis a Plutone impetravit, ut eam ex Orco reducere posset. Cf. Virgil Æn. VI. 109. [*Si potuit manes avellere conjugis Orpheus Threiceus, fretus cithara fidibusque canoris.*] KUINOEL. Locum etiam imitatus est Moschus, II. 122. εἰ δυνάμαι δὲ, Ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ Τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεὺς, Ὡς πάρος Ἀλκείδας, κἠγὼ τάχ' ἂν εἰς δόμον ἦλθον Πλυτέος.

370. Libri ὡς τὴν κόρην, quod servavit Monkius, [Matthiæum secutus.] Non dubitandum esse, quin vere correxerit Reiskius, legens ὥστ' ἢ κόρην, monuit V. D. in Censur. Trimest. Vol. XV. p. 120. HERMAN.

371. ὕμνοισι. Propria significatione hoc vocabulo poeta noster usus est; nam auctore Arrian. Exp. Alex. IV. 11. ὕμνοι μὲν ἐς τὺς θεὺς ποιῦνται, ἔπαινοι δὲ ἐς ἀνθρώπυς. Ammonius: Ὕμνος· ὁ μὲν γὰρ ὕμνος ἔστι θεῶν. Herodian. Philæt. p. 478. Ἐγκώμιον δὲ καὶ ἔπαινος εἰς ἀνθρώπυς λέγεται, καὶ ἔτι μὲν ἔπαινος ἐν βραχεῖ· τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐκφέρεται κατὰ τέχνην. Ὕμνος δὲ, ἐπὶ θεῶν. cf. Spanhem. ad Callim. H. in Jov. T. II. p. 2. Cæterum κηλεῖν est *mulcere: verbis vel cantu aliorum aures delinire.* [Hesychius: κηλεῖ· πραΰνει, θέλγει, πείθει.] Hoc autem verbum exquisite posuit poeta de Orpheo, qui cantu suo aures Proserpinæ et Plutonis demulceret. Sic eodem verbo de Orpheo, carminibus suis homines saxeos ferreosque et feras movente, usus est Heraclitus περὶ Ἀπίστων c. 23. ὗτος, inquiens, κινεῖν λέγεται καὶ πέτρας, καὶ δένδρα, καὶ θῆρας, οἰωνύς τε. εἴποι δ' ἄν τις ἀληθῶς ὅτι θηριώδεις ὄντας τὺς ἀνθρώπυς διὰ τῶν λόγων κηλήσας, ταύτης τῆς φήμης ἔτυχεν. Horat. A. P. 391. hoc in genere exhibuit verbum *lenire*. *Silvestres homines sacer, Interpresque deorum, Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus; Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones.* KUIN.

373. ψυχοπομπός. Similiter νεκροπομπὸς dicitur Charon infra v. 445.

376. Confert Monkius Elect. 1148. νυμφεύσει δὲ κἀν Ἅιδυ δόμοις Ὧιπερ ξυνηῦδες ἐν φάει.

378. σοὶ τούσδε θεῖναι, πλευρά τ' ἐκτεῖναι. Ita eximie Piersonus Verisim. p. 69. ex conjectura. MUSGR. Mihi placet Piersoni conjectura, quæ Codd. confirmatur. Ἐπισκήπτειν vero, quod verbum proprium est de mandatis, quæ moribundi amicis suis exigenda dant, ut ap. Æl. H. V. XII. 49. denotat *jubere, mandare*, ut bene Piersonus reddidit. Hesychii glossa ἐπισκήπτει explicat verbo ἐντέλλεται. Schol. ad Eurip. Phœn. v. 774. ἐπισκήπτω· ἐντέλλομαι, παραγγέλλω, προστάττω. adde Schol. h. l. [Vide etiam Brunck. ad Soph. Phil. 782.] Refertur autem ἐπισκήψω ad τούσδε, *liberos hosce*. Dativus σοὶ pendet a Pronomine ταῖς αὐταῖς, et κέδρος denotat proprie quidem *cedrum*, sed ut quævis res egregiæ et pretiosæ a cedro conficiebantur, tanquam simulacra deorum, ita etiam hominum opulentorum et divitum, inprimisque regum capuli cedrini erant, quia cedrus incorrupta defuncta corpora servabat. Plin. N. H. 24. 5. *Cedrus magna, quam Cedrelatum vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit; mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita sit.* Unde etiam *capulum* significat ut h. l. KUIN. Cf. Orest. 1046. Καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἕν, κέδρου τεχνάσματα. WAKEFIELD. Citat etiam Monkius Troad. 1133. ἀλλ' ἀντὶ κέδρου περιβόλων τε λαΐνων, Ἐν τῇδε θάψαι παῖδα. Sed videndus est Kirchman de Fun. Rom. I. 8.

379. μηδὲ γὰρ θανὼν κ. τ. λ. Hujus loci parodiam dedit Aristophanes in Acharn. 893. μηδὲ γὰρ θανών ποτε Σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης.

387. ἐπὶ τοῖσδε. Ad verbum, *super hac conditione*. Thucydid. L. IV. αἱ μὲν σπονδαὶ ἐπὶ τούτοις ἐγένοντο. Xenoph. Cyrop. L. III. καὶ ἐπὶ τούτοις ἔλαβον καὶ ἔδοσαν πάντες τὰ πιστά. Helen. 838. BARNES.

389. σὺ νῦν γενοῦ κ. τ. λ. Comparari potest Propert. IV. 11. 75. WUST.

390. πολλή μ' ἀνάγκη correxit Monkius. Vide Porson. ad Med. 1002.

391. ἀπέρχομαι κάτω. H. e. *morior*. Quæ verbi significatio optime cognosci potest e Menandri Fragm. Hic enim v. 303. eodem modo usus est verbo διοίχεται, et v. 40. ἀπῆλθεν. Notum autem est, Græcos sæpe εὐφημίας caussa mortem per *abeundi discedendique* verba exprimere solere. Vide Kypkium ad Matth. XXVI. 24. Eodem modo Latini utuntur verbis *ire* et *abire*. Statius Thebaid. IX. 588. *Refer huc oculos, ego*

vulneris auctor; Lætus abi, multumque altis jactantior umbris. Kuin.

393. χρόνος μαλάξει σ'. Achill. Tat. V. 8. χρόνος γὰρ λύπης φάρμακον. Terent. Heaut. III. 1. 13. *vulgo audio dici diem adimere ægritudinem hominibus.* Kuin. χρόνος μαλάξει iterum occurrere infra v. 1095. et in Orest. 1194. notat Monkius.

395. Vide ad Hec. 506. Med. 389.

406. Nomen μαῖα fuit omnino honestæ *matronæ* cujusvis tum *nutricis* compellatio. Nunc patet illud idem valere quod μήτηρ. Videtur autem ex corrupta infantum pronuntiatione originem suam ducere. Wagner. Vox occurrit etiam in Hippol. 242.

408. ἀμὸν. Vide ad Androm. 1151.

416. νεοσσὸς. Propriè de *pullis* animantium; et inde de *infantibus* dicitur. Wagner. Conferas, indicante Monkio, Androm. 442. Iph. A. 1235. Troad. 755. Herac. 239. Herc. F. 72. 221. 962. Æsch. Choeph. 498. Vide etiam Brunck. ad Soph. Œd. T. 17.

417. τὴν ἐ κλύουσαν, sc. καλεῖς. Wagner. Et ita Scholiastes.

420. Genitivus πατρὸς a verbo λείπομαι regitur. Eadem est constructio in Med. 51. monente Monkio. μονόστολος pro simplici μόνος, i. e. ἔρημος, ponitur, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μονοστελλομένων πλοίων, quod ait Scholiastes. Vide etiam Schol. ad Phœn. 742.

423. σύγκασι κόρα. Σύγκασις a κάσις, *frater vel soror;* hinc κασίγνητος, κασιγνήτη; et κόρα addita sororem designat. Eumelus autem sororem suam alloquitur Perimelen, quæ muta est persona in hac fabula. Barnes.

425. ἀνόνατα. Ponitur pro Adverbio, ut constat neutra Adjectivorum usurpari; atque adeo idem valet quod μάτην, εἰκῆ. Wagner. Vide ad Hippol. 1135.

426. ἐνύμφευσας. Observa formam activam nunc positam, ubi expectabamus mediam: illa enim plerumque de parentibus usurpatur, qui filiam marito nuptum dant: media de iis, qui matrimonium ineunt. Sed cf. Med. 317. νυμφεύετ' εὖ πράσσοιτε. 622. νύμφευε. Ion. 818. Wust. γήρως τέλος. Anglicè vertit Monkius: *The period of old age.* Sic Med. 911. ἥβης τέλος.

430. ἀνάγκη. Positum est pro ἀναγκαῖόν ἐστι. Aristoph. Plut. v. 6. μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα κ. τ. λ. Herodot. II. 65. extr. τεθνάναι ἀνάγκη. 35. τρέφειν τὰς τοκέας τοῖσι μὲν παισὶ

ὐδεμίη ἀνάγκη, μὴ βυλομένοισι· ταῖσι δὲ θυγατράσι πᾶσα ἀνάγκη. Soph. Electr. 1628. ἡ πᾶσ' ἀνάγκη τήνδε τὴν στέγην ἰδεῖν. Cæterum eadem sententia, quæ h. l. legitur, extat etiam ap. Menandr. Fragm. CXCIII. ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν. Kuin. Propius ab his verbis abest, qui tragicum spirat, locus Auctoris Phalarid. Epist. 144. p. 134. Boyl. ἐπεὶ τοίνυν ὔτε πρῶτος ὔτε μόνος τοιαύτῃ ἐχρήσω συμφορᾷ, λογίζυ τὰ ἀνθρώπινα πρᾴως φέρειν, quam a Med. 1006. quo eum contendit Osann. in Analect. Crit. p. 97. Wust. Cf. infra vv. 913. 949. indicante Monkio. Vide etiam ad Hippol. 829. Valckenærii Diatrib. p. 179.

433. κατθανεῖν ὀφείλεται. Articulus hic et infra v. 799. ut sæpius ante infinitivum a verbo pendentem, omittitur. Matt. Gr. Gr. §. 541. Obs. 1. De sententia vide ad Androm. 1247.

436. ἐκφοράν. De verbo ἐκφορά, et de mortuorum elatione vid. Joh. Kirchmann. de funerib. Rom. II. 1. Barnes. Scilicet ἐκφορὰ respondet Latinorum vocabulo *elatio*, et idem est, quod ἐκκομιδή, h. e. *mortui hominis ad sepulturam exportatio.* Hoc sensu utuntur etiam Latini verbo *efferre*, ut Horat. Sat. II. 5. 84. *Me sene, quod dicam, factum est; anus improba Thebis Ex testamento sic est elata.* Kuin.

438. Παιὰν proprie vocatur *Apollo* ut v. 92. Aristoph. Acharn. 1210. deinde *hymnus in Apollinem.* Schol. ad Aristoph. Plut. 636. παιὰν μὲν ὕμνος ἐστὶν εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ παύσει λοιμῦ [quo sensu occurrit Hom. Il. A. 473.] ᾀδόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παύσει πολέμυ· πολλάκις δὲ καὶ προσδοκυμένυ δεινῦ. Schol. Euripid. Phœn. v. 1119. Παιάν· εἶδος ᾠδῆς λεγόμενον εἰς Ἀπόλλωνα, ἐπὶ καταπαύσει τῶν δεινῶν. Adde Schol. min. ad Hom. Il. A. p. 437. Denique de *quolibet hymno* frequentatur, ut h. l. de *Næniis:* et ap. Herod. IV. 2. ᾄδυσι δὲ ἑκάτεροι ὕμνυς τε ϗ παιᾶνας εἰς τὸν τετελευτηκότα, σεμνῷ μέλει ϗ θρηνώδει ἐῤῥυθμισμένυς. Vide Schol. ad h. l. Kuin. Pæanem in funere cecinisse videntur, ut Deus Pæan leniret dolorem. Hermann. Vide Blomfield. Gloss. in Æsch. Theb. 632. 867.

440. E Valckenærii correctione πένθυς edidit Monkius, afferens Phœn. 1711. Androm. 645. Cyclop. 297. 627. ubi verbum κοινῦσθαι cum genitivo reperitur. Vulgatam defendit Ion. 610. κοινυμένη τὰς συμφοράς σοι, citante Matthiæ.

441. κυρᾷ ξυρήκει. De more hoc, nimirum ut lugentes raderentur, vide Kirchmann. de fun. Rom. II. 13. 14. Hinc Accius in Amphitryone apud Nonnium: *Sed quænam hæc est mulier*

funesta veste, tonsu lugubri? Hinc et proverbium: ξυρεῖν ἐν χρῷ—Παροιμία ἐπὶ τῶν εἰς βάθος ἁπτομένων, λεγομένη καὶ ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων. BARNES. κουρᾷ de tonsura capitis in luctu est in Suppl. 96. Troad. 141. Aliquanto minus est tonsura capillorum memorata Helen. vv. 1087. 1187. De more illo veterum, quo lugentes caput, genas, supercilia tondebant, vide præter Kirchman. a Barnesio laudatum, Potterum ad Lycophr. v. 582. Nigris autem etiam vestibus veteres in luctu uti solitos esse auctor est Artemidor. III. 3. οὐ γὰρ, inquit, οἱ ἀποθανόντες, ἀλλὰ οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας, τοιούτοις χρῶνται. KUIN. Cf. supra v. 217.

442. Veram scripturam, τεθρίππά θ' οἳ ζεύγνυσθε, ex sex MSS. reposuit Hermannus.

443. τέμνετ' αὐχένων φόβην. Herodotus L. IX. memorat, Persas, audita Masistii cæde, se ipsos et equos et jumenta totondisse: quod et alias Mardonium ipsum in luctu fecisse, memorat idem auctor. Quin et Alexandrum Magnum equos suos totondisse in Hephæstionis funere, et Thebanos, mortuo Pelopida, Plutarchus memorat. Vide Kirchman. de fun. Rom. II. 14. BARNES. Hesych. v. δεσπότην κεκαρμένοι—καὶ τοὺς ἵππους ἀπέκειρον ἐπὶ τοῖς θανάτοις τῶν δεσποτῶν. BECK.

445. σελήνας, *Lunas*, i. e. *menses*, quia menses lunari cursu veteres metiebantur. vide ad Helen. 114. BARNES.

447. ἀξία δέ ποι Τίμης. Vide ad Hec. 306.

451. οἰκετεύειν idem videtur esse, quod οἰκεῖν. Athenæus p. 267. ὅτι δὲ οἰκέτης ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν οἰκίαν διατρίβων, κᾂν ἐλεύθερος ᾖ, κοινόν. Confirmat Theocrit. Id. XVIII. 38. MUSGR. ἀνάλιον, *obscurum*, ut sæpe dicuntur Tartara a Luciano in Dial. Mort. WAGNER. Ita et infra v. 869. Herc. F. 601. notante Monkio.

452. ἴστω cum πορεύσας jungendum esse monuit Matthiæ. Et sic jam Scholiastes. HERMANN. Vide supra ad v. 150.

457. λίμναν 'Αχ. Præpositionem διὰ supplet Monkius ut in Herc. F. 818. 'Ως ἂν, πορεύσας δι' 'Αχερούσιον πόρον Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ.

458. ἐλάτᾳ δικώπῳ. Vide supra ad v. 260.

459. μουσοπόλοι dicuntur, qui circa Musas versantur; atque adeo *Poetæ*. WAGNER.

461. χέλυς. Proprie dicitur *Testudo*. Sed Testudinum putamina secare in laminas cœpit Caruilius Pollio; (vide Plin. N. H. IX. 13.) indeque instrumenta musica aliaque ejus ge-

neris confecta. Unde *Testudo* de *cithara*, vel *lyra*, apud Virg. Georg. IV. 464. Ovid. Art. Am. III. 147. Nunc de *lyra* accipiendum patet ex opposito ἄλυρος. Dicitur ὄρεια, quoniam et species erat testudinum in aquis degentium. Vide Scholiasten. ἑπτάτονος idem est quod ἑπτάχορδος, *septem chordis instructa*. WAGNER. Conferas post Monkium Iph. T. 1098. ἑπτατόνυ λύρας. Ion. 880. ἑπταφθόγγυ κιθάρας. Herc. F. 671. χέλυος ἑπτατόνυ. Pind. Pyth. II. 129. ἑπτακτύπυ φορμιγγός. Nem. V. 43. φόρμιγγα ἑπτάγλωσσον. Horat. Carm. III. 11. 3. *Testudo resonare septem Callida nervis.* Vide etiam Spanhem. ad Callim. H. Del. 253.

ἄλυροι ὕμνοι hic sunt *Carmina Epica*. HERMANN. Sed vide ad Phœn. 1028.

462. καρνείυ μηνός. i. e. *Mensis*, qua Καρνεῖα celebrabantur. *Carneia* autem erant festa Apollinis apud Spartanos, in quibus Terpander Lesbius primum vicit. Unde Callim. in hymn. ad Apollinem v. 72. Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἔδεθλον, Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατον γε μὴν ἄστυ Κυρήνης. Vide Meursium de feriis Græciæ Lib. IV. Eustath. ad Homer. Il. Ω. in ipso fine, p. 1376, 45. et Athenæum Deinosoph. IV. 9. Tempus autem vernum, quo hæc festa celebrata erant, ut Καρνείυ μηνός ὥρα vocatur, ita Callimacho καρνειάδες ὧραι ejusdem hymni v. 87. Τέθμιαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι. Erat autem is mensis Θαργιλιὼν dictus Athenis, Καρνεῖος vero Cyrenæis, idem cum Romanorum Aprili, cujus septimo die hoc festum incepit, et per novem continuos dies celebrabatur, existente plenilunio. Vide Hospinianum de origine festorum L. II. c. 13. Titulo Καρνεῖα ἱερά. Aliis autem respondet hic mensis Μεταγειτνιῶνι Atheniensium, vel Junio, uti Plutarchus in Nicia. Vide I. Meursii Miscell. Laconica III. 8. Apollo autem Καρνεῖος cognominabatur a Carno, nobili vate, Jovis et Europæ filio. Id. Lacon. IV. 15. Vide plura de hac re ap. Cæl. Rhodigin. Antiquarr. Lectt. IX. 8. Musica autem certamina Lacedæmone agi solita et Athenis notius est, quam ut hic probemus. De Deliacis choris et hujusmodi certaminibus vide Thucyd. III. p. 117. Notandum autem, pium poëtam non hic minus æquum hostibus Spartanis esse, quam Atheniensibus suis; utrosque enim ob Poëticæ et Musicæ studium pariter laudat. BARNES. MUSGR. κύκλος. Legendum cum Scaligero κυκλὰς.—κυκλὰς ὥρα est *tempus anniversarium*. Orph. hymn. LII. 7. κινῶν τε χορούς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις. Iterumque LV. 5. Σβεννύμενε, λάμπων τε καλῶς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις. Inter-

pungendum autem post Σπάρτα, ut constructio sit κλείοντες Σπάρτᾳ, non ἀνίκα περινείσεται Σπάρτᾳ. Musgr. Recte proculdubio.

463. Edidi περινείσεται ex MS. quod tempus præsenti περινίσσεται hoc in loco elegantius est. Musgr. Vulgatam recte retinuit Monkius. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 540.

465. Scholiastes: παννύχου· ὅτε γὰρ πανσέληνός ἐστι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς φέγγει.

466. λιπαρὸν dicitur propriè *obesum, pingue:* atque adeo quodcunque suo in genere *præstat, excellit:* unde maxime de *opulentis* dicitur. Sic et apud Pind. Isth. II. 30. Athenæ dicuntur; ob victorias ut videbatur Scholiastæ Aristoph. Nub. 298. Acharn. 637. Vide Lucian. Encom. Demosth. 10. ibique interpretes. Wagner.

469. ἐπί τινι εἶναι dicuntur quæ *pendent ab aliquo;* quorum faciendorum *potestas* est *penes aliquem.* Wagner. Vide Matt. Gr. Gr. §. 585. 1. Simile est votum Herculis infra v. 1082.

470. πέμψαι φάος. Subintellige εἰς. Eadem est Ellipsis paulo infra v. 497.

471. τεράμνων. Hoc vocabulum per α scriptum extat in Hippol. 761. Lycophr. Alex. 350. 361. Antipatr. Anthol. I. 3. 3. Sed scribitur etiam per ε in Phœn. 333. Orest. 1357. Hippol. 418. Troad. 1289. Kuin. Vide etiam ad Hippol. 418.

477. κοῦφα σοι χθὼν κ. τ. λ. *Terraque securæ sit super ossa levis:* ut dixit Tibullus II. 4. 50. Solebant enim veteres humato cadaveri terram levem precari. Vide Kirchman. de Fun. Rom. p. 378. Wagner.

489. Monkius edidit εἴη μοι κύρσαι, quam aoristi formam plerumque usurpavit Euripides. Cf. Med. 1353. Ion. 1105.

494. κωμῆται proprie dicuntur *incolæ unius ejusdemque loci* vel *vici;* Vide Dionys. Halicarn. A. R. 14. Suidas: κωμήτας οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀμφόδου καὶ τόπου ἔλεγον. Unde omnino *incolæ.* Wagner.

495. Vulgo κιχάνω. Vide ad Hippol. 1434.

497. Ad χθόνα subauditur εἰς. Vide supra ad v. 470.

498. προσβῆναι, sc. ὥστε *accedas.* Wagner.

499. Τιρυνθίῳ Εὐρυσθεῖ. Eurystheus Mycenarum rex erat: vide supra ad v. 66. Sed eum et Herculem promiscue Argivos et Tirynthios a Tragicis appellari monuit Monkius, præeunte Elmsleio ad Herac. 160. Cf. infra vv. 509. 578. 855.

500. ποῖ καὶ edidit Monkius, adductus Porsoni nota ad Phœn. 1354.

501. Θρηκὸς—μέτα. De his hominivoris et equis et domino eorundem ab Hercule victo, alias ita Euripides: nempe Herc. F. 377. τεθρίππων τ' ἐπέβα καὶ ψαλίοις ἐδάμασε πώλους Διομήδεος, αἳ φονίαισι φάτναις ἀχάλιν' ἐθόαζον κάθαιμα σῖτα γένυσι χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσι δυστράπεζοι. Vide quæ nos ad illum locum. Huc autem refer Palæph. περὶ ἀπίστων, capite περὶ 'Αλκήστιδος. Barnes. Ceterum τέτρωρον ἅρμα de *ipsis equis* dicitur, ut supra v. 66. Hippol. 1219. 1345.

505. ἀπειπεῖν τοὺς πόνους recte edidit Monkius. Cum accusativo enim valet ἀπειπεῖν, *detrectare*, i. e. Anglicè, *to renounce*. τοῖς πόνοις in dativo, quod exhibet quinque MSS. prætulit Matthiæ; quia, qui neget se labores detrectare posse, idem etiam neget se animum despondere posse propter labores. Id tamen dubitandum, an verum sit. Ceterum vulgatam, quam retinet, corruptam docet prononem male repetitum. Eandem constructionem habes infra v. 753.

506. Cum verbis θανὼν αὐτοῦ μενεῖς conferendus Ion. 1037. οὔποθ' ἵξεται κλεινὰς 'Αθάνας, κατθανὼν δ' αὐτοῦ μένει. Hermann.

510. εὐμαρὲς dicitur propriè, quod *tractari manu facile potest*: μάρη enim manus dicebatur: Inde omnino quod *facile et commode fieri potest*; unde Suidas: εὐμαρής· εὔκολος, εὐχερής. Itaque οὐκ εὐμαρὲς per litoten est *difficillimum*. Wagner. Ita et Hesychius: εὐμαρές· εὐχερές, ῥᾴδιον, ἀσφαλές.

512. λαιψηρὰς γνάθους equis Diomedis tribuit Euripides, ut Pindarus, Nem. I. 65. angues, ab Junone Herculi infanti immissos, dicit τέκνοισιν ὠκείας γνάθους ἀμφιελίξασθαι μεμαῶτας. Wust.

514. αἵμασιν, i. e. *cæsis cadaveribus*. Vide ad Phœn. 1503. ubi αἷμα in Plurali restituit Musgravius. Quoad Fabulam, inter alia, confert Monkius Ovid. Met. IX. 194. ubi nostrum locum respicit Poeta: *Quid? quod Thracas equos, humano sanguine pingues, Plenaque corporibus laceris præsepia vidi, Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi.*

515. ὁ θρέψας. Intell. τοὺς ἵππους. Notandum autem est τρέφειν idem esse quod ἔχειν, ut Soph. Aj. 1146. Antig. 1101. Kuin. Vide Brunck. ad Soph. Œd. T. 374.

516. ζάχρυσος πέλτη Rheso, Thracum regi, tribuitur in Rhes. 301. Talem vero peltam gestasse Diomedem, vix dignum erat, quod hoc in loco commemoret chorus; cujus mens forte erat, eum cohortem, aureis peltis insignem, habuisse. Sic ἀσπὶς non raro *clypeatorum agmen* sonat, ut do-

cent etiam Lexica. Musgr. πέλτη quid sit, optime omnium explicat Dionys. Halicarn. II. 70. Vol. I. p. 586. τῇ εὐωνύμῳ κατέχει πέλτην Θρᾳκίαν· ἡ δ' ἐστὶ ῥαβδοειδεῖ θυρεῷ στενωτέρους ἔχοντι τοὺς λαγόνας ἐμφερής, οἵας λέγονται φέρειν οἱ τὰ Κουρήτων παρ' Ἕλλησιν ἐπιτελοῦντες ἱερά. Wust. Æschyli κώπης ἄναξ, Pers. 384. comparari potest, quod *ducem classis*, ut hic πέλτης ἄναξ *regem populi peltis armati*, significat. Hermann.

518. Eustath. ad Il. Γ. p. 288, 39. tradit, αἶπος ab Eur. appellari τὸν κάματον, et Hesych. αἶπος inter alia explicat per κάματον. Hos ad h. l. respexisse censet Valcken. ad Phœn. 857. nam hic posse αἶπος explicari per κάματον. Beck. Vox αἶπος proprie *locus editus* est, ut Theocrit. Idyl. VII. 148.

520. Λυκάονι. De Lycaone Arcade satis nota historia vel ex Ovidio et Schol. ad Eur. Orest. 1646. De Lycaone hoc Martis filio ab Hercule occiso nil legitur. Lycaon certe Nilei filius, Nestoris frater, dum Hercules Pylum expugnaret, ab eo occisus memoratur. De Cygno Martis filio, vide Hesiod. in Scut. H. v. 327. Barnes.

522. Legendum est συμβαλῶν. Nam futurum participiorum *veniendi, mittendique* verbis plerumque adjici solet, ut ap. Eurip. Androm. 1047. Iph. Taur. 227. Æschyl. Prom. 942. Kuin. Vulgo συμβαλών.

524. πολεμίαν. Præstat vulgata πολεμίων, quia simpliciter *hostes* designare vult, non *impetum*, qui sit *hostilis*. Hermann.

528. Ἄδμ. καὶ σὺ χαῖρε. Est hæc solennis respondendi formula. Med. 658. Ægeo Medeam salutanti Μήδεια χαῖρε, hæc respondet Ὦ χαῖρε καὶ σύ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος Αἰγεῦ. Wust.

530. τί χρῆμα κ. τ. λ. Hunc locum explicat Buttman. in Lexilog. p. 20. *Quid lugubri tuo vestitu significas?* ut adeo πρέπεις pro σημαίνεις sit. Comparat Æsch. Agam. 30. Ἰλίου πόλις Ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει. At hujus loci longè alia est ratio. Wust. πρέπει est *specitur, speciem habet, speciosus est.* Hinc omnes facillime explicantur significationes. Est autem antiquissimum verbum, ut omnia in επω exeuntia. Hermann. Exempla hujus significationis dedit Monkius infra v. 1060. Helen. 1204. Æsch. Choeph. 8. 15. 22.—Ceterum ad τί χρῆμα subaudiendum διά. Vide ad Hec. 956.

534. ὡραῖος est *ævo maturus*. Kuinoel.

536. ἦ μὴν γυνή γ'. Anglicè, *Surely your wife Alcestis is not dead?* ut recte vertit Monkius, præeunte V. D. in Censura Trimestri T. IX. p. 351. Nec aliter infra v. 674.

543. ἤνεσεν. Vide ad Hippol. 37.

544. ἐς τόδ'. sc. τὸ κατθανεῖν. Wakefieldii conjectura εἰς τότ' non est Atticum.

545. τέθνηχ' ὁ μέλλων, κ. τ. λ. Sic quinque MSS. Altera est lectio, quam exhibent Canterus, Barnesius, et plerique alii; τέθνηχ'· ὁ μέλλων χὡ θανὼν οὐκ ἔστ' ἔτι. Eligat lector. Canterum secutus est Monkius; sed interpunctione male mutata.

546. χωρὶς τό τ' εἶναι, κ. τ. λ. Troad. 636. Οὐ ταὐτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν· Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες.

547. Cf. Suppl. 466. et ibi citata.

549. γυνή· γυναικὸς ἀ. μ. Sensus est: *ut modo de muliere locuti sumus, ita non vir est, sed mulier, quæ est mortua.* Observandum est in omni hoc colloquio studium, quo Admetus, ne aperte mentiatur, veritatem ambiguitate dictorum celat. Hermann.

550. ὀθνεῖος. Pro ὀθνεῖα, masculinum Attice pro fœminino. Sic in Hecub. 146. ὀρφανὸν pro ὀρφανὰν, et Androm. 702. στεῖρος pro στεῖρα. Barnes. ὀθνεῖος, *peregrina*, est verbum poëtis in primis frequens. Pollux. III. 54. τὸ δὲ ὀθνεῖος ποιητικώτερον. Hesychius explicat per ἀλλοεθνὴς, ξένος, ἀλλογενής. Harpocratio: ὀθνεῖος· ἀντὶ τοῦ ἀλλότριος. Kuin. Melius Suidas explicuit ὁ ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς αὐτῆς ὢν καὶ ἄλλως ἐπιτήδειός πως, οὐ μέντοι κατὰ γένος προσήκων. Wust. Vide etiam D'Orvill. ad Chariton. p. 659.

551. ἄλλως Monkius vertit *aliam ob causam*: parum bene. Idem significat, quod nos diceremus, *in other respects.* Supra v. 345. οὔτ' εἶδος ἄλλως ἐκπρεπεστάτη γυνή.

553. ὠρφανεύετο. Hæc vox occurrit supra vv. 163. 297. Barnes.

560. θοινᾶσθαι φίλοις e MSS. post alios reposuit Monkius, quod sensus plane requirit; et ξένοις e. v. 568. irrepsit. Idem etiam, ne pyrrichius secundam sedem occupet, (Vide Porson. ad Orest. 54.) particulam δὲ post παρὰ inserit. Aliter alii. Sed in oratione graviori ultimam syllabam vocis παρὰ ante κλ produci posse censet Hermannus.

564. ἡγοῦ σύ. Ad servum conversus hæc dicit Admetus. Nam reges reginæve non sine comitibus prodire solebant. Cf. Lobeck. ad Soph. Aj. 1104. Wust. ἐξωπίους. Schol. ad Med. v. 621. ἀντὶ τοῦ, ἀφεστηκότας τῶν δωμάτων, ἔξω τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ οἴκου ὄντας. Barnes. Cf. supra v. 561.

569. συμφορᾶς. De morte Alcestidis accipiendum. Recte igitur Wakefieldii emendationem προσκειμένης admisit Monkius; ut et infra 950.

571. σφε. Pro μιν, et hoc quidem hic loci pro αὐτὸν, aliquando etiam αὐτήν. Quod et aliis poëtis usurpatum, et Euripidi in his locis, Orest. 29. Phœn. 1657. Med. 33. 801. 933. 1286. Hippol. 890. Alcest. 16. 20. 107. 149. 200. Barnes. Vide ad Phœn. 1244. Matt. Gr. Gr. §. 146. 147. Obs. 4.

575. Confert Monkius infra v. 1049. Sanctissima apud Antiquos erant Hospitii officia.

578. διψίαν. *Siticulosam*, i. e. *aridam*, ut recte exposuit Scholiast. Sic Libya ap. Synez. Epist. LXVII. p. 208. vocatur διψηρά. Vide Spanhem. ad Callimach. p. 10. Kuin. Hesych. δίψιον Ἄργος· ἄνυδρον. Est Glossa Homerica, de cujus auctoribus disputat Rhunken. præf. T. II. Beck. Hom. Il. 171. Καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην. Sic et Horat. Epod. 3. 15. *Nec tantus unquam siderum insedit vapor* Siticulosæ *Appuliæ*.

579. δαίμονα. *Infortunium*, sive *calamitatem*, non tamen sine Numine immissam; quo sensu occurrit passim apud Homerum.—Sic et Soph. Œd. C. 1333. τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.

583. τῷ est *Herculi*. Hermann. Recte: non pro τινὶ, ut videtur Heathio.

584. Formula οὐκ ἐπίσταται plane respondet vocibus Latinorum *nescire* et *nescius*, quæ scilicet ipsæ quoque de iis usurpantur qui vel *nolunt*, vel *nequeunt* aliquod facere. Sic *fallere nescia vita* apud Virg. Georg. I. 467. *vinci nescius* apud Ovidium. Wagner. Sic et Horat. Carm. I. 6. 6. *Pelidæ stomachum cedere nescii*.

588. εὐλύρας. Non est *lyræ bene peritus*, ut Interpretes putasse videntur, sed *lyram habens bonam*, i. e. *pulcram*. Eodem modo χρυσολύρας dicitur Apollo in Aristoph. Thesm. 315. et εὐλύρας, ut in hoc loco, vv. 589. 969.—ἠξίωσε, *dignam te habuit*.

590. Male σοῖσι de ipso Admeto intelligunt Monkius et alii. Orationis conversionem in ipsum hominem notat personæ mutatio infra v. 605. ubi vide notam.

592. διὰ κλιτύων. *Per colles*. Hesych. κλιτύες· τὰ ἀποκλίματα τῶν ὀρέων, ἢ τὰ κατωφερῆ τῶν ὑδάτων. Et similiter Scholiastes.

594. Mira Æliani est explicatio, Nat. An. XII. 44. qua

ποιμνῖται ὑμεναιοὶ intelligendum putat de carminibus, quæ pastores cecinerint ad libidinem pecudum exagitandam. Sunt simpliciter *carmina pastoralia,* ad quorum cantum greges pascuntur, vel dispersi convocantur. Cf. Longi Pastoral. Lib. I. p. 25. 28. Schæf. Forma ποιμνίτης est etiam apud Polluc. VII. Wust. Eadem Analogia est, qua ὁπλίτης, ὁρίτης, χωρίτης, δενδρίτης. Ed. Ald. ποιμνῆτας. Musgr.

596. βαλιαί. *Maculis distinctæ:* κατάστικτοι, Suida interprete. Similiter et Virgilius lyncem dixit *maculosam: Æn.* I. 323. Wagner. Vide ad Hec. 187.

597. *Othrys,* mons Thessaliæ, apud Poetas notissimus. Barnes.

598. δαφοινὸς ἴλα λεόντων sunt *fulvi leones.* ἴλα enim est *cohors, confluxus, grex:* σύστημα, συστροφὴ, Suida interprete. Sed δαφοινὸς, *rufus, fulvus,* perpetuum est leonis additamentum. Hom. Il. K. 23. ['Αμφὶ δ' ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος.] ubi tamen Scholiastes positum putat pro διάφοινον, φονεύτικον. Wagner. Neque aliter vertit Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Prom. 1058. Hic certe coloris tantum notionem involvit; quod patet vel ab epithetis, quibus *lynces,* et *cervi* notantur.

604. πολυμηλοτάταν. Epitheton Homericum. Il. B. 605. Adhibetur etiam Pind. Pyth. IX. 11. quæ loca citat Monkius.

605. Dedit οἰκεῖ Monkius ob sequentia τίθεται, κρατύνει. Omnino recte. Chorus nunc primum se convertit ad ipsum Admetum.

606. Βοιβίαν λίμναν. *Bœbe* Thessaliæ civitas, et Bœbea lacus Thessaliæ, juxta Ossam montem. Lucan. VII. 176. *Ire per Osseam rapidus Bœbeida sanguis.* Item Hesiodus: Νίψατο Βοιβίαδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής. Homerus autem expressius Pheras et Bœben et Bœbeam paludem memorat, quod ibi Admetus regnaret: Il. B. 710. Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην, Βοίβην ϰ Γλαφυρὰς ϰ ἐϋκτιμένην 'Ιαωλκὸν, Τῶν ἦρχ' 'Αδμήτοιο φίλος παῖς ἔνδεκα νηῶν Εὔμηλος, τὸν ὑπ' 'Αδμήτῳ τέκε, διὰ γυναικῶν, "Αλκηστις, Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη. Videsis de hac re Strabonem Lib. IX. et Plin. IV. 8. 9. Sequentia ita sunt ordinanda: ἀρότοις δὲ γυᾶν ϰ πεδίων δαπέδοις ὅρον τίθεται αἰθέρα τὰν M. ἀμφὶ ἀελίου κνεφαίαν ἱππόστασιν. Ita locum Anglicè vertit Monkius: *He makes the clime of the Molossians the limit to his domain (his tillage and his plains) on the west.* Cæteri interpretes sensum frustra quæsiverunt.

609. ἱππόστασις est *statio equorum:* locus, ubi equi, Solis

sc. sistuntur, atque adeo *occasus.* Vide Ovid. Met. II. 153. Wagner.

610. αἰθέρα τὰν M. Femininum genus in Dorica dialecto videtur præcipue in usu fuisse. Certe Pindarus plerumque: Olymp. I. 10. XIII. 125. Nem. VIII. 71. Wust.

611. Hesychius: Αἰγαιῶν ἐπιτεταμένως, ἐνάλιος Θεός: Legendum igitur: Αἰγαιῶν' i. e. Αἰγαιῶνα, quod mare Ægæum valebit. Ægonis et Ægæonis nomine mare id significari pluribus exemplis docuit jam Turnebus Adversar. XIX. 2. quibus adde Lucillium Anthol. H. Steph. p. 166. De Ægæone Deo, a quo nomen hoc adeptum est, vide Scholiasten Apollon. Rhod. I. 1165. Statium Achilleid. II. 12. Musgr. Recte Musgravius. Confirmat Scholiastes: κρατεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Αἰγαίωνα ἀκτὴν τὴν πόντιον καὶ ἀλίμενον. Hermann.

617. αἰδῶ recte vertit Monkius *reverentiam erga alios.* Lucian. Tom. I. p. 866, 45. εἴσῃ γὰρ ὅση περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια καὶ χρηστότης. Cf. infra vv. 840. 874.

620. Θράσος. Ita lego metri caussa, rejecto quod olim obtinuerat, Θάρσος, nec enim apud Tragicos τὸ Θράσος semper in nequiori sensu usurpatur; nec τὸ Θάρσος in laudato. Ita enim Med. 466. Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία. Quare male ibi Schol. Euripidem fugillat, cum ea distinctio, (quam tamen idem ibidem bene observat inter Θράσος et Θάρσος) non sit poëtis nimis religiose notata. Barnes.

621. Θεοσ. φ. κ. πρ. Hæc verba significant: *successura homini pio omnia recte.* Heath. κεδνὰ πράσσειν pro κεδνῶς πράσσειν, i. e. φρονίμως, συνετῶς, Suida auctore. Wagner.

622. ἀνδρῶν εὐμενὴς παρουσία sunt ἄνδρες εὐμενῶς παρόντες. Wagner. Similem expressionem videas supra v. 211.

623. νέκυν μὲν ἤδη κ. τ. λ. Effertur mortuæ corpus: sed obsequiis moram objicit adventus Pheretis. Hermann.

625. προσείπατ'. Mos erat apud veteres mortuos in funeribus compellare et valedicere.

629. ἀγάλματα. Ἄγαλμα proprie denotat *unumquodque ornamentum, decus,* quod ob pulchritudinem placet. Derivatur enim ab ἀγάλλειν, *nitidum, pulcrum reddere,* ita ut oculi aliorum inde exhilarentur; vide Vuessel. ad S. Petit. LL. A. p. 68. Unde Hesychius: ἄγαλμα· πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Suidas: ἀγάλματα· πάντα τὰ κόσμου τινος μετέχοντα. Sic Callirrhoe apud Charit. Aphrod. I. 1. ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας vocatur, ubi v. Dorvillium. Apud Pind. Nem. III. 21. Aristoclides χώρας ἄγαλμα, et ap. Eurip. Helen. 207. Castor et

Pollux διδυμογενὲς ἄγαλμα πατρίδος dicuntur. Deinde vero etiam de *statuis* usurpatur, quatenus magno ornamento sunt iis locis, in quibus positæ sunt; ut ap. Long. Pastor. L. I. p. 27. ed. Moll. Callim. h. in Del. v. 307. Lav. Pallad. v. 39. Achill. Tat. III. 6. Xen. Ephes. p. 2. ed. Cocch. Pind. Nem. X. 125. Suidas in h. v.: ἀγάλματα δὲ καὶ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἀνδρίαντας λέγουσιν. Lex. Anonym. bibl. Laurent. Catal. T. II. p. 418. ἀγάλματα· ξόανα, ἀφομοιώματα, εἰκόνες, ἢ ἀνδριάντας. Auctor Etym. M. ἄγαλμα· ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα, πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις, καὶ χαίρει, κἄντε ἱμάτιον ᾖ, κἄντε εἰκών. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. τὸ δὲ ἄγαλμα, παρὰ τὸ ἀγάλλω. Cf. Valckenær. Animadverss. ad Ammon. III. 2. Albert. ad Hesych. sub h. v. et Ruhnken. ad Tim. Gloss. Plat. p. 3. KUIN.

634. κόσμον. Hic ornatus proprio vocabulo appellatur ἐντάφια. Hæc enim sunt ornamenta, quibus ornatum cadaver in atrio collocatur, effertur, crematur, humatur. Vide Perizon. ad Æl. H. V. I. 16. et Wesseling. ad Diod. Sic. p. 412. T. I. Egregius hanc in rem locus est ap. Chariton. I. KUIN.

637. ἄπαιδ' ἔθηκεν. H. e. *orbum liberis fecit, reddidit*. Nam τίθημι sæpe est *facio, reddo*, ut ap. Anacr. Od. IX. 36. λαλιστέραν μ' ἔθηκας, ἄνθρωπε, καὶ καρώνης. Eurip. Hec. 858. τὰ δ' ἄλλα θάρσει· πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς. Æl. H. V. XIII. 6. ὁ οἶνος τὰς γυναῖκας τεκνοποιοὺς τίθησιν. KUIN. Ita et infra v. 639.

644. λύειν, i. e. λυσιτελεῖν. Vide quæ ad Med. 563. BARNES. λύειν, si pro λυσιτελεῖν dictum est, aut nude ponitur, aut dativo jungitur. Vide Hermann. ad Soph. Elect. 993. Elmsl. ad. Med. 555. WUST. Hoc postea in proverbium abiit. Aristid. T. I. p. 336. τὸ τῆς παροιμίας, ἔφη, ἐρεῖς, ἢ τοιαύτην χρὴ γαμεῖν, ἢ μὴ γαμεῖν. MUSGR. οὐκ ἄξιον, *non expedit*. Plato p. 694. B. ed. Ficin. οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι. p. 896. C. εἰπεῖν ἄξιον. p. 1217. οὐκ ἄξιον περαιτέρω προβαίνειν. MUSGR. Subaud. ἐστι. Vide Schæfer. ad Bos. Ellips. Gr. p. 376. ed. Oxon.

645. οὔτ' ἦλθες. Huc refer illud Admeti dictum scolium, quod extat apud Eustath. in Homer. p. 376, 49. Ἀδμήτου λόγος, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει· τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς, ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις. Quæ Admetus contra hanc patris Pheretis socordiam dixisse creditur. BARNES.

652. τοῦδε σώματος πατήρ. Dicitur τόδε σῶμα δεικτικῶς pro ἐγὼ, ut sæpe alias, et Heraclid. 89. οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον

τόδε, i. e. ἐγώ. Iolaus de se loquitur. Item ejusdem fabulæ v. 528. Ἡγεῖσθ', ὅπȣ δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε. Macaria de se loquitur: vide supra v. 343. et infra v. 706. BARNES.

653. Abresch. Animadverss. ad Æschyl. T. II. p. 96. putat Euripidem profecisse ex Æschyl. Eumen. 661. Οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένȣ τέκνȣ Τοκεὺς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρȣ. BECK.

657. Constructio κ̔ μ' ȣ̓ νομίζω παῖδα σὸν πεφυκέναι pro usitatiore κ̔ ȣ̓ νομίζω παῖς σὸς πεφυκέναι. Infertur pronomen cum sequenti accusativo, quo distinctius aliqua persona alteri opponatur, quod loquendi genus præcipue obtinet post νομίζω. Exempla vide apud Matt. Gr. Gr. §. 535. Obs. WUST.

658. πάντων διαπρέπεις. De regimine vide Matt. Gr. Gr. §. 370. a. ἦ τἄρα Crasis est pro ἦτοι ἄρα.

659. Lege ὃς τηλικόσδ' ὤν, *qui in tanta constitutus ætate*. Sane in vet. ed. Brub. est ὅσθ' ἡλικόσδ' ὤν. Ut τοσόσδε pro τοσȣ̃τος, ita τηλικόσδε pro τηλικȣ̃τος. REISK. Vulgo ὅσθ' ἡλικός τ'.

661. πρό. Pro ὑπέρ. Vide vv. 338. 483. supra. BARNES.

662. γυναῖκ' ὀθνείαν. Vide supra ad. v. 550.

663. πατέρα τ' ἂν ἐνδίκως ex conjectura Elmsleii edidit Monkius: quia Tragici nunquam γέ τε conjungunt, monente Porsono ad Med. 856. An vero, quod de particulis γέ τε dicit Porsonus, de τέ γε pariter valet?

664. ἀγῶν' ἠγωνίσω. Cf. Supp. 427. Similia sunt Troad. 361. γαμεῖ γάμον. Soph. Elect. 1034. ἔχθος ἐχθαίρω. Hom. Od. O. 245. φιλεῖ φιλότητα. Herod. II. 1. τρέφειν τροφήν. VII. 233. ἐστίζον στίγματα. Thucyd. VIII. 75. ὤρκωσαν ὅρκȣς. Æschin. in Choeph. p. 537. παιδείαν ἐπαίδευσε. et id genus omne. Vide ad Phœn. 67.

671. διάδοχος. Vide ad Hec. 583. Supp. 72.

673. Eadem est constructio in Med. 1050. monente Monkio.

674. Locum ita optime e tribus MSS. et Scholiasta restituit Monkius: ȣ̓ μὴν ἐρεῖς γέ μ', ὡς ἀτιμάζων τὸ σὸν Τ. θ. πρȣ̈δωκά σ', ὅστις κ. τ. λ. Eadem est structura in Soph. Elect. 552. Ἐρεῖς μὲν ȣ̓χὶ νῦν γέ μ', ὡς ἄρξασά τι Λυπηρὸν, κ. τ. λ.

675. αἰδόφρων. Ab αἰδὼς et φρὴν, et est vox Euripidi fere propria, nec inelegans tamen. BARNES. Conferas Seidleri notam ad Iph. T. 977. WUST.

678. τοίγαρ κ. τ. λ. Recte Morellus hæc vertit: *ergo gignere liberos non amplius differas*. HEATH. ȣ̓κ ἂν φθάνοις. De hac formula vide ad Herac. 716. Hermann. ad Viger. §. 204. p.

601. ed. Oxon. Brunck. ad Arist. Plut. 1133. Matt. Gr. Gr. §. 553. 3. b.

679. οἳ γηροβοσκήσουσι. Confert Monkius Med. 1022.

682. τοὔπί σε. Vide ad Orest. 1330.

683. αὐγὰς εἰσορῶ. Vide supra ad v. 18.

685. μάτην ἄρ' οἱ γέροντες κ. τ. λ. Hic locus optime adumbratur ex illo Æsopi apologo, quo Mors ad miserum quendam et calamitosum senem vocata, cum præsto adesset, rogatur, ut illi sublevare dignetur in humeros grandem lignorum struem BARNES. Citat Monkius Lycophron apud Stob. p. 601, 36. Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν μὲν ᾖ πρόσω τὸ κατθανεῖν, Ἅιδης ποθεῖται τοῖς δεδυστυχηκόσιν· Ὅταν δ' ἐφέρπῃ κῦμα λοίσθιον βίου, Τὸ ζῆν ποθοῦμεν· οὐ γάρ ἐστ' αὐτοῦ κόρος. Conferas etiam Craten apud Stobæum: Ὠνείδεσάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα, Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτε, Ἀγιώμεθ', οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει. Ita et Menecrates, Anthol. I. 16. Γῆρας, ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ, Μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον. Hæc affert V. D. in Censura Trimestri, T. XV. p. 121.

687. Scribendum οὐδ' εἷς divisim monuit Porson. Præf. ad Hecub. p. 33.

689. Omnino ineptum ὦ παῖ, statim sequente πατρὸς, si, ut vulgo, plene post συμφορὰ distinguitur. Sed si ὦ παῖ cum præcedentibus junguntur, nihil est quod reprehendas. Cohærent autem aperte παύσασθ', et πατρὸς δὲ μὴ παροξύνῃς φρένα. HERMANN. ὦναξ mavult Monkius.

691. Constructio est: ὦ παῖ, τίνα αὐχεῖς ἐλαύνειν κακοῖς, πότερα Λυδὸν, ἢ Φρύγα ἀργυρώνητον σέθεν; ἐλαύνειν ab αὐχεῖς pendet. HEATH. Respexit hunc versum Aristophanes in Avibus, v. 1244. φέρ' ἴδω, πότερον Λυδὸν ἢ Φρύγα ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς. JACOBS. De verbo αὐχεῖν vide Blomfield. ad Æsch. Prom. 710.

692. κακοῖς ἐλαύνειν est *malis, conviciis exagitare*; ut κακὰ legitur infra v. 721. WAGNER.

695. λόγοι νεανίαι sunt *dicteria*; id. qd. λοιδορίαι apud Soph. Aj. 1042. Vide Wyttenbach. in Animadverss. ad Plutarch. D. S. N. V. p. 5. KUIN. Vide ad Hippol. 1194. et exemplis adde Helen. 210. νεανίαν πόνον. 1562. νεανίαις ὤμοισι. Ceterum Phrasin λόγους ῥίπτειν illustravit Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 319. Vide etiam ad Hecub. 332.

696. οὐχ οὕτως. *Non impune; non illæsus.* Vide ad Herac. 374.

698. Ed. Ald. ὀφείλων οὐχ ὑπερθνήσκων. MSS. B. D. Flor. et

ed. Lasc. ὀφείλω δ' οὐχ ὑπερθνήσκειν. Mihi hoc frigidum videtur, alterum vero obscurum. Verum puto, quod habent reliqui Parisienses: κἄθρεψ' ὀφείλων, οὐχ ὑπερθνήσκειν σέθεν. Elliptice loquitur poëta; sensus idem est, ac si dixisset κἄθρεψα, τρέφειν ὀφείλων, ἀλλ' οὐχ ὑπερθνήσκειν σέθεν. MUSGR.

706. τοῦδ' ἀνδρός. δεικτικῶς, ἀντὶ ἐμοῦ. vide supra ad v. 343.—πρὸ σοῦ, i. e. ὑπὲρ σοῦ. vide ad v. 661. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 582. 4.

707. ὁρῶν φῶς. Huc refer Arriani Epictetæorum II. 22. ἐρεῖς τὰς φωνὰς τὰς τοῦ 'Αδμήτου πατρός· Χαίρεις ὁρῶν φῶς; πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Θέλεις βλέπειν φῶς, πατέρα δ' οὐ θέλειν δοκεῖς; Quorum ultimum versum puto ab Arriano per lusum additum; nec enim in Euripidis exemplaribus occurrit, et est ταυτολογία hoc auctore non digna. BARNES. In dictionis similitudinem aptè attulit Boekhius in libro de Tragicis, p. 79. Hecub. 1232. ἀλγεῖς· τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς. WUST. Hujus versus parodia est apud Arist. Nub. 1415. κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς. Vide et Thesm. 194.

710. διεμάχου τὸ μὴ θανεῖν. Vide Matt. Gr. Gr. §. 542. Obs. 4. a.

713. γυναικὸς ἡσσώμενος est in Hec. 1228. De constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 336. 1.

714. τοῦ καλοῦ σοῦ νεανίου. Vide ad Phœn. 1643.

716. τὴν παροῦσαν ἀεὶ γυναῖκα, i. e. *Uxorem, quæ pro tempore fuerit.* Hanc adverbii ἀεὶ potestatem sæpe illustravere VV. DD. Loca quædam post alios exscribemus. Nostri Hec. 1158. ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχών. Soph. Phil. 131. τῶν ἀεὶ λόγων. Œd. C. 1532. ὁ δ' ἀεὶ, scil. βασιλεύων, ut in Xenoph. Cyrop. VI. 1. 47. Thucyd. II. 11. τῶν ἀεὶ προεστώτων. Semper autem vox ἀεὶ inter articulum et participium, vel inter participium et substantivum ponitur. Aliquando tamen substantivum reticetur: ut in Elect. 1270. τὸν φεύγοντ' ἀεὶ, sc. ἄνδρα. Ita et Æsch. Prom. 973. τὸν κρατοῦντ' ἀεί. Hanc Phrasin Latine dedit Cicero in Verr. V. 12. *omnes Siciliæ semper Prætores*, quem post Valckenær. ad Theocr. Adoniaz. p. 197. C. citavit Monkius.

719. νόμιζε δ', εἰ σὺ κ. τ. λ. Confert V. D. in Censura Trim. T. IX. p. 364. Hom. Il. Υ. 250. Ὁπποιον εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. Hesiod. Op. D. 721. Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα καὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. Terent. Andr. V. 4. 17. *Si mi perget quæ volt dicere, ea quæ non volt audiet.* Ceterum vide ad Phœn. 1230.

722. πλείω. Elliptice, ut videtur, pro πλείω τοῦ δέοντος.

Athenæus p. 525. D. ἀπώλοντο δὴ κ̓ Μαγνῆτες διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι. *propter nimiam mollitiem.* Idem p. 613. τὰς πλείονας ἀκράτȣ σπῶντας. iterumque ibidem: ἦτε τῶν πλεῖον πινόντων ὄντες. Idem p. 443. περὶ τίνος πλέον πίνοντος διαλεγόμενος. Plut. Op. Mor. p. 397. πλείω ἐγέλασε. iterumque p. 1165. τὰς πλεῖον πίοντας. Herodotus IV. 198. ὄμβρον πλέω, *imbres nimios.* MUSGR.

729. V. D. in Cens. Trimest. Vol. XV. p. 122. conjecturæ in Museo Critico, T. I. p. 272. propositæ, [et a Matthiæo et Monkio in textum receptæ,] quam prius Schæfero in Meletem. Crit. p. 320. in mentem venisse indicat, hoc obstare ait, quod in optando non usurpantur particulæ κ̓ μὴν—γε, cujus observationis auctorem nominat Porsonum. At ea inanis observatio est: quid enim optatio ad has particulas, si modo sententia verborum talis sit, ut per eas particulas cum reliqua oratione conjungi possit? Atque ipse ille vir doctus adeo non videtur commotus esse ista observatione, ut etiam probaret Monkium, qui omiserit ἂν, quia ex responso Pheretis appareat, optationem contineri verbis Admeti. Recte illud quidem: sed non tamen delendum erat ἄν. Nam eo deleto hæc serio optantis oratio esset: servato autem ironica est, et plene contemptionis: *per me licet vel Jovem vivendo superes.* Ita sæpissime veteres. Soph. Elect. 1457. χαίροις ἄν, εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε. Confer Æsch. Agam. 1403. HERMANN. Qui vulgatam μεῖζον' ἂν ζώης revocavit.

732. νεκρὸν ἐκφέρεις. Vide supra ad v. 436.

735. ἀνδρὸς τȣδ'. δεικτικῶς ἀντὶ ἐμȣ, ut jam dictum est. BARNES.

738. Observa quæ dictionis vis posita sit in eo, quod versus eodem vocabulo exorditur et finitur. Sic Bacch. 921. μόνος σὺ πόλεως τῆσδ' ὑπερκάμνεις, μόνος. ubi Elmsleius comparat Hipp. 326. κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ, τάδ' εἰ πεύσει, κακά. Incert. Rhes. 575. θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς. WUST. De simplici θεὸς pro *Sole* adhibita vide ad Suppl. 207.

739. ἐν ἀνδράσι, i. e. ἀνδρεῖον. WAGNER. Quo sensu occurrit paullo infra v. 748. Orest. 1521. et alibi.

740. Tollendum signum interrogationis: *effeci ut mihi non irrideas, meæque stultitiæ, me efferens.* REISK. Cum Reiskio facit Heathius, qui et laudat versionem Buchanani: *non funus effers lætus ac ridens senis.* BECK. Conviciari Admetum dicit Pheres, quod ei non contigerit gaudere patris funere efferendo. HERMANN.

747. κηδεστὴς, Auctore Suida, est ὁ κατ' ἐπιγαμβρίαν οἰκεῖος,

i. e. *affinis.* Dicitur etiam de *Socero:* vide Dorvill. ad Chariton. p. 579. Wagner.

748. *Acastus* fuit Peliæ filius, frater Alcestidis: vide Palæphat. de Incredib. 41. 2. Wagner.

749. *αἷμα.* Positum est de *cæde, nece,* ut ap. Matth. XXVII. 24. Æschyl. Agam. 1468. Eumen. 755. Iph. Taur. 78. Orest. 1619. Phœn. 20. Orph. Hym. XLIV. 3. Kuin.

751. *ἄπαιδε παιδός.* Vide ad Androm. 603.

753. Lege *χρῆν.* *Si deberem sub præconis voce publice proclamare me velle nullam partem, nullum negotium cum tuis ædibus habere.* Hoc est *ἀπειπεῖν, se dedicere;* abdicare jure suo in domum paternam. Reisk. Vide supra ad v. 505. Vulgo legitur *χρή,* male.

755. *κακὸν τὸν ποσίν.* *Malum præsens, calamitas præsens:* Sic *ante pedes posita* apud Latinos. Wagner. Eundem phrasin notat Monkius in Andr. 398. Iph. T. 1277. Troad. 933.

758. *σχετλία τόλμας.* De constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 348. b. Confert Monkius Hipp. 1397. *ὦ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς, πάτερ.* Soph. Œd. T. 1547. *Δείλαια τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,* et id genus omne. Similia sunt Virg. Æn. IV. 529. *infelix animi.* XI. 73. *læta laborum;* et alia ejusmodi.

759. *μέγα* pro *μεγάλως.* Superlativis enim adduntur talia Adverbia. Wagner. Præsertim apud Homerum. Sic Il. B. 82. *μέγ' ἄριστος.* Od. Λ. 477. *μέγα φέρτατ'.* Il. A. 91. *πολλὸν ἄριστος,* et alibi passim. Vide Matt. Gr. Gr. §. 461.

761. *ἐκεῖ* non raro dictum esse de loco inferorum monet Monkius, afferens Hec. 415. Med. 1062. Plura lectori in mentem venient.

762. *τούτων.* Refertur ad singulare *τι.* Similia videas ad Hippol. 78.

769. *ἀμείβεσθαι πύλας* est *domum intrare.* Exemplis firmavit locutionem Wesseling. ad Herod. II. 104. p. 408, 38. Wust.

770. *ἔπειτα δ' ἔτι κ. τ. λ.* De voracitate Herculis hæc olim Epicharmus in Busiride, apud Athenæum Deipnos. L. X. init. p. m. 411. *πρῶτον μὲν αἴκ' ἐσθίοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις. Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος, Ψοφεῖ δ' ὁ γομφίος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων, Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' ὤατα, Οὐ τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἧττον.* Barnes. Ita emendavit Porsonus in Advers. p. 115. Vide etiam Spanhem. ad Callim. H. in. Dian. 160.

773. *ποτῆρα κίσσινον.* Præter scholia vide quæ nos ad Cycl. 389. Barnes.

774. μελαίνης μητρός. De *uva* interpretatur Reiskius, de *vite* minus speciose Scholiastes. Favet tamen Scholiastes Nicandri μέλαιναν ἄμπελον memorans ad Theriac. 519. MUSGR. Euripidem h. l. imitatum esse locum Æschyli Pers. 615. Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο Ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε, auctor est Abreschius Animadverss. ad Æschyl. T. I. p. 219.: qui Nic. Loënsem ait, hanc in rem laudasse Plautum Amphit. I. 1. 174. *Eam ego* (hirneam) *ut matre fuerat natum eduxi meri.* KUIN. εὔζωρον, i. e. Suida interprete, ἄκρατον, quale Latinis *meracum;* Tibullo III. 6. 62. *fortius merum.* Itaque εὔζωρον μέθυ μελαίνης μητρὸς est *vinum non temperatum nigræ matris; vinum meracum nigellum.* Solebant enim veteres tribus partibus aquæ miscere unam partem vini, vel duas vini partes tribus quinqueve partibus aquæ. Vide Fischer. ad Anacreon. LVII. 3. Qui vero id non faciebant, ii meracius, atque adeo immodice, intemperanter bibebant. WAGNER.

776. μυρσίνης κλάδοις. Citat Stiblinus Horat. Carm. II. 7. 23. *qui sudo Deproperare apio coronas Curatve myrto.* Addit Monkius Carm. I. 38. 6. *neque te ministrum Dedecet myrtus, neque me sub arcta Vite bibentem.*

779. προτιμῶν. Προτιμᾷν quod proprie est *pluris æstimare, præferre,* sæpe eleganter ponitur ita, ut sit *curare, rationem habere;* et idem valeat, quod φροντίζειν, et λόγον ἔχειν· ut h. l. et ap. Aristoph. Ran. 668. Αἰα. ἔπειτα προτιμᾷς γ' οὐδέν; Δι. Οὐδέν μοι μέλει. Vide Bosii Animadverss. p. 9. KUIN. Vide etiam ad Hippol. 48.

780. ἐδείκνυμεν τέγγοντες. De constructione vide supra ad v. 155. et ad Orest. 790.

785. ἐκτείνειν χεῖρα haud dubie pertinet ad ritum mortuos valere jubendi. Supra v. 625. WAGNER. Confert Monkius Suppl. 774.

788. ἆρα. Pro ἆρ' οὐ, *nonne.* Vide supra v. 353.

790. σεμνόν. Proprie quidem dicitur *magnificum, sublime,* quod etiam in gestibus se prodit; ita ut respondeat Latino vocabulo *gravis,* quo explicant Gloss. vett. [Vide ad Hippol. 92.] Atque id docet additum πεφροντικὸς, *cogitabundum.* Utrumque autem nunc pro adjectivo ponitur; [ut Hom. Il. Γ. 342. δεινὸν δερκόμενοι. Nostri Cyclop. 549. καλὸν βλέπω, notante Monkio.] Græcos hoc quoque in genere secuti sunt Latini. Sic Virg. Æn. VI. 467. *torva tuentem.* VII. 399. *Torvum clamare.* Sensus: *Cur adeo gravis et cogitabundus?* Occupabat enim animum servi imago Alcestidis mortuæ. WAGNER.

791. Σκυθρωπὸς omnino dicitur *qui frontem habet obductam, supercilia contracta et deducta.* Sic apud Platon. Alcib. II. init. φαίνῃ γέ τι ἐσκυθρωπακέναι τε καὶ εἰς γῆν βλέπειν ὥς τι συννοούμενος. Hinc est *torvus, morosus, tristis:* ut apud Xenoph. Mem. II. 7. 12. III. 10. 4. Suidas vocabulum derivavit a Σκύθης et ὤψ. WAGNER.

792. εὐπροσηγόρῳ. Vide ad Hippol. 95.

794. Συνωφρυῶσθαι est *contractis esse superciliis.* WAGNER. Iterum vox occurrit infra v. 817. Illustrandæ significationis gratia affert Monkius Horat. Serm. II. 2. 125. *Explicuit vino contractæ seria frontis.*

795. θυραίου πήματος. Alcestida mortuam esse ignoravit Hercules: Vide supra ad v. 549. Recurrit hic versus infra v. 1024.

797. Formam οἶδας pro communi οἶσθα rarissime occurrere monet Monkius.

799. Vide supra ad v. 433.

800. κοὐκ ἔστιν αὐτῶν κ. τ. λ. Hæc ita expressit Horat. Carm. IV. 7. 17. *Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ Tempora Dii superi.* BARNES. Adde Anacr. Od. XV. 9. Τὸ σήμερον μέλει μοι· Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν. KUIN. Addas etiam Callim. Epigr. 15. δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον.

802. τὸ τῆς τυχῆς. Horat. Carm. III. 29. 29. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.* I. 9. 13. *Quid sit futurum cras, fuge quærere; et Quem sors dierum cunque dabit, lucro Adpone, nec dulces amores Sperne, puer, neque tu choreas.* II. 16. 25. *Lætus in præsens animus quid ultra est Oderit curare.* STIBLINUS. In sententiam loci facit etiam Epigramma Incerti 81. in Anthol. Gr. Tom. IV. p. 134. Πῖνε καὶ εὐφραίνου. τί γὰρ αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον; Οὐδεὶς γιγνώσκει. μὴ τρέχε. μὴ κοπία. Ὡς δύνασαι, χάρισαι, μετάδος, φάγε, θνητὰ λογίζου. WUST. Hinc etiam illud D. Pauli in Epist. I. Cor. XV. 32. εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Hanc Epicureorum sententiam memorat etiam Esaias Propheta, XXII. 13.

805. καθ' ἡμέραν. *Singulis diebus:* subaud. ἑκάστην. Cf. Hec. 314. Similiter dictum est κατ' ἦμαρ in Hec. 623. Soph. Phil. 798. Aliquando etiam reperitur καθ' ἑκάστην, omisso substantivo. Plene dixit Lucianus, T. I. p. 276. D. Paul. ad Hebræos, III. 13. Vide Bos. Ellip. Gr. 86. ed. Oxon. et ibi Schæferum.

807. πλεῖστον ἡδίστην. Soph. Phil. 631. θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖσ-

τον ἐχθίστης ἐμοὶ Κλύοιμ' ἐχίδνης, ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπαιν. Wust. Vide ad Hecub. 615.

809. ταῦτα. Refertur ad tristitiam famuli. Hermann.

810. ὀρθά σοι δοκῶ λέγειν. Pro ὀρθά σοι λέγω. Verbum enim δοκεῖν sæpe pleonastice adhiberi solet, ut ap. Diod. Sic. Biblioth. L. II. p. 90. T. I. ed. Rhod. ἣ ['Αραβία] κατ' ἐκείνης τῆς χρόνης ἐδόκει πληθύειν ἀλκίμων ἀνδρῶν, *quæ tum bellicosis hominibus abundabat.* Vid. Palairet. Obss. in Matt. III. 19. Kuin. Ita et Marc. X. 42. ubi vide Interpretes: Cf. Matt. XX. 25. Xenoph. Ages. V. 6. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 451. Nunc tamen causam pleonasmi aucupandi video nullam. Sensus: *si modo vera tibi dixisse videor.* Wagner.

813. στεφάνοις πυκασθείς. Sic Herodot. VII. 197. στέμμασι πῶς πυκασθείς. Plura ibi Valcken. p. 598. Beck. Veteres nimirum non solum in sacrificiis, sed etiam in conjugiis, compotationibusque utebantur coronis, quia corona lætitiæ, hilaritatisque signum erat. Vide Perizon. ad Æl. H. V. III. 3. p. 149. T. I. ed. Lips. Kuin. Videas citata ad v. 776. De verbi πυκάζεσθαι consulas etiam Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 137. Vide et Nostri Androm. 1092.

814. τὸ ξυνεστηχὸς φρενῶν. Idem est quod ἡ ξύστασις φρενῶν, in Hipp. 980. quam interpretatur Monkius per *Animi contractionem;* conferens Cicer. Tusc. Quæst. IV. 31. *Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.* De constructione vide ad Med. 442.

815. Πίτυλος proprie dicitur *strepitus* is, qui oritur aqua remo percussa, et concitata. [Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 862.] Inde *ipsum remigium;* et deinde, omnino *agitatio crebra* cujusvis rei ita dicitur; ad quem postremum vocabuli significatum respexit Scholiasta, qui per συνεχὴς φορὰ τῦ ποτηρίυ explicat. Wagner. Simile quiddam vox denotat in Hippol. 1434. δακρύων πίτυλος; et alibi apud Euripidem. Vide ad Iph. T. 297.

819. ὁ βίος κ. τ. λ. Huc refer illud Martialis VI. 70. 7. *At nostri bene computentur anni; Et quantum tetricæ tulere febres, Aut languor gravis, aut mali dolores, Ut vita meliore separentur; Infantes sumus et senes videmur. Ætatem Priami Nestorisque Longam qui putat esse, Martiane, Multum decipiturque falliturque. Non est vivere, sed valere vita.* Item Senec. Epist. XCIX. *Ex hoc tam exiguo temporis spatio, quod ætatem vocamus humanam, quantum lacrymæ, quantum sollicitudines occupant? quantum mors, antequam*

venit, optata; quantum valetudo, quantum timor; quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni? Dimidium ex hoc edormitur: Adjice labores, luctus, pericula, et intelliges, etiam in longissima vita minimum esse, quod vivitur. Barnes.

820. Morellus ad h. l. notat, πράσσειν, quando significet *bona vel mala uti fortuna,* non admittere accusativum, ideoque adjectiva ei juncta adverbialiter debere exponi. Sed refellit eum hic ipse locus, neque enim οἷα adverbialiter accipi potest. Heath. Ita et supra v. 229. Cf. autem Orest. 527. Iph. A. 335. Elect. 1358.

824. Interrogationem in fine versus recte posuit Wakefieldius. In sequente versu supplendum κάτοιδα.

828. ἦ κάρτα κ. τ. λ. Ironice loquitur Famulus. Hermann.

831. Similiter Phœn. 1336. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου. Wust.

833. ἀλλ' ἦ; Vide ad Hippol. 929.

834. ἐν δέοντι. Vide ad Hippol. 920. Recte Monkius e duobus MSS. δόμοις edidit, quod confirmat Aristoph. Pac. 272. ἐν δέοντι τῇ πόλει.

838. γονὴ μὲν οὖν κ. τ. λ. *Imo vero conjux.*—Hoc sensu sæpe responsionibus inserviunt hæ particulæ. Vide Matt. Gr. Gr. §. 606. 4. Hermann. Ad Viger. p. 652. ed. Oxon.

839. ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε; *Et tamen, quamvis funus efferendum esset, me hospitio excepistis?* vertente Hermanno ad Viger. p. 616. ed. Oxon. et monente, has particulas in initio interrogationis majorem quandam vim habere. Sic et κἄπειτα in Hippol. 329. 440.

840. ᾐδεῖτο. Vide supra ad v. 617.

841. Ξυνάορος h. l. dicitur *conjux,* ut in Orest. 643. 1561. Phœn. 1695. sed etiam maritos appellare solere Euripidem ξυναόρους ut Orest. 1129. probavit Valcken. Diatrib. Fragm. Eurip. C. I. p. 8. Kuin.

846. βίᾳ θυμοῦ. *Invito animo:* Anglicè, *Against my will.* Sic Phœn. 18. δαιμόνων βίᾳ. Soph. Œd. C. 854. βίᾳ φίλων, et id genus omne.

849. ἀλλὰ σοῦ τό μοι φράσαι. Indignantis vel admirantis est Genitivus σοῦ, ut in Med. 1040. Ceterum præstat vulgata τὸ μὴ φράσαι, quod bene revocavit Monkius.

850. προσκειμένου, post alios, recte dedit Monkius. Vide supra ad v. 569.

852. ὀρθὴν παρ' οἶμον. Notum est veteres secundum vias publicas mortuos plerumque humasse; vide Varron. citatum a Barnesio, de Ling. Lat. L. IV. *Monumenta, quæ in se-*

pulchris, et ideo secundum viam, erant; quo prætereuntes admoneant et se fuisse, et illos esse mortales. Cf. et Rhes. 878. Everhard. Feith. Antiquitat. Homer. I. 16. 3. MUSGR. Bis errat Monkius, et cum ἐπὶ Λαρίσσας conjicit, et cum in prosa oratione accusativum usurpari dicit. ἐπὶ Λαρίσσαν φέρει est *ad Larissam ducit*; ἐπὶ Λαρίσσας autem est *versus eam regionem, ubi Larissa est.* Id hic ineptum foret. HERMANN.

856. Cum augmentum in ἐγείνατο Tragicis omitti non liceat, neque anapæstus in tertia sede stare possit, Ἠλεκτρύονος ἐγείνατ' legi monet Blomfieldius. Voces transposuit Monkius, Ἠλεκτρύωνος pro quadrisyllabo habens, ut vocales υω in pronuntiando coalescant, ut in Ἐριννύων, Phœn. 1307.

860. Difficile esset mendum in his indagare, nisi Scholiastes scripsisset μελάμπεπλον· εἰδωλοποιεῖται μελαίνας πτερύγας ἔχων ὁ θάνατος. Unde apparet eum in Codice suo legisse μελάμπτερον. Alatus fingitur *Thanatos:* Vide Doëring. de Diis alatis, p. 23. n. 35. In hac fabula, v. 270. ὑπ' ὀφρύσι κυαναύγεσι βλέπων πτερωτὸς Ἅιδας. Senec. Œdip. 164. *Mors alta avidos oris hiatus Pandit, et omnes explicat alas.* Dubitari tamen potest an Scholiastæ lectio vulgatæ anteponenda sit. Certe μελάμπεπλον habet quo defendi possit. Paulus Silentiar. Epigr. 40. Σιτοδόκῳ δ' ἄγραυλος ἀνὴρ βαρύμοχθος ἰάλλοι Γαστρὶ μελαμπέπλου μητέρα Φερσεφόνης. Nox in fragmento Alexidis apud Athen. XII. p. 552. E. νυκτὸς ὄμμα μελαμπέπλου. Antipater Sidon. Epig. 78. ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων. Somnus, qui formæ similitudine a Morte proxime abest, *fuscis circumdatur alis,* apud Tibull. II. 1. 89. [Legendum tamen haud dubie μελάμπτερον cum Scholiaste censet Musgravius; cui parum abest quin assentiamur, nolente licet Monkio. Cyratius Cynegetico: *avidissimus Orcus Pascitur, et nigris orbem circumvolat alis.* Quin et somnium ab Inferis missum φάντασμα μελανόπτερον vocat Noster in Hecub. 629.] Ceterum vocatur Orcus ἄναξ νεκρῶν. In v. 1150. autem δαιμόνων κοίρανος vulgo appellatur. Quod an simili usu comprobari possit equidem dubito. Scholiastes ad hunc versum: ἢ τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ. Quod suspicionem movet, Euripidem scripsisse νερτέρων τῷ κυρίῳ. Βασιλεὺς ἐνέρων etiam est apud Æsch. Pers. 828. JACOBS.

862. προσφαγμάτων. Quo ritu inferiæ defunctis dari consueverint, ex Homero liquere potest, Odyss. Λ. 25. STIBLINUS. De his inferiis omnino videndus est Blomfieldius in

Gloss. ad Æsch. Pers. 616. Ceterum ad προσφαγμάτων supplendum μέρος τι, quod sæpe subintelligitur ante Genitivos, quos Attici conjungunt cum verbis quibusdam activis. Hecub. 605. ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός. Ita et Aristoph. Equit. 1181. Pac. 436. In hujusmodi verbo plene dicitur in Soph. Phil. 307. καὶ πού τι καὶ βορᾶς μέρος Προσέδοσαν. Vide Bos. Ellips. Gr. p. 176. ed. Oxon. Similem Ellipsin adhibent etiam Latini. Tacit. German. 15. *Mos est civitatibus ultro et viritim conferre principibus vel armentorum, vel frugum;* scil. *aliquam partem.*

864. Recte Monkius περιβάλω in aoristo subjunctivo; κᾂν, i. e. καὶ ἐὰν, cum futuro indicativo solœcum est.

866. πρὶν μεθῇ. De hac structura, omisso ἂν, vide ad Med. 223.

868. Vox πέλανος occurrit in Orest. 210. ubi vide notam: αἱματηρὸς πέλανος in Iph. T. 290. Rhes. 427. Ad εἶμι τὴν κάτω supple ὁδὸν, cujus vocis Ellipsin frequentant Græci. Vide Bos. Ellip. Gr. p. 207. ed. Oxon. Sic et apud Latinos; Horat. Epod. IV. 24. *Et Appiam mannis terit.* Cicero ad Fam. Epist. V. 4. *Qui hac iter faciebant.*

869. Κόρης, sc. Δήμητρος, i. e. *Proserpinæ.* Cf. supra v. 370. Ita etiam absolute ponitur in Supp. 34. et alibi.

874. αἰδεσθείς. Vide supra ad v. 617.

878. Redit Admetus e funere conjugis, quod prosecutus erat. WAGNER.

880. χήρων μ. Sic apud Ovid. Epist. Heroid. IX. 35. *domus vidua.* VIII. 21. *aula vidua.* WAGNER.

881. ποῖ βῶ; πᾷ στῶ; Non recte constituit differentiam Scholiastes Aristophanis, quem secutus est Porsonus, [ad Hecub. 1057. quem videas.] Utrumque correxit Hermannus ad Herc. F. 1217. WUST.

882. πῶς ἂν ὀλοίμαν; Vide ad Hippol. 207.

884. ζηλῶ. H. e. ut v. 902. *beatos prædico.* Schol. ad Soph. Aj. v. 554. ζηλοῦν explicat per μακαρίζειν. Cf. Spanhem. ad Callim. h. in Dian. v. 40. KUIN. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 338.

886. αὐγὰς προσορᾷν vel εἰσορᾷν (v. 683.) simpliciter est *vivere.* Nam verba ὁρᾷν, δέρκεσθαι et βλέπειν, sæpe ita usurpantur, ut idem valeant, ac ζῆν. Theogn. v. 1139. ἀλλ' ὄφρα τις ζώῃ καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο. Eur. Iph. Taur. 657. αἰσχρὸν θανόντος σοῦ βλέπειν ἡμᾶς φάος. Soph. Aj. 1091. εἰ γὰρ βλέποντες μὴ δυνήθημεν κρατεῖν, Πάντως θανόντες ἄρξομεν. KUIN. Vide etiam supra ad v. 18.

888. ὅμηρον, i. e. ἐνέχυρον, ut Schol. et Suidas explicant: *obsidem*, quatenus ejus mors caverat vitæ Admeti. WAGNER.

893. δι' ὀδύνας ἔβας. Sic βαίνειν, ἔρχεσθαι, et πορεύεσθαι cum διὰ sæpius ponuntur: ut Phœn. 384. διὰ πόθυ ἐλήλυθα, ubi Schol. ποθῶ. 1561. δι' ὀδύνας ἂν ἔβας. Xenoph. Cyrop. I. 2. 15. II. 1. 15. δι' ἡδονὰς πορεύεσθαι. WAGNER. Vide etiam ad Phœn. 467. Suppl. 111.

894. τὰν νέρθεν, sc. ὖσαν, *Alcestin*. WAGNER.

897. Quod Musgravius metri causa inserendum putabat, τιν', frigere monuit V. D. in Censur. Trimest. Vol. XV. p. 122. Tu sic potius scripsisse poetam crede: φιλίας ἀλόχυ στενάζων πρόσωπον ἄντα. HERMANN. ἄντα est *coram, præsentem*. WAGNER. Vox Homerica.

898. ἔμνησας. Referuntur hæc ad versum 894. τὰν νέρθεν ὐδὲν ὠφελεῖς, et ad v. 896. τὸ μήποτ' εἰσιδεῖν σὴν ἄλοχον, λυπρόν. Ita Solonem locutum aiunt πρὸς τὸν εἰπόντα· 'Αλλ' ὐδὲν ἀνύττεις (δακρύων τὸν παῖδα τελευτήσαντα).—Δι' αὐτὸ δὲ τῦτο δακρύω, ὅτι ὐδὲν ἀνύττω. Diog. Laërt. in Solon. L. II. 16. BARNES.

899. Nihil in his difficultatis, si ita accipias: ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχυ,—τί μεῖζον κακόν; Plerumque τύτυ adjici in hac dicendi forma solet: cujusmodi exempla attulit Matthiæ. Omisit id etiam Thucydides I. 33. HERMANN.

900. μή ποτε γήμας κ. τ. λ. Eandem constructionem notat Monkius in Med. 1403. Οὓς μή ποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον 'Εκ σῦ φθιμένυς ἐπιδέσθαι.

902. ζηλῶ. Vide supra ad v. 884. Eandem sententiam illustravit Noster ad Med. 1079.

906. De etymologia vocabuli κεραΐζειν non convenit inter interpretes; cum alii a κέρας, alii a κείρω deducant. Jam si a κέρας derivatur, κεραΐζειν erit *cornu ita uti, ut alterum feriat, lædat, ei noceat*, ita ut dicatur de feris proprie; unde omnino notio *destruendi, vastandi* prodit. Atque hæc ratio propterea veri videtur similior, quod κείρειν jam per se hac significatione gaudet, ut sit *vastare*. WAGNER. Ceterum Euripides imitatur Homerum, Il. X. 63. καὶ θαλάμυς κεραϊζομένυς, post Blomfieldium notante Monkio. De θανάτοις in plurali vide ad Elect. 480.

907. ἐξὸν ἀτέκνοις. De voce ἐξὸν absolute sumta vide nos ad Med. 445. BARNES.

910. Vulgo τιθεῖς. Sed vide ad Orest. 141.

913. ὖ σὺ πρῶτος κ. τ. λ. Cf. supra v. 431. et ibi citata.

915. Confert Monkius Herac. 610. παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα

Μοῖρα διώκει. Æsch. Prom. 283. ταῦτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.

918. τί μ' ἐκώλυσας κ. τ. λ. Hæc proprie ad Chorum pertinent, qui, cum scenam reliquisset una cum Admeto v. 762. præsens fuerat in sepultura administranda. Wust. Ex ingenio Scenæ antiquæ Chorus nunquam orchestram relinquere poterat. Hæc autem lex similiter violata est in Sophoclis Ajace, et in Æschyli Eumen. Vide Lobeck. ad Ajac. p. 349.

919. ῥίψαι, sc. ἐμαυτὸν, i. e. ῥίψασθαι, *ruere, ferri.* Wagner. Cf. Porson. ad Orest. 284. Matt. Gr. Gr. §. 496. 5.

920. καὶ μετ' ἐκείνης κ. τ. λ. Amatores una cum suis amicis perire optabant. Similis locus ap. Achill. Tat. III. 5. ubi Clitophon ita ad Neptunum: εἰ δὲ ἡμᾶς ἀποκτεῖναι θέλεις, μὴ διαστήσεις ἡμῶν τὴν τελευτήν· ἓν ἡμᾶς κῦμα καλυψάτω. Εἰ δὲ καὶ θηρίων ἡμᾶς βορὰν πέπρωται γενέσθαι, εἷς ἡμᾶς ἰχθὺς ἀναλωσάτω, μία γαστὴρ φωρησάτω, ἵνα καὶ ἐν ἰχθῦσι κοινῇ ταφῶμεν. Kuin. τῆς μέγ' ἀρίστης. Vide supra ad v. 759.

923. συνέσχεν ὁμῶ. Solœcum est. Recte post Wakefieldium edidit Monkius συνέσχ' ἄν· nec aliter Porsonus in Advers. p. 222. Schæfer. in Meletem. Crit. p. 56.

925. τις ἦν. Hæc ne de Pericle intelligamus, obstat, quod non κόρον μονόπαιδα, sed filios ei duos, Xanthippum et Paralum, mors eodem fere tempore abstulerit. Macrob. Sat. I. 1. Musgr. Hæc proculdubio respiciunt Anaxagoram, qui res humanas tam excelso animo tulisse fertur, ut, cum acerbum de immatura filii morte nuntium audivisset, responderet: *Sciebam me genuisse mortalem.* Vide Ciceron. Tusc. Quæst. III. 14. Galen. T. I. p. 283, 48. Valckenær. in Diatrib. p. 28. A. B. Diogen. Laert. II. 13. et ibi Menagium. Plutarch. Consol. ad Apoll. T. I. p. 118. Anaxagoræ dictum Lucianus imitando expressit in D. D. 14. T. I. p. 240. ᾔδεις γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον, ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος. Jacobs. ἐν γένει. *Cognatus.* Soph. Œd. T. 1016. 1430. Æsch. Choeph. 281. Eumen. 603. Vide Hermann. ad Viger. p. 660. ed Oxon.

928. ἅλις. Schol. μετρίως. Idem valet in Med. 627.

930. βιότου πρόσω τε. *Ætate provectus;* ut in Platon. Apol. Socrat. 29. Ceterum cum Monkio legendum βιότου τε πόρσω, quæ vetustioris Atticismi forma est.

931. ὦ σχῆμα δόμων. Vide ad Hec. 614. Androm. 1.

933. πολὺ γὰρ τὸ μέσον. Sic Herodot. IX. 82. τῆς θοίνης ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον. ubi cf. Wess. p. 729. Beck. Scholiast. τὸ μέσον· τὸ διάφερον τῆς νῦν τύχης καὶ τῆς παλαιᾶς.

934. πευκή. Propriè dicitur *picea*, vel *pinus*; deinde, quæcunque fiunt ex *picea*, ut *tædæ*. Dicuntur Πηλιάδες, e monte Pelio sectæ. Vide Ovid. Met. VII. 224. Ceterum describit pompam nuptialem: Etenim sponsa e patris domo ad sponsum deducebatur, comitante canentium et saltantium caterva, ita ut *tædæ* præferrentur. Nonnulla horum rituum vide apud Chariton. I. 1. WAGNER.

940. Pro εἰμὲν Heath. scribit εἶμεν i. e. εἴημεν. BECK. Recte omnino. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 435. ed. Kidd.

944. λέκτρων κοίτας. Vide ad Hec. 295.

946. παρ' εὐτυχῆ πότμον. *Juxta fortunam secundam*; i. e. *confestim secutus secundam fortunam*, ut bene interpretatur Monkius; conferens Demosth. de Coron. §. 6. ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι.

951. ὁ δαίμων h. l. idem est, quod ἡ τύχη, *fortuna*: ut apud Eurip. Androm. 98. στερρόν τε τὸν ἐμὸν δαίμον', ᾧ ξυνεζύγην. Cyclop. v. 110. τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξαντλεῖς ἐμοί. KUIN. Vide ad Hippol. 803. Kuster. ad Aristoph. Plut. 6.

953. Soph. Œd. C. 955. θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.

955. Legendum cum Monkio χρῆν, *oportebat*.

960. ἐξελᾷ. Atticè, pro ἐξελάσει. Mœris: ἐλῶ, Ἀττικῶς· ἐλάσω, Ἑλληνικῶς. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 124. ed. Kidd. Similiter ἐλῶσι pro ἐλάσουσι in v. 967.

964. οἱ. Referuntur ad δεσπότιν, et haud dubiè sunt *servi*. WAGNER.

967. γάμοι i. e. γαμεταὶ, *Uxores*. Vide Androm. 103. Sic Plutarcho Vit. p. 1604. Καίσαρος γάμον est *Cæsaris uxorem*. Idem p. 1750. ἐν ἔθει τοῖς Μακεδόνων βασιλεῦσιν ἐγάμει γάμους πλείονας. MUSGR. ξύλλογοι Γυναικοπληθεῖς. Similiter in Æsch. Pers. 127. γυναικοπληθὴς ὅμιλος.

968. ἐξανέξομαι λεύσσων. De constructione vide ad Phœn. 547.

973. δοκεῖ; vide ad Hippol. 463.

974. οἱ τεκόντες. *Parentes*. Græci enim participiis, addito fere articulo, loco substantivorum utuntur. Sic ἡ τεκοῦσα est *mater*, vv. 677. 535. 167. 302. ὁ κεκτημένος, *dominus*: Aristoph. Plut. 4. οἱ ἐφεστῶτες, *magistri*: Xen. Mem. III. 15. 19. infra v. 1147. ὁ φιτύσας est *pater*; οἱ φύσαντες *parentes*, Phœn. 34. qui ab Herod. I. 120. et 121. dicuntur οἱ γεινάμενοι. οἱ θεώμενοι ap. Aristoph. Plut. 798. sunt, interprete Schol. Dorvilliano, οἱ θεαταί. Apud Achill. Tat. I. 9. καὶ ἐπαινεῖ τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα· h. e. τὸν ἐραστήν· et II. 23. ib. ἡ ἐρωμένη, i. e. *Leucippe*. Etiam Latini ita participiis utun-

tur. Horat. Epod. II. 13. *mugientes:* h. e. *boves*. Lucret. VI. 1273. *æditùentes:* h. e. *æditui*. Cf. Gregor. de Dial. §. 71. ibique Kœnium. KUIN. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 570.

976. κύδιον. Comparativus pro Positivo. Sic ἥδιον pro ἡδὺ in loco Herodoti citato ad Hippol. 446. λάθρη λᾶαν ἄφες στιβαρώτερον, Apoll. Rhod. III. 1056. ubi Scholiastes: στιβαρώτερον, ἀντὶ τοῦ στιβαροῦ. συγκριτικὸν ἀντὶ ἁπλοῦ. Aristoph. Av. 63. οὕτω 'στὶ δεινὸν οὐδὲ κάλλιον λέγειν. Schol. τὸ κάλλιον, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ καλὸν λέγειν. Sic et κερδίων, Pind. Nem V. Epod. 1. ἀρειόνων, Nem. III. Stroph. 1. MUSGR. Paullo melius fortasse ἢ ἀποθανεῖν supplet Wakefieldius. Idem comparativus extat in Androm. 630.

978. Cf. Horat. Carm. I. 35. 17. ubi eandem sententiam expressam, sed multo aliter exornatam, invenies. WUST. διὰ Μούσας αΐσσειν, quod dicitur, ut supra 803. δι' ὀδύνας βῆναι, dici potest; qui literas omnino excolit, maxime poetas, in quibus quippe omnis sapientia recondita quæreretur. WAGNER.

979. μετάρσιος ἦξα. Scholiast. περὶ μετεώρων ἐφρόντισα, οἷον ἠστρολόγησα.

983. σανίσι. Conservatas ad Hæmum, Thraciæ montem, tradit Schol. ad Hec. v. 1267. Quicquid hujus fuerit, Euripides haud dubie respicit scripta, quæ sua et Platonis ætate Orpheo tribui solebant. vid. de Rep. Lib. II. p. 595. ed. F. MUSGR. Præ aliis Euripides nunc respexit id genus carminum, quæ ipsius ætate sub τελετῶν vel καθαρμῶν vel ἀκεσμῶν νόσων nomine, ab aliis Orpheo, ab aliis Musæo adscripta circumferebantur. Consule Passovium de Musæi operibus disserentem p. 45. editionis suæ. Pausanias certe Lib. IX. 50. p. 768. ὁ δὲ 'Ορφεὺς, dicit, ὑπερεβάλετο ἐπῶν κόσμῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος, οἷα πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμοὺς νόσων τε ἰάματα καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων. WUST. Vide etiam ad Iph. A. 1198.

984. 'Ορφεία γῆρυς. Periphrastice ponitur pro 'Ορφεύς. WAGNER. Similia vide ad Phœn. 55.

987. ἀντιτεμών, *Remedia inveniens*. Recte Schol. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν τὰς ῥίζας τεμνόντων καὶ εὑρισκόντων, ubi ante ultimam vocem fortasse aliquid excidit. Pind. Pyth. IV. 393. Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσαισ' 'Αντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν Δῶκε χρίεσθαι. JACOBS. Vide etiam ad Androm. 121.

988. μόνας δ' οὔτ' ἐπὶ βωμοὺς κ. τ. λ. Sensus est. *Ad hujus solius Deæ*, Necessitatis scil. *aras et simulacrum confugere non licet; etenim nequaquam victimas exaudit;* i. e. sacrificiis placanda est.

991. Nota locutionem μείζονα ἔρχεσθαι, *sæviorem esse*. Similiter Med. 624. Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν ἐλθόντες, et v. 627. εἰ δ' ἅλις ἔλθοι Κύπρις. WUST.

993. νεύσει. Est imperantium et regum *nuere*. Notum est Virgilii illud de Jove: *Nutu tremefecit Olympum*. Similem Homeri locum Iliad. A. 529. laudavit Scholiastes. WAGNER.

994. *Chalybes* fuerunt populus Ponticus versus Orientem, et circa Halym Amnem: (Vide Plin. N. H. VI. 4.) ob egregium ferrum, quod ibi erat, notissimi. WAGNER.

996. ἀποτόμου λήματος. *Præfractæ mentis*. Vide supra ad v. 118.

999. Confert Monkius Soph. Elect. 137. Ἀλλ' ἤτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα Παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις, ἤτε γόοις, ἤτε λιταῖς· ubi Brunckius præeuntem attulit Homerum; Il. Ω. 549. Ἄνσχεο, μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν· Οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχημένος υἷος ἑῆος, Οὐδέ μιν ἀνστήσεις.

1001. σκότιοι παῖδες. *Liberi furtivo, non legitimo matrimonio nati*. Vide Schol. min. ad Hom. Il. Z. 24. [σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.] quem locum jam laudavit Scholiast. Noster, qui interpretatur per ἐκ λαθραίας μίξεως, ὁ λάθρα γεγεννημένος καὶ οὐκ ἐκ τῆς κατὰ νόμον γαμηθείσης. WAGNER. Nec aliter Hesychius, v. σκότιος. Vide et Cuperi Obss. I. 16.

1002. φθίνουσιν ἐν θανάτῳ. Simpliciter ponitur pro φθίνουσι. WAGNER. Simili modo dicitur νεκρῶν φθιμένων. infra v. 1007. ubi confert Monkius Suppl. 44. 558. quæ sumpta esse putat ex Hom. Od. Λ. 490. νεκύεσσι καταφθιμένοισι.

1006. Erotian. κλισίην· τὴν κλίνην. Et sic adhibet Pind. Pyth. IV. epod. 6. Clem. Alex. p. 146. A. p. 171. D. Marcus Argentarius Anthol. H. Steph. p. 480. MUSGR.

1007. τύμβος. Est subjectum, et χῶμα prædicatum. BARNES. De voce χῶμα vide ad Hec. 218.

1020. ἠξίουν ἐξετάζεσθαι φίλος. *Volui amicitiam tibi probare meam*. ἀξιοῦσθαι propriè est *dignum me judicare*, atque adeo *velle*. WAGNER.

1024. Cf. supra v. 795.

1031. ἵππους Θρῃκίας. Diomedis scil. Vide supra v. 501.

1033. πράξας δ' ὃ μὴ τύχοιμι. Cf. notata ad v. 820. supra.

1038. νικητήρια. Vide ad Orest. 1046.

1039. Notabilior est constructio [ea scilicet, qua Græci dixerunt νικᾶν μάχην, νικᾶν ἀγῶνα, et similia, de quibus vide Matt. Gr. Gr. §. 417. Obs. 2.] τὰ κοῦφα τοῖς νικῶσιν pro τοῖς τὰ κοῦφα νικῶσιν. Ejusdem collocationis articuli alia exempla ex Tragicis dedit Herman. ad Soph. Aj. 1007. WUST. Inter

præmia viris fortibus destinata, memorantur veteribus *tripodes, boves, equi, fœminæ, lebetes, arma, æs, ferrum, aurum, et argentum*, dein *coronæ*, ut ex Homeri Iliad. Ψ. 459. ex Virgilio et aliis constat. Horum autem præcipua erant *boves* ad sacrificia et epulas, et *mulieres formosæ* ad ministeria et contubernium. Equi erant in secundo loco habiti, ut vel ex hoc ipso patet loco. BARNES.

1046. χρόνῳ. H. e. *tandem, post longum tempus*: id. qd. διὰ χρόνου, ut apud Eurip. Phœn. 295. 1043. 305. Hippol. 1171. Theocrit. Id. XV. 1. KUIN.

1047. Quatuor codd. ἐν ἐχθροῖσιν. Matthiæ ἐν αἰσχροῖσιν τιθεὶς referendum censet ad τύχας· *non quo uxoris sortem mihi turpem esse putem*, ob ignaviam, quam pater Admeto exprobraverat. At de re illa, cum Herculi se expurgare vult, non cogitat. HERMANN. Qui, cum Monkio, ἐν ἐχθροῖσιν recte dedit.

1049. Confert Monkius Troad. 600. ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται.

1058. Tres codd. συμφοραῖς. Vulgo συμφορᾷ. Singularem aliquot in locis præfert Elmsleius ad Med. 34. Non magni refert: sed ubi de uno, ut hic, malo sermo est, non præferam pluralem. HERMANN.

1059. πῶς κ' τρέφοιτ' ἂν κ. τ. λ. Vide ad Phœn. 1354.

1060. πρέπει. *Decora est.* Vide supra ad v. 530.

1065. θάλαμον εἰσβήσας. De verbo βαίνω et compositis active significantibus vide ad Orest. 1411. Matt. Gr. Gr. §. 417.

1066. ἐπεισφρῶ. Vide ad Herc. F. 1238. BARNES.

1072. ἔχουσα ἴσθι. Vide ad Hippol. 303.

1073. προσῄξαι. Vox familiaris et nota, et Homero usurpata, Odyss. Δ. 796. δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. BARNES.

1077. Dicitur θόλος *humor turbulentus, et piceus*, quem emittunt sepiæ, piscium genus; de quo vide Plin. N. H. IX. 45. Hinc θολοῦν omnino est *turbare; turbidum, obscurum reddere*: atque adeo ad animum translatum, *conturbare, tristem reddere*. WAGNER. Hesych. θολῶσαι· ταράξαι, σκότισαι. Vide etiam Musgr. ad Soph. Aj. 205.

1078. πηγαί. Poëtis sæpe sunt *lacrymæ*, ut h. l. et Herc. Fur. 1327. ἔτ' ἀπ' ὀμμάτων Ἔσταξα πηγάς. Æschyl. Prom. 401. παρειὰν νοτίοις ἔτεγξα πηγαῖς. KUIN. κατερρώγασιν a ῥήσσω, ἔρρωγα Attice, eleganter de lacrymis usurpatur et fontibus. BARNES. Vide ad Phœn. 370.

1079. Γεύομαι pro πάσχω. Ita Hecub. v. 372. ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν, Φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ', αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ. Sic

Æschyl. in Τοξότοις· Νέας γυναικὸς ἤ με μὴ λάθῃ φλέγων Ὀφθαλμὸς, ἥ τις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη. Sic et sacræ litteræ loquuntur Hebr. II. 9. τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. BARNES. Scil. verba sensuum inter se sæpenumero solent permutari, ut ap. Soph. Trach. 1108. μόχθων μυρίων ἐγευσάμην. ubi Schol. ἐγευσάμην· ἐπειράσθην, πεῖραν ἔσχον. Eurip. Suppl. 787. ἄλγος ἰδεῖν. Hom. Od. A. 58. καπνὸν νοῆσαι. Terent. Eunuch. II. 3. 45. *audire*, pro *videre*. Cf. Gataker. de Styl. N. T. c. XXXVIII. p. 146. Abresch. Animadverss. ad Æschyl. T. I. p. 2. T. II. p. 10. Petr. Victorii Lectt. Varr. IX. 19. Albertii Obss. Philoll. ad Hebr. VI. 4. p. 424. KUIN.

1082. εἰ γάρ. Optantis est, et valet *utinam*. Vide ad Hec. 819. Ceterum hæc formula pariter cum imperfecto indicativi, et cum aoristo indicativi vel optativi jungitur; de quo usu ita optime disserit Censor Anglicus in *Quart. Rev.* T. XV. p. 123. εἰ, εἴθε, εἰ γὰρ, *or* εἴθε γὰρ, *with an indicative* imperfect, *expresses a wish that something* were done now; *with an indicative* aorist *it indicates a wish that something* had been done formerly; *with an* optative aorist *it wishes that something* may be done at the next moment, or at some future time. *We will give a few examples of each usage.* I. Orest. 1609. εἰ γὰρ τόδ' ἦν. I wish it were so. Herac. 726. Elect. 1065. Rhes. 105. II. Orest. 1575. εἰ γὰρ κατέσχον, μὴ θεῶν κλεφθεὶς ὕπο. Would I had kept hold of her. Androm. 294. 1159. Alcest. 1112. Suppl. 823. Æsch. Prom. 158. Choeph. 343. III. Eurip. Hec. 819. 1043. Orest. 1091. 1202. Phœn. 163. 166. Hippol. 229. 1071. 1072. 1107. 1377. 1400. Alcest. 91. Androm. 515. Suppl. 367. 370. 1011. 1152. Iph. T. 425. 1188. Rhes. 363. 460. Troad. 1092. Cycl. 436. Herac. 52. 735. Helen. 170. 1478. Ion. 148. Elect. 668. Æsch. Theb. 260. 556. 566. Suppl. 1. Soph. Œd. T. 80. 1061. Œd. C. 1082. Trach. 955. Aj. 1265. *Sometimes, but very rarely, a subjunctive aorist occurs.*

1085. βούλεσθαί σ' ἄν. *Te velle quidem:* sc. et nunc, et antea: quam significationem ubique habent locutiones ἐβουλόμην ἄν, ἤθελον ἄν, cujus exempla dedit Dawes. Misc. Crit. p. 424. ed. Kidd. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 509. 5. a.

1087. ἐναισίμως φέρε. *Perfer, ut decet virum;* i. e. *moderate, constanti animo.* WAGNER. Schol. ἐναισίμως. καθηκόντως. Ceterum recte dedit Monkius ὑπέρβαλλ' in præsenti. Vide Porson. ad Hec. 1160.

1088. ῥᾷον παραινεῖν, κ. τ. λ. Hanc sententiam Dio Cassius mutuatur ab Euripide L. XXXVIII. [p. 71. A. ed. Leocl.] ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρῳ ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι. Thales rogatus, τί χαλεπώτατον; γνῶναι ἑαυτὸν, ἔφη. τί ῥᾷστον; ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι. Barnes. Vide etiam Blomfield. ad Æsch. Prom. 271.

1089. τί δ' ἂν προκόπτοις. Ut apud Latinos: *Quid profeceris? quid inde?* Eorum est, qui jubent aliquem desistere a re quadam. Wagner. Vide ad Hippol. 23.

1095. Vulgo ἡβᾷ σοι κακόν. Correxit Porsonus in Præfat. ad Hecub. p. 23. Et vero, quamvis plerumque in *juvenescendi* ratione usurpatur ἡβάσκειν,—Anglicè, *to grow young*—nonnunquam tamen pro ἡβᾷν ponitur, ut in Brunckii Analect. Epigr. 28.

1100. τῷδε. i. e. ἐμοί. Vide ad v. 343.

1103. μωρίαν ὀφλισκάνεις. Vide ad Med. 1217.

1104. Hic ex Herculis verbis intelligendum αἴνει. Hermann.

1105. ἐπήνεσα. Aorist. pro Præsenti, ut ᾤμωξα, in Hippol. 1395.

1107. Servaverat Monkius vulgatum γενναίαν. Γενναίων sex codices. Recte. Nihil enim ad rem, si mulier generosa est; multum si domus: quia sic nihil periculi nec mulieri est, neque Admeto, ne uxoris amorem abjiciat. Hermann.

1108. μὴ, sc. γένοιτο. Wagner. σπείραντος. h. e. *patris*. Nam σπείρειν proprie est *seminare*; deinde *gignere, liberos procreare*. Græci enim in re venerea, metaphoras eleganter e re rustica depromere solent. Sic pater ab Eurip. Iph. Aul. 949. vocatur ὁ κατασπείρας. Qua in forma loquendi Græcos imitati sunt Latini, ut Virg. Æn. II. 540. *Satum quo te mentiris.* Plaut. Amphitr. I. 2. 20. *puer seminatus.* Cic. Off. I. 32. *Hercules Jovis satu editus.* Kuin. De hac jurandi formula vide ad Med. 328. Hippol. 600.

1110. λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι. Rhes. 592. λύπῃ καρδίαν δεδηγμένοι. Ita Med. 110. ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν. Barnes.

1113. Observanda consulto quæsita ambiguitas, cum Hercules præmium Admeti esse significet, Admetus autem dici credat, gaudere se debere ob illius victoriam, ut qui tanquam amicus in communionem veniat hujus victoriæ. Hermann.

1114. καλῶς ἔλεξας. Formula Euripidi usitatissima. Hec. 986. Hippol. 710. Iph. A. 818. Iph. T. 583. 749. 878. Bacch. 911. Herac. 721. Helen. 141. 158. Ion. 650. Elect. 645.

1116. Monkius correxit ἐμέ. Vereor, ut satis caute. ὀργαίνειν hic, ut in Soph. Trach. 552. est *irasci, indigne ferre.* Wust.

1128. Sensus verborum Γοργόν' ὡς καρατόμῳ est: *timore repletus, et capite averso.* Nota enim est fabula de Medusæ capite, quod eos, qui illud inspiciebant, in lapides convertebat. Schol. ad Eurip. Phœn. 469. ἡ Γοργόνη θεὰ ἦν, καὶ εἴτις δ' ἂν αὐτὴν εἶδεν, ἀπελιθοῦτο· ὁ δὲ Περσεὺς σταλεὶς παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἀπεκεφάλισεν αὐτὴν, καὶ πάλιν εἶχε τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν· καὶ οἵτινες δὲ τὴν αὐτῆς κάραν εἶδον, ἀπελιθοῦντο. Cf. Apollod. II. 4. 3. p. 99. Kuin. Vide etiam ad Phœn. 456. Ceterum recte Matthiæ præfert καὶ δή. Quod ad Γοργόν' ὡς attinet, nescio an satius sit elisum aliquando ι dativi ab Atticis poetis existimare. Certe Æschyli versus in Pers. 832. et Euripidis in Œoli Fr. VI. corrigi possint, at pertinacius reluctantur Sophoclis loci in Trach. 675. et Œd. C. 1436. Alcestidis quidem versui medeare, si scribas Γοργόνῃ καρατόμῳ. Nam quod Valckenærius dicit ad Schol. in Eurip. Phœn. 459. p. 664. hanc recentiorem formam esse, id, etsi haud facile, refutes. Tacent de ea Atticistæ, qui de formis Γοργὼ et Γοργὼν disputarunt: qui autem eam commemorant, non videntur improbare. Hermann. Emendat Γοργόν' ὡς καράτομον Elmsleius in nota sua perdocta ad Herac. 693. subaudito scil. οὖσαν. Ei consentit Lobeckius ad Soph. Aj. 801. Aliter censet Monkius. Et nobis sane rectius statuisse hodie videtur Porsonus, has elisiones, quantumvis raras, apud Tragicos tamen nonnunquam reperiri.

1129. Recte ναὶ Monkius Herculi dedit; male autem scripsit νιν. Hermann.

1131. εἴτι σοι δοκεῖ πρέπειν. *An similis sit.* Vide Pind. Pyth. II. 69. Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ Πρέπεν οὐρανίᾳ Θυγατέρι Κρόνου. Soph. Elect. 664. 111. ubi Brunck. hanc verbi πρέπειν significationem illustrat. Vide et Abresch. Animadv. in Æsch. II. p. 281. Interpp. Hesychii v. πρέπον. Jacobs. Velo obvoluta videtur Alcestis adstitisse, quod nunc tollit Hercules. Hermann. Pro σοὶ Musgravius mavult σῇ, probante Monkio.

1133. Hanc scenam optime comparat Monkius cum catastropha Shakspearianæ fabulæ, quæ inscribitur *The Winter's Tale.*

1134. γυναῖκα λεύσσω κ. τ. λ. Non *hanc meam uxorem* dicit, sed *hanc esse meam uxorem video.* Hermann.

1137. ὅρα γε, μὴ κ. τ. λ. Veteres credebant, veneficarum

hanc esse potestatem, ut mortuorum possent evocare animas, et alia φάσματα ostendere. Vide Dorvill. ad Charit. V. 9. p. 497. ed. Lips. KUIN.

1138. Dicitur ψυχάγωγος *qui in vitam* redire *jubet mortuos:* nominatim *præstigiator*. Vide Scholiasten. Etenim Thessalia multas alebat veneficas; unde Θέσσαλοι ᾠδαὶ sunt *incantationes Thessalicæ* apud Lucian. Dial. Mort. T. VIII. p. 201. Sensus: *ne credas me præstigiatorem*. WAGNER.

1140. Vulgo τύχην. Reiskius conjecit τύχῃ. Bene. KUIN. Immo male. Aliud est *non fidere sorti*, quod est instabilem futuram putantis: de qua re hic non est sermo: aliud, *non credere verum esse, quod accidit*. De eo hic solo agitur. Atqui id accusativum requirit. Soph. Antig. 219. τὸ μὴ 'πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε. Neque alia ratio est infinitivi, ut in Soph. Aj. 941. οὐδέν σ' ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι, γύναι. HERMANN.

1145. φθόνος θεῶν. Vide ad Supp. 346.

1147. φιτύσας. Sic legendum esse ostendit Prosodia. Eædem voces confunduntur supra v. 306. MUSGR.

1148. Vulgo: σὺ γὰρ δὴ ταμ' ἀνώρθωσας. Recte. Compositum ἐξανορθοῦν non alibi occurrit.

1150. νερτέρων τῷ κυρίῳ. Vide supra ad v. 860.

1156. ἀφαγνίζειν. H. l. non *purificare*, sed *desecrare*. Orcus enim quando gladio totondisset Alcestidis capillos, eam diis manibus sacram dicaverat, quod ἁγνίσαι v. 76. dicitur. Contraria igitur aliqua ceremonia desecranda erat, antequam Admeto ejus consuetudine et colloquio frui liceret. HEATH.

1157. δίκαιος ὤν. Male Marklandus [ad Suppl. 185.] interpretatur *quemadmodum debes*. Neque omnino unquam illa hujus vocabuli potestas est: sed significat *idoneum esse*. Id vero alienum ab hoc loco est. *Quum sis justus*, inquit, *perge posthac pius esse erga hospites*. HERMANN.

1160. Σθενέλου τυράννῳ παιδί. *Eurystheo*, scilicet. Hæc autem est genealogia Eurysthei: ex Jove et Danaë Perseus; ex Perseo et Andromeda Sthenelus, ex Sthenelo et Archippe, vel ut Apollodorus vocat, Nicippe, Eurystheus. Vide Apollod. Bibl. II. 4, 5. BARNES.

1164. De tetrarchiis Thessalicis videndi Harpocratio et Suidas in voce. MUSGR.

1165. χορῆς ἐπ' ἐσθλαῖς κ. τ. λ. De hac consuetudine confert Monkius Demosth. contra Midiam, p. 530, 22. Aristoph. Av. 1230. Eq. 1320.

1168. Similem constructionem notat Monkius in Orest. 1576. ἀρνεῖ κατακτὰς, κἀφ' ὕβρει λέγεις τάδε.

1169. πολλαὶ κ. τ. λ. Eadem est fere conclusio Helenæ, Baccharum, Andromachæ et Medææ. Barnes.

Totam hujus fabulæ historiam breviter tractat Erasmus in Adagio, *Admeti Nænia*, dicto. Buchananus Latino versu donavit hanc fabulam: extat inter illius opera. Historiam invenies apud Eustath. p. 326, 30. Huc refer Apollodori Biblioth. I. 9. *Palæphati* librum περὶ ἀπίστων, ubi in Cap. περὶ Ἀλκήστιδος totius fabulæ mentem aperit ac valde probabiliter exponit. Barnes.

FINIS NOTARUM IN ALCESTIN.

NOTÆ

IN

ANDROMACHAM.

NOTÆ IN ANDROMACHAM.

1. σχῆμα. *Decus.* Aristides: αἵτινες ἀντὶ τοῦ κοινοῦ σχήματός εἰσι τοῖς ἐν τῷ γένει, II. 314. Idem: οὐδὲ τυχεῖν τοῦ νῦν σχήματος, οὐδὲ σεμνύνεσθαι, III. 52. Idem: πρότερον μὲν τὰ Ἱερὰ κοσμήσαντες αὐτῆς, νυνὶ δὲ τὸ πᾶν σχῆμα σώσαντες, II. 295. Vide etiam, an huc pertineat II. 312. et 336. CANTER. Sic in fragmento Licymnii apud Stephanum Byzant. v. Τευθρανία· Τευθρανία δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός. Passim hoc sensu occurrit compositum πρόσχημα, rarius σχῆμα. *Fastum* quidem, sive *majestatem,* indicare videtur Soph. Antig. 1183. Nostri Hecub. 614. ubi vide citata. MUSGR. Eodem modo D. Paulus 1 Corinth. XVII. 31. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. De Thebe hac vide Hom. Il. A. 366. Z. 397. BARNES. Ceterum eadem est Compellationis forma, cui nulla est in sequentibus relatio, in Alcest. 1. de qua vide ad Elect. 1.

6. δυστυχεστέρα Ed. Lasc. Nec aliter legisse videtur Scholiastes. Sed melior est Valckenærii emendatio, quam dedit Matthiæ, proximo versu deleto.

10. ῥιφθέντα. Sic bene Aldus. Lasc. et R. membr. ῥιφέντα. Aoristos priores passivos alteris prætulisse Tragicos veteres docet Valck. ad Phœn. 479. Neque tamen, ubicunque occurrit aor. 2. mutari debet sine cod. auctoritate. In v. 583. ἀπηλλάγης agnoscunt omnes libri. Sumtum hoc ex Hom. Il. Ω. 734. ἤ τις Ἀχαιῶν Ῥίψει, χειρὸς ἑλὼν, ἀπὸ πύργου. BRUNCK. Vide ad Phœn. 752.

14. νησιώτῃ. In contemtu a Græcis habiti sunt insulares homines: vide D'Orvill. ad Chariton. p. 558. MUSGR. In Νεοπτολέμῳ fit duarum primarum syllabarum synizesis. HEATH. Vide Porson. Præf. ad Hec. Supplement. p. 20.

17. Σύγχορτα ναίω πεδία. Χόρτος propric *fœnum, gramen, herba;* ac per translationem aliquando *cibus.* De hac voce autem Σύγχορτος, præter ea, quæ Scholiastes de urbium fini-

bus gramine designatis habet, vide quæ nos ad Herc. F. 368. [σύγχορτοί θ' Ὁμόλας ἔναυλοι.] Ita Hesychius in voce Χόρτος· ὁ συνήθης, καὶ ὁ περίβολος τῆς Αὐλῆς, ὡς τὸ—Αὐλῆς ἐν Χόρτῳ. [Hom. Il. Λ. 773.] Οἱ δὲ εὐρυχωρίαν. Δηλοῖ δὲ καὶ χώραν, καὶ χόρτασμα, καὶ τὸν ὅρον τὸν ἐκ δύο γαιῶν, ὡς ἐν τῷ—Σύγχορτα ναίω πεδία. Hunc locum ita fere emendavit Isaac. Casaubon. in Strab. p. 164. BARNES. Æsch. Suppl. 6. χθονὰ σύγχορτον Συρίᾳ.

20. De Thetideo vide Schol. Pindari in Nem. IV. Stroph. 3. MUSGR.

25. Etiam Brunck. e membr. reg. dedit Πλαθεῖσ'—et ad Hec. 873. docet, primam ejus verbi syllabam produci, nec dixisse veteres πλασθῆναι. BECK.

27. Non magni facienda videtur Piersoni conjectura προὔσηνε. Nam dubitari potest, an προσαίνω Græcum sit; προσσαίνω agnoscit Græcitas. Nec magis παρῆγε probandum. Retinenda vulgata lectio, quæ bene se habet. προσάγω est verbum neutrum, μ' potest esse pro μοι, licet κειμένην præcedat. Eodem modo Dativus et Accus. conjunguntur Soph. Electr. 479. et 959. vide Musgr. ad Med. 58. Sed nec necesse est, ut μ' pro μοι accipiatur. Licet enim προσάγω fere cum tertio casu constructum reperiatur, apud prosæ scriptores saltem; bene illud Euripides cum quarto construxit, Tragicorum more, ellipsi præpositionis verbo jam adhærentis, προσῆγε πρός με· ut προσπεσεῖν γόνυ, vv. 165. 528. BRUNCK.

44. ἦν. Hac particula, cum subjunctivo posita, sæpe significat *ut*. Matt. Gr. Gr. §. 526. Ceterum de constructione vide ad Phœn. 600.

45. Νιν pro αὐτὸ, i. e. Θετίδειον, ἢ Θέτιδος ἀνάκτορον· Non, ut Scaliger, pro αὐτὴν, i. e. Θέτιν. Vid. Scholiasten ad v. 46. BARNES.

50. παιδί τ' οὐδὲν ἔστ'. *Puero nihil prodest.* Ita sæpe usurpantur οὐδὲν et μηδέν. Cf. infra 134. 632. 1054. Orest. 707. Phœn. 403. Rhes. 815. Troad. 416. Similiter occurrit οὐδένες in plurali, infra v. 691. Iph. A. 360. Soph. Aj. 1114. In Nostri Ion. 596. ὁ μηδὲν ὢν κἀξ οὐδένων κεκλήσομαι. Vide Matt. Gr. Gr. §. 437. Obs. 1.

62. οἴκτῳ τῷ σῷ. *Miseratione tui*; i. e. *propter te.* Vide Matt. Gr. Gr. §. 466. 2. De voce οἶκτος vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Choeph. 405.

63. φυλακτέα. De his verbalibus omnino consulendus est Matt. Gr. Gr. §. 447.

65. Τῇ πρόσθ' ἀνάσσῃ τῇδε. Δεικτικῶς pro ἐμοί. Vide Alcest. 343. et Scholiasten ad hunc locum. BARNES.

73. φροῦδος, scil. ἐστι, *Abiit:* ut in Hec. 158. Vide Matt. Gr. Gr. §. 305.

75. γῦπες. In hac voce inest non modo crudelitatis, sed et ignaviæ, significatio. Q. Calaber Lib. III. ὑπέτρεσαν, οὐδ' ἔτι μίμνον Οὐτιδανοῖς γύπεσσιν ἐοικότες, οὓς τε φοβήσει Αἰετὸς οἰωνῶν προφερέστατος. MUSGR. De voce κεκλημένος vide ad Phœn. 576.

80. γέρων γ' ἐκεῖνος, ὥστε κ. τ. λ. *Senior est, quam ut te juvare possit.* Positivus gradus loco comparativi. Eadem est constructio in Phœn. 1357. Sic et Xen. Cyr. IV. 5. 15. ὀλίγοι ἐσμὲν, ὥστε ἐγκρατεῖς εἶναι. Mem. III. 13. 3. ψυχρὸν, ὥστε λούσασθαι. Plura congessit Wyttenbacchius in Bibl. Crit. III. 2. p. 65. Sed et omittitur ὥστε. Herod. VI. 109. ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατίῃ τῇ Μήδων συμβαλέειν. Xenoph. Œcon. 16. 10. σκληρὰ ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει. Vide Matt. Gr. Gr. §. 448. b. Contra mutatur Positivus in comparativum, Alcest. 976.

81. Οὐκ ἅπαξ μόνον. Similis forma apud Latinos, *Non semel,* pro *sæpe.* BARNES.

82. Heath. vertit: *An mandata non curasse tibi videtur nuntiorum aliquis?* BECK.

85. Attius in Ægistho: *melius, quam viri, Callent mulieres.* Cf. Donat. ad Terent. Hec. II. 1. 17. et Valck. ad Eurip. Hipp. 636. BECK.

98. Στεῤῥόν τε τὸν ἐμὸν Δαίμονα. Malum suum Genium notat. Nam veteres, ut singulis Genium bonum assignabant, ita et Malum alterum, qui, ubi Bonum vicerit, infortunatum suum pupillum reddidit. De Bono Genio vide quæ nos ad Supplic. 592. et Ion. 1144. Huc refer Petri Danielis Huetii Alnet. Quæst. L. II. c. 4. §. 3. BARNES. Ceterum vide ad Hippol. 803.

100. Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον. Ita Troad. 513. τῶν δ' εὐδαιμόνων Μηδένα νομίζετ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ. Idem fere Euripides in Cressis: Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρὶν Θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφήμεραι τύχαι. Vid. Aristot. Ethic. I. 12. ubi hic locus expenditur; et initium Sophoclis Trachiniarum. Et finem Œdipi Tyranni. Et illud Theognidis: Μήτε κακοῖσι νοσῶν λυποῦ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσι Τερφθῇς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν. Vide Erasmum in Adagio: *Finem vitæ specta.* Notum illud Solonis ad Crœsum: Πρὸ τελευτῆς μηδένα δεῖ μακαρίζειν. Ovid. Met. III. 135. *Scilicet ultima semper Exspectanda dies homini; dicique beatus Ante obitum nemo, supremaque funera debet.* BARNES. Ausonii Lud. VII. Sapient. *Spectandum dico terminum vitæ prius:*

Tum judicandum si manet felicitas. Plura videas ad Iph. A. 159.

103. αἰπεινᾶ. Epitheton Homericum. Il. N. 773. Ἴλιος αἰπεινή. De Helena autem ita Poeta vetus, apud Cicer. Divin. I. 50. *Eheu videte: judicavit inclytum Judicium inter deas tres aliquis: Quo judicio Lacedæmonia mulier,* Furiarum una, *adveniet.*

106. Εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης. Numerus certus pro incerto; Homerus enim mille, centum, octoginta sex naves Græcorum statuit, Plutarchus mille ducentas, Scholiast. 1170. alii aliter. At Poëtæ fere de millenario numero consentiunt; ita Euripides alias, Rhes. 258. Ὃς ἐπὶ Τροίαν τὰν χιλιόναυν ἦλυθ' ἔχων στρατείαν. Vide Electr. 2. Lycophron: Ὁ χιλίαρχος τοῦ πολυῤῥαίστου στρατοῦ. Virgil. Æn. L. II. *Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles; Non anni domuere decem, non* mille *carinæ.* Ovid. L. XIII. *conjuratæque sequuntur* Mille *rates.* Propertius: *Et Danaum Euboico littore* mille *rates.* Denique Seneca in Agamemnone: *Rex ille regum, ductor Agamemnon Ducum, Cujus secutæ* mille *vexillum rates.* Unde Æschyl. Agamemnone, v. 45. Στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν. BARNES.

107. περὶ τείχη κ. τ. λ. *Circa murum.* Recte quidem hic observat Scholiastes, Euripidem præter historiam dicere, Hectorem raptatum circa mœnia; nam nihil tale Homerus memorat, sed a mœnibus ad naves tractum ait. Nec tamen ter circa Patrocli pyram; ut Scholiastes vult. Quare Virgilius etiam lapsus est, ubi canit Æn. I. 483. *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.* Error autem hinc ortus; quod toties Hector dicatur ab Homero vivus Achillem fugisse circum Trojæ mœnia. BARNES. Cf. Hom. Il. X. 165.

110. ἀμφιβαλοῦσα κάρα, i. e. βαλοῦσα ἀμφὶ κάρα. Sæpius tamen ἀμφιβάλλειν cum dativo construitur. Nec aliter de verbo προσπεσεῖν statuendum, quod tamen accusativo gaudet infra v. 165. Vide Matt. Gr. Gr. §. 425. et ad v. 27. supra.

113. φέγγος ὁρᾶσθαι. Vide ad Alcest. 18.

121. MSS. tres Ed. Lasc. et Scholiastes τεμεῖν, quod verum videtur. Æschyl. Agam. 17. ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος· vide ibi Stanleium. Noster Alcest. 987. φάρμακα πολυπόνοις ἀντιτεμὼν βροτοῖσι. MUSGR. Vulgo εὑρεῖν, quod e Scholiaste natum videtur, qui ita explicat: τεμεῖν· ἀπὸ τῶν ῥιζοτομούντων ἡ μεταφορά· τεμεῖν οὖν ἀντὶ τοῦ εὕρεσθαι. Nec aliter Schol. ad Pind. Pyth. IV. 393. Ceterum ita Stanleius ad Æsch. loc. cit. "ἀντίτομον φάρμακον est id remedium quod se-

catur et paratur, ac præbetur alicui adversus morbi dolores et vim." Exemplis supra citatis addit V. D. Æsch. Choeph. 537. ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων. Addas etiam Suppl. 803. Τίν' ἀμφ' αὐτᾶς ἔτι πόρον τέμω γάμου καὶ λυτήρια. Sic et Lucian. in D. D. de Æsculapio: σὺ δὲ ῥιζοτόμος εἶ, καὶ ἀγύρτης. Vide etiam Rhunken. ad Hom. Hym. in Cerer. 229.

122. ἔριδι συνεκλῄσαν. Homericum est eodem sensu ἔριδι ξυνέηκε, Iliad. A. 8. Musgr. Nec aliter Hom. Il. X. 129. ἔριδι ξυνελαύνεμεν.

125. ἐοῦσαν. Referendum videtur ad Ἑρμιόναν.

130. ποντίας θεοῦ, i. e. Θέτιδος. ὁ θεὸς et aliquando ἡ θεὸς, ut hic et alibi. Suppl. 1219. Pausan. in Atticis: φρέαρ τε καλούμενον καλλίχορον· ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Sic Virgil. de Venere loquens Æn. II. 632. *Descendo ducente deo.* Vide interpretes. Nec enim pluribus hic locus. Barnes.

131. ἀεικέλιον. Metrum pessumdat. Recte igitur Gaisfordius αἰκέλιον edidit, præeunte Porsono ad Dawes. M. C. p. 552. ed. Kidd. Similem correctionem ipse Dawesius adhibuit in Æsch. Prom. 467. πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ubi vulgo ἀεικές.

132. Δεσποτῶν ἀνάγκαις jungendum cum ἀτυζομένα, *tibi lugenti ob violentias et tribulationes heriles.* Reisk.

134. οὐδὲν οὖσα. Vide supra ad v. 50. De locutionibus, quales μόχθον μοχθεῖς, et similes, vide ad Phœn. 67. et alibi.

136. γνῶθι δ' οὖσα. Vide ad Hippol. 303.

147. Ante hunc versum deesse videntur complura; Chori saltem ῥῆσις, cui Hermione se respondere testatur infra v. 154. ὑμᾶς μὲν οὖν τοιοῖσδ' ἀμείβομαι λόγοις. Musgr. Porro Chorus non nunciat Hermiones adventum; id quod repugnat consuetudini theatri tragici. Deinde prima Hermiones verba magis referunt medium quendam sermonem, quam ejus initium. Beck.

148. Hes. Στολμὸν χρωτός· στολισμὸν σώματος. Beck.

153. Πολλοῖς σὺν ἕδνοις. Vid. infra vv. 854, 5. Barnes. ἐλευθεροστομεῖν. *Libera verba loqui*, ut dixit Propert. El. I. 9. 2. Verbum occurrit in Æsch. Prom. 187. Similiter Soph. Œd. T. 706. ἐπεὶ Τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.

158. ἀκύμων. Hes. interpretatur: στεῖρα, ἄτεκνος, ἄτοκος, μὴ γεννῶσα, μὴ ἔχουσα κύημα. Phrynich. App. Soph. MS. ap. Valck. ad Phœniss. p. 81. Ἀκύμων θάλασσα. Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾷν τέθεικε. Beck.

159. Ἠπειρῶτις. *Asiatica*, et sic infra v. 643. Ἠπειρώτας pro Asianis Isocrates in Panegyrico bis. Aristides, Tom. I. p. 271. προσειπὸν Ἀσίαν, προσηγόρευον δὲ καὶ Ἤπειρον διαφερόντως

τῶν τριῶν. Hinc Molossia Epirus vocata, quod ibi Helenus et Andromache Asia oriundi regnabant. MUSGR. ἤπειρος dicitur quævis terra continens ab altera interjecto freto separata. Hinc Epirus proprie dicitur respectu Italiæ, sed respectu Græciæ ἤπειρος est Asia. REISK.

166. σαίρειν τε δῶμα. Cf. Hec. 360.

167. Ponitur *Achelous* pro aqua cujuslibet fluvii: vide Bacch. 581. Athen. Deipnos. p. 427. Cf. Macrob. Saturn. V. 18. MUSGR. De δρόσῳ simpliciter pro *aqua* posita, vide ad Hippol. 126.

168. ἵν' εἶ γῆς. Vide quæ dicemus ad Bacch. 479. MUSGR. Vide etiam ad Alcest. 112. τάδε simili modo usurpatur in Troad. 99. οὐκέτι Τροία Τάδε, καὶ βασιλεῖς ἐσμὲν Τροίας. Cyclop. 63. οὐ τάδε Βρόμιος. 204. οὐχὶ Διόνυσος τάδε. Ita et Thucyd. VI. 77. οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι αὐτοῖς ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν, οὐδ' Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται, ἀλλὰ Δωριεῖς.

169. χρυσός. Amare Andromachen illudit, opulentiam Trojæ adhuc superstitis commemorans. De ea Noster Troad. 989. Φρυγῶν πόλιν Χρυσῷ ῥέουσαν. Paris Helenæ in Epistola Ovidiana, v. 185. *O quoties dices, quam pauper Achaïa nostra est? Una domus quævis urbis habebit opes.* Dicitur autem χρυσὸς simpliciter, pro χρυσοῦ περιουσία, ut Plutarcho Vit. p. 1867. χρυσὸν καὶ τρυφὴν καὶ γυναῖκας. Barnesius legendum putabat Χρύση, *urbs Chrysa:* vel quia hæc, quæ disseruimus, non cogitabat, vel quia nomen urbis ante Ἑλλὰς πόλις desiderari existimabat. Sed si oppositio inter χρυσὸς et Ἑλλὰς πόλις parum recte instituitur, nonne idem vitium est in Ἕκτωρ, et Πρίαμος, quæ nomina virorum esse, non urbium, neminem latet? MUSGR.

174—176. Persarum mores hæc respiciunt, quibus amant Poëtæ Attici infamiæ notam inurere: vide Æschyl. Eumen. 186—190. MUSGR. Scholiast. recte: ταῦτα Περσικὰ ἤθη. De his enim Catullus: *Nascatur magus ex Gelli Matrisque nefando Conjugio, et discat Persicum haruspicium. Nam magus ex matre et gnato gignatur oportet, Si vera est Persarum impia relligio*, etc. Est autem malignitati Hermionæ congruum, ut, quod *Persis* tantum, idque non omnibus, sed *Magis* duntaxat, competit, id *Asiaticis* omnibus, et proinde *Trojanis*, indiscriminatim tribuat. BARNES.

177. Porsono melior videtur Stobæi lectio (p. 321. Grot.) οὐδὲν γὰρ καλόν. Advers. p. 223.

180. στέργουσιν, ὅστις κ. τ. λ. Enallage numeri, ut sit ὅστις pro οἵτινες, vel ὅστις αὐτῶν. BARNES. Vide ad Hec. 357. Hippol. 78.

184. τὸ νέον. Pro ἡ νεότης, et τὸ μὴ δίκαιον pro ἡ ἀδικία ponitur. Sic Iph. T. 380. τὸ φαῦλον pro ἡ φαυλότης. Vid. Ion. 547. Sic τὸ ξενικὸν pro οἱ ξένοι: sic et Latinis dicitur *Romanum nomen*, pro *Romani*. BARNES. Vide etiam ad Orest. 1099.

186. τὸ δουλεύειν. Pro ἡ δουλοσύνη, notissimo Græcismo. Vide Matt. Gr. Gr. §. 539.

189. πνέοντες μέγαλα. Simile est φρονοῦντες μέγα, de quo vide ad Orest. 796.

192. Vox ἐχέγγυος proprie denotat *eum cui possis sponsori credere*: adeoque est *fide dignus*. Hesych. ἐχέγγυος· ἀσφαλὴς ἐγγυητὴς, ἀξιοπίστος, βέβαιος. Phœn. 759. δόσιν ἐχέγγυον. Hinc τῷ ἐχεγγύῳ λόγῳ πεισθεῖσα est *qua firma ratione adductus*.

195. Pro Τύχῃ θ' ὑπερθεῖ V. D. in Obss. Misc. Vol. I. T. II. p. 151. reponit Τύχη θ' ὑπάρχει—hoc sensu: Quibus adeo freta rationibus tale facinus susciperem? *Anne quod vestra tum civitas, tum fortuna, Trojanorum civitati et fortunæ cedant?* Sed Batavus editor in nota subjecta opposuit hæc: Non debent minus usitata commutari in vulgata. Nihil vero magis obvium, quam ὑπάρχει, at ὑπερθεῖ rarum: agnoscunt tamen Suidas, et Hesychius, qui huc forte respiciens, habet hæc: Ὑπερθεῖ· ὑπερέχει, ὑπερτρέχει, ἤγουν θέει· ὑπερθεῖν autem per metaphoram significat ὑπερέχειν, διαφέρειν, νικᾷν, κρατεῖν, et ita Plato Legg. I. p. 648. ὑπερθῶν et κρατῶν conjungit. Etiam Schol. vulgatam lectionem explicat, sed paullo coactior est ejus interpretatio. Possemus rectius in τύχη intelligere ἡ ἐμὴ, et interpretari: *Quia Lacedæmon minor urbs est Ilio, et fortuna mea superior sit, et me liberam vides.* BECK.

200. ἐφολκίδα. Vox proprie significat *navem parvam navis puppi majoris adjunctam.* Dicitur et τὸ ἐφόλκιον· ἀπὸ τοῦ ἐφέλκεσθαι τῇ νηΐ. Vide Dammii Lex. Hom. in voce; et Scholiasten in h. l. Hinc *quamvis appendicem* denotat. Hesych: ἐφολκίδα· ἐπαχθείαν.

203. A præcedentibus separandum putavi Ἕκτορός τ' ἄπο, ut constructio sit, Ἕκτορός τ' ἄπο ἀμαυρὰ ἦν: sensus autem; *Et propter Hectorem et ipsa per me ignobilis eram.* Quæ, ut reliqua in hac periodo, ironice dicuntur. MUSGR. Parum refert.

206. εἰ ponitur pro ὅτι, διότι, ἐπεὶ, ut Orest. 278. adeas Hoogev. Doctr. Part. p. 329. BECK.

209. κνίζειν est sollicitudine et quovis ingrato affectu afficere: vide Reines. V. L. p. 417. Wessel. ad Herod. p. 513. BECK.

210. Τὴν δὲ Σκῦρον. Neoptolemi patriam. BARNES.

211. στέργειν. *Patienter ferre.* Phœn. 1685.

215. Εἰ δ' ἀμφὶ Θρῄκην. De moribus Thracum vide Herodotum in quinto, Strabonem in septimo, Pomponium Melam in secundo libro. Tradunt autem hi auctores, Thracas ducere solitos ternas, quaternas, undecim, duodecim uxores, vel etiam plures, si pluribus alendis sufficiant. STIBLINUS. De hac Thracum consuetudine locus insignis est Menandri apud Strabonem Lib. I. p. 297. Ed. Paris. [Πάντες μὲν οἱ Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται Ἡμεῖς ἁπάντων, καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι Ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος, οὐ σφόδρ' ἐγκρατεῖς Ἐσμέν·—Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ δέκ' ἢ Ἕνδεκα γυναῖκας, δώδεκ' ἢ πλείους τινάς. Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ Καταστροφῆς τις, ἀνυμέναιος, ἄθλιος, Ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.] MUSGR. τὴν χιονώδη Θρῄκην est in Hec. 77.

220. Lege, χεῖρον in neutro, et adverbialiter: *quamvis hoc morbo*, Zelotypia, *gravius nos fœminæ, quam viri, laboremus.* REISK. [Nil opus.] Hunc locum Nonnus ante oculos habuisse videri potest Dionys. LXIII. 15. Πᾶσα γυνὴ ποθέει πλέον ἀνέρος, αἰδομένη δὲ Κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτή, Καὶ μογέει πολὺ μᾶλλον κ. τ. λ. Habemus vero et hoc in loco ut in plurimis aliis Euripidem μισογύνην, qualem, præter alios, Hermesianax fuisse scripsit in notissima Elegia v. 61. Φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα Καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ συνόχων Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. JACOBS.

221. προὔστημεν. *Administramus.* Diod. Sic. p. 106, 79. οὕτω προεστηκότι τῆς τυραννίδος. Plutarch. Vit. p. 1584. οὐ καλῶς προΐστασθαι τῆς ὥρας. Vel *opitulamur.* Soph. Ajac. 819. προστήτ' ἀναγκαίας τύχης. Aristides: τῆς Ῥητορικῆς προϊστάμενοι. III. 96. C. Synesius Ep. 51. τὴν πρᾶξιν, ἧς προστῆναι δεῖ. et Ep. 67. ἤδη χειρὶ βιαίᾳ προστῆναι τοῦ πανουργήματος. MUSGR.

225. Mavult Porsonus ὕπεσχον, conferens Ion. 1371. Sed nihil opus. Cf. ipso monente, Ion. 1493.

229. φιλανδρίᾳ. Scaliger dicit, Ironiam esse pro μισανδρίᾳ, quod nec Scholiasten præterit. Ita sane, si sumas pro *amore conjugali;* sed φιλανδρία etiam in malam partem sumitur pro μοιχεία, *amore virorum* in genere. Ita Plato in Sympos. φίλανδρος γυνὴ καὶ μοιχεύτρια. BARNES. Hermogenes de Invent. p. 123. ed. Ald. Ὁ Σοφοκλῆς δὲ Φίλανδρον που τὴν Ἀταλάντην εἶπε διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι σὺν ἀνδράσιν εἶναι· nostro loco citato.

234. τί σεμνομυθεῖς; Hippol. 490.

237. Longe aliter hic versus legitur ap. Schol. Arist. Ran. 105. Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν, ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω. HEATH. Cf. Hardion. T. IX. p. 43. At videtur hæc non esse diversa hujus versus lectio, sed potius versus alius poëtæ, vel proverbium hinc factum. Nam Suidas T. II. p. 159. Port. sic: Μὴ τὸν

ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν. παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ Εὐριπίδου. ἢ οὕτω· μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω. BECK.

242. οὐ καλά. In priore parte versus subaudiendum videtur καλὰ, quasi esset καλῶς γε χρωμέναισιν, καλά. MUSGR.

254. Εἰ μὲν θανοῦμαί γ'· Ita Reg. membr. Sensus ex hac lectione oritur optimus: *quoad vixero, hinc non egrediar: me vivam hinc non abduces: si prius me interfeceris, hinc me extrahas: dum vita manebit, non deseram hoc asylum.* Ex vulgata lectione εἰ μὴ θανοῦμαί γ', nullus bonus sensus exsculpi potest; nam si dixisset Andromache: *Obstringe mihi fidem tuam, me egressam nihil mali passuram, salvam mihi vitam futuram:* respondere debuerat perfida Lacæna: *atqui hoc tibi spondeo,* et per deos conceptis verbis jurasset. Sed Hermiones responsum, *quoniam tibi sic sedet animo, jam illico te ulciscar, non exspectato mariti mei reditu,* satis declarat, Trojanam pellicem professam esse, nullo se pacto egredi velle. BRUNCK.

255. ἄραρε. Dorica forma Tragicis usitata. Vide ad Orest. 1315.

257. Πῦρ σοι προσοίσω. Præter Scholiasten vide Turnebi Advers. IX. 12. et quæ nos ad Herc. F. 241. de igni admoto iis, qui ad aras fugissent, etc. Ita Plautus in Rudenti, ubi puellas, ad Veneris aram sedentes, Labrax leno abstrahere nequit, ait: *Volcanum adducam: is Veneris est adversarius.* Idem in Mostellaria, ubi Theuropedes ad servum Tranium aram occupantem: *Jam jubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.* BARNES.

260. αἱμάτου, i. e. *cruenta, vel sanguine pollue:* (Imperat. præs. Act. verbi αἱματόω.) BARNES.

261. θρέμμα. *Id, quod nutritur; i. e. animal.* Sæpissime in malo sensu et convicii causa usurpatur. Æsch. Theb. 166. θρέμματ' οὐκ ἀνασχετά. Soph. Elect. 624. ὦ θρέμμ' ἀναιδές. Ceterum θράσος personam denotat. Vide ad Orest. 467. et alibi.

265. τὸ δ' ἔργον κ. τ. λ. Vide ad Phœn. 623. Consulas etiam Porson. ad v. 501.

267. Audiendus ad hunc versum Turnebus Advers. IX. 14. "Vitruvius: *ansis ferreis et plumbo frontes vinctæ sunt:* nam ad nexus firmitatem sæpenumero ferreos uncos plumbo illiquefacto ad perpetuitatem hæsuros tenaciter operibus et fabricis adjiciunt. De illo plumbo scripsit Euripides" quæ in contextu habes. MUSGR. Idem Turnebus Opp. T. II. p. 95, 1. Euripideum locum illustrat ex Plut. de Orac. Def. T. II. p. 426. B. ubi ἀγάλματα dicuntur προσηλοῦσθαι καὶ συντήκεσθαι ταῖς βάσεσιν. BECK.

274. ὑπῆρξεν. Anglicè, *He originated, He gave rise to*; quo sensu hoc verbum sæpissime cum genitivo construitur. Plato Menex. p. 280. τῆς εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις. Vide Matt. Gr. Gr. §. 351. 6.

277. τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων κ. τ. λ. Helen. 357. τριζύγοις θεαῖσι.

285. Ὀρειᾶν πιδάκων. Ita jam lego, sublato commate intermedio, et mutato accentu τῦ ὀρείαν, quod id verbum nullum hic locum habere poterat; ὀρειᾶν autem pro ὀρειῶν esse optimum epithetum πιδάκων, i. e. *scaturiginum*, quæ in *Ida* monte abundabant: unde Homer. πολυπίδακος Ἴδης. In hoc autem monte (quantumvis Strabo dicat Antandrum montem; et is tamen Idæ conterminus:) Paris deas judicabat. De qua re passim Poëtæ, et præsertim Coluthus in libro de Raptu Helenæ a v. 100. ad v. 189. Johannes Miltonus ὄρειον legebat: tum, commate manente, ad νάπος refertur. BARNES.

288. λόγοι δύσφρονες sunt *convicia, quibus se invicem lacessebant*. Confer v. 484. MUSGR.

289. παραβαλλόμεναι. Interpretor *rixantes* ex Apollon. Rhod. Lib. II. ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ὅ γ' ἔτι παραβλάδην ἐρίδηνεν. Confer et Hom. Iliad. Δ. 6. MUSGR.

290. εἷλε. Interpretor: *vicit*; sc. Deas. Sic Aristides ex Eupolide T. II. p. 129. ᾕρει τῦς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις. Eupolis apud Schol. in Arist. Acharn. 529. ᾕρει λέγων τῦς Ῥήτορας. MUSGR.

292. Verbum desiderari quo regatur πικρὰν σύγχυσιν animadvertit Musgravius, qui legit τέρψεις μὲν ἄγουσα. Quod nimis a vulgatæ scripturæ literis recedit, quam ut pro vera Euripidis manu haberi possit. Ipsa autem verba τέρπνοις μὲν ἀκῦσαι ea sunt, quæ vix in suspicionem vocare ausim. Med. 320. λέγεις ἀκῦσαι μάλθακα. Mihi scribendum videtur: πικρὰν δὲ σύγχυσιν βίῳ Φρυγῶν πόλει Ταλαίνᾳ ΠΟΡΣΥΝΟΥΣΙ Τροίᾳ. Scholiastes: πικρὰν δὲ βίῳ σύγχυσιν τῇ Τροίᾳ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΟΥΣΑ. (Lege, κατασκευάζουσι.) h. e. πορσύνουσι. v. 787. πορσύνεται· κατασκευάζεται. v. 353. ῦ χρὴ 'πὶ μικρῷ μεγάλα πορσύνειν κακά. Æschylus in Persis 265. φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά. Scholiast. κατασκευάσθη κ̀ ἐγένετο. Soph. Œd. C. 340. αἱ δὲ σύννομοι Τἄξω βίῳ τροφεῖα πορσύνῦσ' ἀεί. Homer. Il. Γ. 411. πορσυνέουσα. Schol. παρασκευάσουσα. Vide Abresch. in Æschyl. L. II. p. 531. JACOBS.

294. εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλὰν κ. τ. λ. Docet Turnebus Adversar. XIX. 22. morem veterum fuisse februa et purgamenta, malorum averruncandorum causa, supra caput rejicere; neque ea omnino respicere, ne eorum adspectu inquinarentur: quod

Æschyli testimonio probat. Choëph. 96. καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας, πάλιν Δίκησα τεῦχος, ἀστρόφοισιν ὄμμασιν. Vide etiam Virgilii Interpretes ad illud Ecl. VIII. 101. *Fer cineres, Amarylli, foras; rivoque fluenti, Transque caput jace; ne respexeris.* Huc referatur illud et Theocriti in Heraclisco v. 91. Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν, ὑπὲρ ποταμοῖο φέρεσα, Ῥωγάδας ἐς πέτρας, ὑπὲρ ὅριον· ἂψ δὲ νέεσθαι Ἄστρεπτος. Barnes. Musgr.

297. θεσπεσίῳ δάφνᾳ. Meminit laurus, quæ in Priami regia erat, Virgil. Æneid. II. 512. *Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe, Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus Incumbens aræ, atque umbra complexa Penates.* Potest tamen et laurum respicere, quæ juxta Apollinis templum erat. Q. Calaber Lib. XX. ἀπαυαίνοντο δὲ δάφναι Πὰρ νηὸν Φοίβοιο, πάρος θαλεραί περ ἐοῦσαι. Musgr. Vide etiam infra v. 1092.

310. ἥκω λαβών. Vide ad Hec. 1.

312. Reisk. vertit: *Sperabas, tibi quidem præsidium salutis fore Thetidis aram, filio autem illos, qui eum occultum tenebant.* Beck.

320. δόξα, auctore Valckenærio, est *gloria inanis*, opposita ἀληθείᾳ, ut δοκεῖν et εἶναι in Philosophis. Beck.

327. ἀντίπαιδος. Glossographus in MSS. B. D. νεωτέρας, παιδικὴν ἡλικίαν ἐχούσης. Musgr. An legendum ἀρτίπαιδος.

331. ἔξωθέν εἰσι κ. τ. λ. Vide ad Hipp. 953.

333. πλὴν εἰ κ. τ. λ. Hic versus suspectus est Brunckio, qui, eo deleto, veriorem pulchrioremque censet esse sententiam. Igitur uncinis inclusit. Beck.

335. Pro τῇ scribe δή. *finge me interfici a tua filia.* Frequens est usus particulæ δή in talibus sermonibus hypotheticis, ubi quid fingitur tantisper non concedendum. Reisk. Vide ad Med. 390. Porro de constructione consulas Markland. ad Suppl. 249.

337. ἀγωνιεῖ. Futur. 1. Med. ab ἀγωνίζομαι, ἀγωνίσομαι, Dor. ἀγωνιῦμαι. Barnes. Vulgatum τόνδ' ἀγ. φ. Heath. reddit: *Tu reus eris cædis hujus.* Beck. ἀγωνίζεσθαι φόνον est *incurrere in periculum suspicionis et infamiæ perpetratæ cædis.* Reisk.

347. ψεύσεται. Potest passive accipi, ut omnia futura Med. Reisk. Vide ad Hippol. 1450. Ceterum adeas etiam Porsonum de quinta Senarii sede, in Præf. ad Hec. p. 36. Supplem.

348. ἀναιδρον. Vox eadem sensu plane diverso paulo supra v. 342.

349. πολιόν. Attice masculinum pro fœminino. Quum vero hoc σχῆμα paulo frequentius occurrat, accuratius hic loci distinguendum ex Sophoclis Scholiaste ad Electr. 314. Θυραῖον οἰχνεῖν. Ἀντὶ τοῦ θυραίαν διατρίβειν. Θυραῖος ἀντὶ τοῦ θυραία, καὶ ῥαγδαῖος ἀντὶ τοῦ ῥαγδαία, καὶ βίαιος ἀντὶ τοῦ βιαία, καὶ ὅσα εἰς ΟΣ ἀρσενικὰ ἀντὶ θηλυκῶν λέγεται εἰς Α ληγόντων, Ἀττικά ἐστι. Χρύσεος δὲ ἀντὶ τοῦ χρυσῆ, καὶ κλυτὸς ἀντὶ τοῦ κλυτὴ, καὶ ὅσα εἰς ΟΣ ἀρσενικὰ ἀντὶ θηλυκῶν λέγεται εἰς Η ληγόντων, ποιητικά. Vide Hecub. 146. et Alcest. 550. Barnes. Cf. Hec. 293. 587. Orest. 197. Iph. T. 614. 1169. et alibi.

352. ἢ παθεῖν. Subauditur μᾶλλον, ut Soph. Ajac. 986. Musgr. Homer. Iliad. A. 117. Βούλομαι ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Barnes.

357. Nihil hic variant codices, unde apparet, non ubique verum esse, quod statuit Barnes. ad Ion. 1004. *Substantiva* ὀξύτονα *in* υς *ultimam in recto et quarto casu semper producere.* ἰσχὺν tamen ultima longa in Soph. Ajac. 118. Brunck. Vide ad Hippol. 226.

359. δίκην ὑφέξομεν. Male Interpretes: *pœnam sustinebimus.* Vertendum erat: *in judicium veniemus.* Sic Orest. 1644. δίκην ὑπόσχες. Plato: ἐν τοῖς κωμήταις καὶ γείτοσιν ὑπεχέτωσαν ἑκόντες δίκας. p. 862. B. Ed. Ficin. vide et p. 913. F. Musgr.

362. ἡμεῖς μὲν οὖν τοιοίδε. Vide ad Hec. 506. Hipp. 389. Ad φρενὸς subaudiendum περί. Sed vide Matt. Gr. Gr. §. 320. 3.

366. ἐξετόξευσε. Hes. interpretatur ἐξέπεσε, prout hoc reddi debuit: *Et moderatio animi tui te destituit.* Metaphora sumta est a sagittatoribus, non qui *a scopo aberrant, sed qui omnes sagittas sagittando consumserunt.* Heath. Suidas: ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ τοξείᾳ ἀναλισκόντων τὰ βέλη. Arist. Plut. 34.

370. μεῖζον ἢ Τ. ἑλεῖν. Ridet Eubulus apud Athen. II. 63. D.

375. ἐκεῖνον. i. e. Neoptolemum.

377. φίλων. Huc refer Erasm. Adag. 1. *Amicorum omnia communia.* Barnes.

382. Legendum ἐκφεύξει censet Porsonus in Advers. p. 223.

384. ἀνάγκη. Vide ad Alcest. 430.

398. Ex Scholiastæ annotatione, licet non leviter circa initia vel corrupta, vel etiam interpolata, hoc saltem recte videor collegisse, cum versus 405. 6. ante vv. 400—404; hosque iterum ante vv. 398. 9. in suo exemplari invenisse, cum in editis et MSS. etiam omnibus sedes eorum intermutentur. Primo id ex ordine citandi verisimile est: postquam

enim, recitato, ut sit, in initio annotationis, τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν, in eo diutius commoratus esset, explicandum suscipit tum demum ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι. Deinde cum versus 400—404 explicationem summatim peregisset, hæc continuo adjungit: τὰ δὲ πλησίον ὄντα κακὰ ἐ δακρύω ϗ ἀναζητῶ· quæ quo referenda sint, vix opus est dicere. Postremo hæc ejus verba disertissima sunt ἀρχὴν δὲ ποιεῖται τἒ θρηνεῖν, τὸ, τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν. Hanc autem versuum collocationem, si vel Scholiastæ auctoritas abesset, sensus, credo, ipse, et ordo sententiæ satis commendarent. Neque enim verisimile est, Andromachen, quæ tantum quod a præteritorum malorum contemplatione sese revocavit, v. 399. ad ea mox regredi, atque ordine, uti quæque fere acciderant, recensere, v. 400. Neque postea, cum dubitare se dixisset, ad utrum potissimum mentem referret, præsentia sc. an præterita infortunia, de præteritis nihil dicere, præsentia duntaxat persequi. MUSGR. Ceterum legendum τί ταῦτα δύρομαι. Vide ad Hec. 726.

399. Lectio vulgata est proba, sed a nemine recte exposita. ἐξικμάζω proprie est *exsicco*; ut ἐκμάσσω. *Siccantur* enim, quæ *absterguntur*, aut *contrectantur*. Ut ἐκμάσσεσθαι ἴχνη in Theocr. Encom. Ptol. 121. *parentum vestigia abstergere* est, *vestigiis insistere*: ita hic τὰ ἐν ποσὶν ἐξικμάζειν κακὰ, *ad pedes posita*, i. e. *præsentia*, *mala exsiccare*, valet, *præsentia tractare*, *præsentibus insistere*, *considerare*, *commemorare*. Conjecturæ, quibus hoc verbum tentatur, non conveniunt sensui loci. Nam nec *scrutandi* notio, nec *investigandi*, rei præsenti, τοῖς ἐν ποσὶν, atque adeo manifestæ, convenit. BRUNCK.

407. ὄφθαλμος βίυ. *Oculus*, i. e. *Solamen*, *juvamen vitæ*. Eodem sensu usurpatur in Soph. Œd. T. 987.

408. E duobus MSS. κτανεῖν edidit Brunckius: et aoristum verbo μέλλειν subjungi mavult Porsonus. Sed vide Matt. Gr. Gr. §. 502.

413. Hesych. ἀπαρτῆσαι· χωρίσαι, διαντῆσαι. Simplex verbum adhibetur infra v. 795.

417. διὰ φιλημάτων ἰών. Vide ad Phœn. 479.

419. οἷ' ἔπραξα, *qualia passus fuerim*. HEATH. Vide ad Alcest. 820.

423. Hesych. θυραῖος· ὁ ἀλλότριος, ὁ ἐξωτικός.

434. εἰς ἐλευθέρους ὑβρίζειν. Vide ad Phœn. 620.

439. τὰς παθόντας ἀντιδρᾶν. Lex Talionis apud Antiquos maxime in usu erat: quam et Poetæ sæpe memorant. Æsch. Choeph. 307. Δράσαντι παθεῖν Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ. Agam.

1540. Μίμνει δὲ μίμνοντας ἐν χρόνῳ Διὸς, παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Pers. 818. Τοίγαρ κακῶς πράσσοντες ὀκ ἐλάσσονα Πάσχουσι. Soph. Œd. C. 953. Ἀνθ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾷν. Elect. 1026. Εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα, καὶ πράσσειν κακῶς. Pind. Nem. IV. 51. ἐπεὶ ῥέζοντά τε καὶ παθεῖν ἔοικε.

440. Elegans sane, nec tamen necessaria, est Reiskii conjectura: ὅδ' ἑλεῖν σ' ἡγεῖ δίκην. Cf. Herac. 936. Soph. Elect. 528.

441. οἴσομεν bonum videtur. Subintelligitur δίκην. *Quando hoc contigerit, quod volo, tunc feremus justitiam.* Te de medio sublato, libenter feremus, quæ necesse erit: liceat nobis tantummodo libidini nostræ satis facere, pœnam non curamus. Ne Græcum quidem est, si recte memini, εἴσομεν. REISK.

442. ὑπὸ πτερῶν. Duportus et Barnesius ὑπόπτερον, quod significare existimabant *tenellum, et sub alis forendum.* Contra docuit Piersonus (Verisim. p. 73.), ὑπόπτερος semper esse *alatus, qui alis subvehitur.* (at Hec. 1240. Hel. 618. etc.) Legit igitur ἀπὸ πτερῶν *ab alis*, quod verissimum. MUSGR. Recte; nisi melius fortasse Porsonus ἀπὸ πτερῶν σπασεῖς conjecerit in Advers. p. 223. Ceterum de voce νεοσσὸς videas ad Alcest. 416.

447. δόλια βουλευτήρια. Ἀντὶ τοῦ δόλιοι βουλευταὶ, Abstractum pro Concreto; sic Orest. 579. ὑγιὲς εὐναστήριον pro εὐνέτης. Videtur Poëta respicere ad Lacedæmoniorum crudelitatem insignem erga Platæenses, quos ad unum omnes interfecerunt, postquam se ultro dedidissent; de qua re videsis Thucydidem L. III. ad 5. ann. Belli Peloponnesiaci, Olympiad. 88. ann. 2. Hæc autem Fabula acta Olymp. 90. an. 1. Vide infra v. 725. BARNES.

449. Hesych. Ἑλικτά· στρεβλά, σκαμβά. BECK.

451. φονεῖς mavult Porsonus.

452. ὀκ αἰσχροκερδεῖς; Miretur hoc de Lacedæmoniis dici, qui non legerit Platon. Alcibiad. I. p. 442. A. et 1446. E. Ed. Ficin. MUSGR. Non hoc erat Euripidis in Lacedæmonios mendax improperium: ut enim Φαινομηρίδας αὐτῶν παρθένους et alii auctores δι' ἄλλων, (quod infra observamus ad v. 587.) ita quidem *avaritiam* et αἰσχροκέρδειαν alii quoque Laconibus exprobrarunt haud pauci. Ita Aristophanes in Pace; Κἀνέπειθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν. Οἱ δ', ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς, καὶ διειρωνόξενοι, κ. τ. λ. Ita Isocrates in Busiridis encomio: Εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν Λακεδαιμονίων Ἀργίαν καὶ Πλεονεξίαν, εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα. Et iis sane Oraculum monitum dedit: Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ,

ἄλλο δὲ οὐδέν. Ideo Lycophron Σπαρτιάτας αἱμύλους dixit, i. e. ψεύστας κ) δολίους. Vide supra ad v. 447. et Joh. Meursii Miscell. Lacon. III. 2. BARNES.

454. ὄλοισθ'. Exsecratur eos, qui aliud loquuntur, aliud in animo clausum gerunt. Ita Homerus Iliad. I. 312. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει. Et Sallustius: *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud lingua promtum habere: amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo, æstimare; magisque vultum, quam ingenium, bonum habere.* BARNES. Eadem de Lacedæmoniis tradit Herodot. IX. 54. ἐπιστάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων κ) ἄλλα λεγόντων.

459. γοργός. Non *terribilis*, sed *alacer*, quo sensu hoc vocabulum est in Anacr. Od. XXIX. 12. Arnald. Animadv. p. 24. BECK.

460. ἀθώπευτον· ἀκολάκευτον. HESYCH.

465. Conjugium unius cum una, quod hac Oda laudandum sibi sumit Poëta, solis Græcis in morem transiit. Universæ Barbaræ gentes aliquid sibi hac in parte indulgebant, sed aliæ plus, aliæ minus. Thraces, teste Herodoto et Strabone, plures uxores ducebant. Idem in usu erat Macedoniæ saltem Regibus. Plut. Vit. p. 730. Persæ, teste Strabone Lib. XV. multas et uxores et pellices habebant. Græcorum instituta nec plus una uxore, nec ullas pellices, concedebant: Athenæus Lib. XIII. in initio. Est igitur Ode tanquam comparatio morum Græcorum cum Barbaris, et horum præ illis vituperatio. Quod de Ægyptiorum nonnullis habet Lib. II. c. 92. Herodotus: γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες· ad totam gentem transferri vetat Diod. Sic. I. 80. MUSGR.

467. Legendum cum Porsono δυσμενεῖς δὲ λύπας.

469. ἀνδρὸς εὐνάν. Abundare videtur ἀνδρὸς, ut apud Aristoph. Av. 719. οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε, πρός τ' ἐμπορίαν, καὶ πρὸς βιότυ κτῆσιν, καὶ πρὸς γάμον ἀνδρός. vide et Orest. 548. MUSGR.

473. τεκτόνοιν δ' ὕμνυ συνεργάταιν. Julian: πεποιθὼς τῷ λόγῳ σεμνῶς ἡρμοσμένῳ· ἐργάτης γάρ ἐστι τύτων ἀγαθύς. Sic et Antipater Anthol. II. Steph. p. 91. ἀενάων ἐργατίδας σελίδων. MUSGR. Quod ad sensum vero hujus loci attinet, huc refer illud Hesiodi: Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, κ) τέκτονι τέκτων, Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, κ) ἀοιδὸς ἀοιδῷ. BARNES. Locum mire perturbatum optime emendavit Matthiæ.

482. διὰ πυρός. Citat hic Barnesius Electr. 1187. διὰ πυρὸς ἔμολον ἁ τάλαινα ματρὶ τᾷδ'. MUSGR. Locutio διὰ πυρὸς ἐλθεῖν significat *aliquem crudeliter tractare*. Plura ejusdem generis videas ad Phœn. 479. Aliter interpretandum est Hor. Od. II. 17. *incedis per ignes Suppositos cineri doloso*. Sed vide ad Elect. loc. cit. Ceterum Μενέλα genitivus est a Μενέλας, quæ forma occurrit etiam in Rhes. 254. Troad. 216. Cf. Etym. Mag. p. 552, 49.

483. κτείνει. *Necem molitur*. Ita et infra vv. 625. 794. Vide ad Alcest. 23.

487. σύγκρατον ζεῦγος. συγκεκρᾶσθαι est *arctissimis amoris et amicitiæ vinculis conjungi*. Xenophon: τοῖς ἡλικιώταις συνεκέκρατο, Cyropæd. Lib. I. vide etiam Polluc. V. 113. VIII. 151. MUSGR.

495. κεκλειμένα. Idem, quod κεκλεισμένα. Frequentius quidem hoc est, quam κεκλειμένη, neque tamen melius. REISK.

512. λιπεῖν ἐχθρούς. Huc refer illud: Οὐ χρὴ Λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν κ. τ. λ. Vide quæ nos ad Heraclid. 1001. BARNES.

523. Mihi videtur Tragicus exprimere voluisse hæc Homeri in Il. Π. 2. Πάτροκλος δ' Ἀχιλῆϊ παρίστατο, ποιμένι λαῶν, Δάκρυα θερμὰ χέων, ὥστε κρήνη μελάνυδρος, Ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. Unde apparet ἀνήλιον apud Nostrum non esse πολυήλιον, ut Scholiastes interpretatus est, sed δνοφερὸν, *nigrum*. Cf. etiam supra v. 116. Τάκομαι ὡς πέτρινα πιδακόεσσα λιβάς. Similis locus est in Suppl. 78. Ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων Πολύπονος, ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας Ὑγρὰ ῥέουσα σταγὼν, Ἄπαυστος ἀεὶ γόων. JACOBS.

527. κακῶν μῆχος. Sic Herodot. IV. 151. ubi idem Æschylo Suppl. 743. restituit Wessel. BECK. Addas etiam Herod. II. 181. τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος. Theocrit. Idyl. II. 95. χαλεπᾶς νόσου εὗρέ τι μῆχος. Haud absimile est μηχανὰν κακῶν in Nostri Alcest. 224.

532. Plato: τὴν ψυχὴν διεξελθεῖν p. 907. F. ubi ψυχὴ videtur esse *vitæ tempus*, ut hic. MUSGR.

536. Πηλέα πέλας. Cur ultima syllaba in Πηλέα sit longa, audias Etymologici Magni auctorem ita disserentem, in voce Βασιλεύς· Οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ Πηλέως καὶ Ἀχιλλέως διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφουσι, τούτου χάριν καὶ τὴν αἰτιατικὴν ποιοῦσιν εἰς α μακρὸν, ἵνα ἰσόχρονος γένηται τῇ ἰδίᾳ γενικῇ. Εὐριπίδης· Καὶ μὴν δέδορκα τόνδε Πηλέα πέλας. BARNES. Vide ad Hecub. 865.

543. Abresch. Dil. Thuc. p. 728. monet, hæc verba grammaticos nonnullos accepisse pro, ἀλλ' ἡβητηρίαν ῥώμην ἐπαινῶ

ἀναλαμβάνειν, ut præpositio ἀνὰ ad aliud verbum referatur, quam cui juncta est; quam rationem similibus exemplis illustrat. Hes. ἀνηβητηρίαν exponit πᾶν ἀνανεάζον νεότητος, sed Suid. πᾶν ἀνελὸν νεότητος, quorum illum vim vocis explicare, hunc totius loci sensum tradere voluisse, censet Abresch. ad Hes. Beck. Vide ad Hippol. 1094.

545, κατ' ὖρον. Anglicè; *with a favouring gale.* Hesych. ὖρος· ἐπιτήδειος ἄνεμος. Soph. Trach. 468. ῥείτω κατ' ὖρον. Æsch. Theb. 833. κατ' ὖρον ἐρέσσετ'.

548. ὕπαρνος, i. e. *Ovis agnum lactans.* Cf. Callim. H. Apoll. v. 52.

572. οἶκον οἰκήσεις. Vide ad Phœn. 611.

587. σώφρων γένοιτο Σ. κόρη. De hac Laconicarum puellarum immodesta consuetudine, unde et ab Ibyco φαινομηρίδες dictæ erant, vide Plutarchum in comparatione, quam instituit inter Numam et Lycurgum: item Johann. Meursium in Miscellan. Laconicis I. 19. Ovid. in Paridis ad Helenam Epistola: *More tuæ gentis, nitida dum nuda Palæstra Ludis, et es nudis fœmina mixta viris.* Vide Propertii III. Eleg. 13. Pollux. VII. 55. Ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο· ἡ δὲ πόρπη κατὰ τὰ στέρνα ἐνήπτετο· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ὁ τῶν παρθένων οὕτω χιτωνίσκος· οὗ παραλύσαντες ἄχρι τινὸς τὰς πτέρυγας, ἐκ τῆς κάτω πέζης παρέφαινον τοὺς μηρούς· μάλιστα αἱ Σπαρτιάτιδες, ἃς διὰ τοῦτο φαινομηρίδας ὠνόμαζον. Huc referatur illud Pythagoræi cujusdam, cujus nomen Mimas probatur ab editore Joh. North, titulo περὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ. Αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν. Unde Cicero Tuscul. Quæst. 2. *Nihil horum simile apud Lacænas virgines: Queis magis Palæstra, Eurota, Sol, Pulvis, Labos, Militia in studio est, quam fertilitas Barbara.* Barnes.

589. πέπλοις ἀνειμένοις. Vide ad Hec. 914.

594. τὸν σὸν Φίλιον. Elliptice dicitur. Plena enim locutio fuisset τὸν σὸν Φίλιον Δία, ut Hecub. 342. τὸν ἐμὸν Ἱκέσιον Δία. Solet autem Δία in hujusmodi locutionibus, saltem post Φίλιον, reticeri, ut in illo Μὰ τὸν Φίλιον, τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι. Plato Op. p. 433. C. Ed. Ficin. Sic et Lucianus in Icaro-Menippo: μηδὲ πρὸς Φιλίου με περιίδῃς.—λείπειν θεοὺς dicuntur, qui, solum mutantes, tutelæ eorum se subducunt, ut Ægyptii, quos Psammetichus θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ ἔα. Herod. p. 116. Ed. Wess. Valde appositum est, quod de Helena habet Ovidius Epistol. Œnon. v. 126. *Deseruit socios, hospite capta, Deos.* Musgr.

598. ἀποπτύσαντα. Vide ad Hec. 1272.

601. Sententia est: *Sed ne hoc quidem modo adeo bene tibi cessit, ut fortitudinem tuam demonstrares*, i. e. ut fortem te esse ostenderes. Hunc locum explicant, quæ sequuntur v. 607.—ἐπουρίσας est ab οὖρος, *ventus secundus*. HEATH. ἐπουρίσῃ habet Plato Alcibiad. II. p. 458. B. Ed. Ficin. MUSGR. Vide supra ad v. 545.

602. ψυχὰς δὲ πολλὰς κ. τ. λ. Respexit Poëta ad Homericum illud: Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν Ἡρώων. BARNES.

603. παίδων ἄπαιδας. Pleonasmus Poëticus: sufficiebat enim ἄπαιδας dixisse; sic Helen. 524. ἄφιλος φίλων. Sic hujus Fabulæ infra v. 705. ἄπαιδες τέκνων. Ita sæpissime loquuntur Poëtæ, ut Homer. Odyss. Δ. 778. Κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος. Et Antholog. p. 301. Καὶ ποσὶ πεζεύω. Sic Ἄκμηνος σίτου, et νῆστις βορᾶς. BARNES. Cf. etiam Phœn. 324. et alibi.

607. τρωθείς. *Cominus vulneratus*, ut recte Scholiastes. MUSGR.

608. σάγμασι. *Involucris*. Pollux Lib. VII. 157. σάγμα τὸ ἔλυτρον τὸ τῆς ἀσπίδος, quod et repetit Lib. X. 142. MUSGR.

610. Recepi ᾖδον ex MSS. pro vulgato ηὔδων. ᾄδειν est *iterum atque iterum repetere*. Latini *decantare* vocant. Soph. Ajac. 294. βαί' ἀεὶ δ' ὑμνούμενα. Œd. Tyr. 1298. τοιαῦτ' ἐφυμνῶν πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ. Noster Phœn. 438. πάλαι μὲν ἦν ὑμνηθέν. Inter alios *canere* vel *cantare* dicuntur, qui eandem rem sæpius admonendo inculcant. Plautus Trinummo II. 2. *Hæc dies noctesque tibi canto ut caveas.* Pers. Sat. III. 20. *Quid istas Succinis ambages?* Tit. Liv. XL. 8. *quæ vereor, ne vana surdis auribus cecinerim.* MUSGR.

612. ἐκφέρησι respicit ad dotem et supellectilem, quam novæ nuptæ ex paternis ædibus a parentibus collatam efferunt, et in mariti domum transferunt. REISK.

620. ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν κ. τ. λ. Hunc locum Clemens Alexandrin. Strom. L. II. p. 297. de Menelao molli et effœminato profert, conferens cum simili Orest. 1274. Ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηνται ξίφη. Priorem autem locum sic Latine versum reperio: *At tu papillam contuens gladium abjicis; Et proditrici figis osculum cani.* BARNES. Huc refer etiam Aristoph. Lysist. 155. Vesp. 711.

627. Notum est, τρὶς emphatice in aliis etiam rebus adhiberi; at in τρὶς νόθος videtur aliquid reconditæ allusionis esse.

Soph. Œd. T. 1081. οὐδ' ἂν ἐκ τρίτης ἐγὼ Μητρὸς φανῶ τρίδουλος. Philo Jud. p. 594. Ed. Turneb. τοῖς τ' ἐκ τριγενείας στιγματίαις. Aristid. Vol. II. p. 690. ἐκ τριγονίας ἐδούλευον. Indicant hæc, ultimam apud Græcos ignobilitatis notam fuisse, si quis a tribus retro ætatibus ignobilis esset. MUSGR.

628. βαθεῖαν, *fertilem*. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 673.

632. γαμβρόν. *Socerum:* vide Hippol. 630. et Barnes. ad Rhes. 256. HEATH. σὺ δ' οὐδὲν εἶ. Vide supra ad v. 50.

636. τίς δῆτ' ἂν εἴποι Porsonus corrigit, in Advers. p. 224.

639. κῆδος συνάψας. Frigidum et ineptum est, nisi, quale vel quibuscum, addideris. Lego: ὅτ' ὢν σὺ Πηλεὺς, καὶ πατρὸς κλεινοῦ, θεοῖς Κῆδος συνάψας. MUSGR. Emendationem Musgravii recepit Brunckius. Lacunam probabilius suspicatur Matthiæ.

641. τήνδ'. Frustra est Barnesius ex conjectura reponens τῆδ'. Solent enim Græci, etiam post relativum, iterum antecedens vel synonymum aliquid ponere. Animadvertit hanc licentiam, et duo ejus exempla dedit Bentleius, vir summus, ad Callimach. Epigr. 44. Aliud suppeditat Homerus Il. E. 424. Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις Ἀχαιϊάδων ἀνιεῖσα—Τῶν τινα καῤῥέζουσα Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων. MUSGR. Audiamus autem Porsonum ita dicentem in Advers. p. 224. *Cl. Musgravius defendit* τήνδ', *quasi pleonasmum optimis auctoribus usitatum. Sed testimonia quibus nititur lubricæ sunt fidei. Nam infra* 710. *suam ipse vir doctus postea conjecturam retraxit, recte emendans* τῶνδ'. *Neque ex Homero, aut Callimacho, aut Anthologiæ consarcinatoribus Euripidi emendando subsidia petenda sunt. Plene igitur interpunge post* 647. *et lege* ἦ χρῆν σ'—Nimirum debebas. Vide ad Phœn. 1597.

642. Vulgo tanquam in parenthesi legitur: κἀμὲ παρακαλεῖν ἀεὶ, quo nihil absurdius. Scilicet Peleus, si domo expellere Andromachen voluisset, Menelai ope indigebat? In membr. καὶ παρακαλεῖν ἀεὶ, unde genuinam erui lectionem καὶ παρεκβαλεῖν ἀεὶ, *ultra Nilum, ultra Phasin et longinquius semper abigere.* BRUNCK. Nescimus, an melius ediderit Matthiæ.

643. Ἠπειρῶτιν. Idem habes supra v. 159. BARNES.

651. ἃ est i. q. δι' ἃ, *quapropter*. REISK. Vide ad Hec. 13.

652. Ἁρπάζομαι hic passivam habet significationem, ut sensus sit: *Hanc mihi e manibus ereptam queror.* HEATH.

662. τοιαῦτα λάσκεις. Λάσκω a λακέω, *dico*. De qua voce vide quæ nos ad Rhes. 720. Τί λάσκων; et Electr. 1215. βοὰν

δ' ἔλασκε τάνδε. BARNES. Hes. λάσκεις· λέγεις. BECK. Ceterum de verbo λέγειν et similibus duobus accusativis constructis, vide Matt. Gr. Gr. §. 410. b.

671. ἐμόχθησ'. Minime solicitatum velim. Probabilius, poëtam respexisse ad illud Homericum: τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε, quam decori adeo fuisse oblitum, ut Menelaum de uxore sua turpiter loquentem introduceret. *Invita Helena, diis agentibus, calamitatem subiit.* BRUNCK.

673. Huc forte respicit Hes. Ἄϊστορες· ἄπειροι. BRUNCK.

674. ἔβησαν κ. τ. λ. Verte: *virtutem adepti sunt bellicam. Consuetudo vero* etc. HEATH.

678. Φῶκον. Phocum quomodo et quam ob causam interfecerint Telamon et Peleus, docent Apollodorus III. 11. 6. Pausan. L. 6. p. 72. Antoninus Liberalis, c. 38. MUSGR.

684. οἴ μοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται· κ. τ. λ. Hos quatuor versus dicitur Clytus in Alexandri M. convivio ad illius gesta elevanda usurpasse; unde Alexandrum ad suam cædem irritavit; ut docet Q. Curtius L. VIII. Plutarchus in Alexandro. BARNES.

691. ὄντες οὐδένες. Vide supra ad v. 50.

692. μυρίῳ σοφώτεροι. Plato passim dixit μυρίῳ διαφέρει, *modis innumerabilibus differt:* item μυρίῳ κάλλιον, *dici nequit, quanto id illo sit pulchrius.* Hic ergo locus hoc dicet: *Hi autem* (populares) *ipsis sunt nimium quantum sapientiores.* Possit quoque μυρίον reponi sensu prorsus eodem, adverbialiter scilicet pro μυρίως, vel μυριάκις. REISK.

701. ἐλᾷ pro ἐλάσει. Vide ad Alcest. 960. Ceterum omnino legendum τῶνδ'. Vide supra ad v. 641.

702. στεῖρος. *Attice* pro στεῖρα. Sic θῆλυς ἐέρση, Hom. et κλυτὸς Ἱπποδαμεία, id. Vide Hecub. 146. BARNES. Vide etiam supra v. 349.

705. ἄπαιδας τέκνων. De hoc Pleonasmo vide supra ad v. 603. Item occurrit Suppl. 12. BARNES.

720. προνωπής. Hic valet *promptus, paratus.* Sed vide ad Alcest. 143.

722. φλαῦρον. *Indignum, vile.* HEATH.

723. χόλην Porsonus legit in Advers. p. 225.

725. ἡ προτοῦ μὲν κ. τ. λ. Vid. Sam. Petiti Miscell. III. 16. ubi acute satis probat ex his verbis, Fabulam hanc actam anno secundo Olympiadis 90. Prætore Athenis Archia; quando scilicet πόλεμος Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀργείους, διὰ τὰ εἰς Τροιζηνίους Λακεδαιμονίων συμμάχους ὑπὸ τῶν Ἀργείων παρανενο-

μημένα. Ad quod bellum ingeniosus ille vir poëtam allusisse probabiliter satis affirmat. Barnes.

731. κἂν μὲν κολάζῃ, scil. Neoptolemus.

736. ἀντίστοιχος. Docet Jul. Pollux IV. 106. στοίχους dici ordines Chori secundum latitudinem, ζυγὰ vero series. Hinc colligo, ἀντιστοίχους esse in distributione Chori, qui in eodem ordine, diversa tamen serie, constituti erant. Musgr. Hes. ἀντιστοιχεῖν· κατὰ στοιχεῖον ἑστάναι. Dicitur recte de umbra, quam hominis vel stantis, vel ambulantis, corpus facit, et potest hic subintelligi σώματι. Brunck.

737. ἀδύνατος. Verte: *Ad alia omnia, nisi ad verba cædenda, impotens.* Heath. In ἀδύνατος α vim intensitivam habere videtur; quam tamen in hac voce an alibi habeat, nescimus.

746. νήπιον. *Parvulum.* Proprie, *qui dicere nequit*; a νὴ et ἔπος. Sic et apud Latinos *Infans.*

749. κλάων ἄρα Ψαύσει. Vide ad Hipp. 1084.

760. ἡ σπάνις. *Abundantia;* ut in Hec. 12.

768. τοῦτο. Scil. ἄδικον.

769. ξηρόν. Plut. Op. Mor. p. 85. πράγμασι ξηροῖς καὶ κατεψυγμένοις. Musgr.

778. δορός. *Navis.* Vide ad Orest. 677. Cf. autem Nostri Medeam sub initio, et notata ibi ad v. 2.

785. Εὐρώπαν. Ita MS. E. et Ed. Lasc. Vulgo Εὐρώταν, quod Barnesius retinet, et interpretatur de fluvio Thessaliæ sic dicto, cujus memoriam servarunt Strabo p. 440. D. Ed. 1620. et Plinius Hist. Nat. IV. 8. Verum tanto celebrior erat Lacedæmonius Eurotas, ut plane ineptus fuisset Euripides Thessalim tali nota designans, quæ Laconiam potius, quam Thessaliam, lectori in animum revocasset. Musgr.

786. κακὸν κακῷ διάδοχον. Vid. ad Hec. 583.

794. κτείνουσα i. e. κτείνειν θέλουσα, πειρωμένη. Voluntas enim cum manifesto conatu conjuncta pro ipso facto sumitur. Barnes. Vide supra ad v. 483. Ceterum de articulo pro relativo posito vide ad Alcest. 274.

799. ἔγνωκε πράξασ'. Vide ad Hipp. 303.

815. Hes. λεπτόμιτον φάρος· λεπτὸν ἱμάτιον. Beck.

820. ῥάψαι φόνον. *Machinari cædem,* ut Iph. T. 664. Arnald. Lectt. Gr. p. 95. Beck. Cf. infra v. 893.

826. ἀνταίαν πλαγάν. Soph. Elect. 197. ἀνταία γενύων ὡρμάθη πλαγά. Hesych. ἀνταίας· πολεμίας, ἐχθρᾶς. Interdum Elliptice dicitur ἀνταία, omisso πλαγά. Soph. Ant. 1308. Τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέ τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει. Sic et etiam apud Latinos. Terent. Heaut. II. 4. 22. *Diu etiam duras dabis:* sc. *plagas.*

831. ὀρείαν Porsonus corrigit in Advers. p. 225.

838. δηλαδὴ πόσις. Vulgo deest Nominativus, qui si e proximis esset petendus, nihil aliud se offerret, quam πατὴρ, quod absurdum. Vox δηλαδὴ Tragicis sic usurpatur: vide Soph. Œd. Tyr. 1501. Ne quis autem hæc δηλαδὴ πόσις glossema esse censeat, cujus speciem habent, impedit hoc, quod salvo sensu abesse nequeunt, et metrum sic bene se habet. Versus est iambicus trimeter brachycatal. Brunck.

848. λίαν penultimam sæpe apud Tragicos producit. Soph. Electr. 1272. Eurip. Iphig. A. 293. Brunck. Ceterum vide ad Hec. 586.

854. Σὺν πολλοῖς λαβὼν εὔνοισι. Vide supra 153. Barnes.

862. Musgravii ὀμμάτων ne intelligo quidem. Scribendum potius σπουδῇ βημάτων, *citato gressu*. Brunck. Recte omnino. Vide ad Hec. 213. Vulgo legitur δωμάτων.

863. Similiter Sophocles Electr. 662. Ξέναι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, Εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε; comparante Valck. ad Phœn. 285. Beck.

876. στεμμάτων. Vide ad Suppl. vv. 10. 258.

882. ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, κ. τ. λ. Vide ad Hipp. 1363.

883. τί χρῆμα; Vide ad Hec. 956.

885. πανταχῆ. Recte Suidas exponit πάντα τρόπον. Sic Med. 368. Soph. Antig. 632. Brunck.

891. Κακόν γ' ἔλεξας, κ. τ. λ. Cecrops Ægyptius, primus apud Græcos, unam fœminam uni marito assignavit, μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, unde et διφυὴς putatur dictus, teste Athenæo, L. 13. in principio; cui sententiæ accedit hic Euripides, quamvis idem in Ino v. 19. legibus Atheniensibus conformiter polygamiæ favere sit visus. Nam populus Atheniensis peste, et bello Peloponnesiaco, cladeque in Sicilia accepta nimium exhaustus, licitum statuebat singulis viris geminas duci uxores, si modo iis eorumque liberis educandis sufficerent; de qua re idem Athenæus ibidem: Ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε διὰ σπάνιν ἀνθρώπων· ὥστ' ἐξεῖναι κ' δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. Idque ipsius Socratis exemplo probare nituntur nonnulli, et Euripidis etiam. Huc refer Hug. Grotii de Jure Belli et Pacis II. 5. 9, 4. Sed apertius Euripides polygamiam oppugnat hoc altero effato supra v. 177. οὐδὲ γὰρ καλὸν Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν ἡνίας ἔχειν, 'Αλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει. Barnes. Vocem ἓν' uncinis a Matthiæo inclusam MSS. auctoritate omisit Brunckius, assentiente Porsono in Advers. p. 225.

903. 'Ομόγνιοι dicebantur dii, qui cognatis præsidebant.

Arnald. Lectt. Grr. p. 105. et ad Hes. T. II. p. 752. Beck. Vide etiam Musgr. ad Soph. Elect. 430.

905. ὡς δοκοῦσί μοι κ. τ. λ. Cf. citata ad Hippol.

912. Κακῶν γυναικῶν κ. τ. λ. Hoc carmen ab Hadriano, a Medicorum turba male excepta, ita πεπαρῴδηται: Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν. Phocion vero proverbialiter usus est: Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν. Parodia autem est, cum versus aliquis notabilis, vel plures, in alium sensum detorquentur, vel mutatis paulo verbis sensu haud multum dissimili proferuntur: quale illud Homeri de Arcu Ulyssis, Odyss. Φ. 152. quem procus Leiodes extendere non valebat: Ὦ φίλοι, οὐ μὲν ἐγὼ τανύω, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Hæc Dionysius, μὴ δυνάμενος χρῆσθαι ᾗ παρειλήφεισαν (οἱ οἰκέται) ἑταίρᾳ, reversus in convivium ad suos dixit, iisdem verbis, sensu longe nequiori. Vid. Pauli Leopardi Emendat. XVIII. 26. et XIX. 14. Barnes.

913. ἐχαύνωσαν. *Animum mihi inflarunt.* Heath. Illustrant hæc Platonis in Epist. IX. ἐμπλῆσαι ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος. τὸ χαῦνον enim tribuitur iis rebus, quæ neque firmæ neque densæ sunt, ut fungus, ut spuma, ut alia ejusdem generis. Plutarch. de Fortuna. T. II. p. 99. τοῦδ' ἀφροῦ τὴν παρὰ τῷ χαλινῷ κοπτομένην χαυνότητα. Philostratus in Icon. I. 2. jungit τὸ χαῦνον καὶ τὸ ἁπαλόν. Similiter apud Ælianum V. H. XIV. 7. p. 725. ed. Kuhn. εἰ δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν ἢ ὑγρότερον, ὑποιδούσης—πιμελῆς. Jacobs.

916. Οὐκ ἂν ἔν γ' ἐμοῖς κ. τ. λ. De gemino ἂν vide Suppl. 181. Musgr.

917. βλέπουσ' ἂν αὐγάς. Vide ad Alcest. 18.

919. Sirenes ipsæ sunt λαλήματα. Sic Ulysses Sophocli vocatur κακοπινέστατον ἄλημα στρατοῦ Ajac. 384. ubi ἄλημα est pro ἀλήτης. Quin et λάλημα eidem Sophocli *Garrulum* significat Antig. 326. λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ. Musgr. Vide ad Orest. 467.—ποικίλων est *vafrarum:* ut in Soph. Œd. C. 762. μηχάνημα ποίκιλον. Sic et Latine *varius.* Sallust. A. C. I. 5. *Animus audax, subdolus, varius.* Vocem plenius illustravit Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Prom. 316.

920. ἐξηνεμώθην. *Inflatus sum: Inani superbia elatus sum.* Hesych. ἐξανεμοῦσθαι· ἐπαίρεσθαι.

925. ἀλλ' οὔποτ', κ. τ. λ. Cf. Hippol. 640.

930. συννοσεῖν. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, λέχος.—θέλει λέχος αὐτῇ συννοσεῖν. Musgr.

931. πολλαὶ δὲ μαργότητι. Repetendum e prioribus συμφθείρουσι λέχος. Heath.

943. φυλακὰς ἔχων. Idem valet, ac φυλάσσων, *observans*, et ab hoc participio pendent sequentia, εἴτε μενεῖς κ. τ. λ. HEATH.

949. De verbo κάκη vide quæ nos supra ad Med. 1040. BARNES.

950. ὁρίσματα. Vide ad Hecub. 16.

962. ἠνειχόμην. *Sustinui;* ab ἀνέχομαι. vide Piers. ad Mœridem v. ἠνέσχετο. συμφοραῖς interpretor *propter mala*, ut δυσμενείᾳ σῇ, *propter odium tui*. Hippol. 685. vide etiam supra v. 915. MUSGR. De formis ἠνειχόμην, ἠνεσχόμην, vide Porson. Præf. ad Hecub. p. 17.

964. περιπετεῖς, i. e. περιπεσόντας, *contrario prorsus modo, quam antea, recidentes*. MUSGR.

969. νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν κ. τ. λ. Quod patris est jus puellas filias collocare, vide Hug. Grotii de Jure Belli et Pacis II. 5. 10. 3. ubi hic ipse locus expenditur in Notis. BARNES.

975. θαρσεῖν transitive hic usurpatur. θαρσεῖν ὁδὸν Philostrat. Vit. Apoll. Tyan. IV. 12. MUSGR.

976. εἰς ἔμ' ὕβρισε. Vide ad Phœn. 620.

980. Δελφὶς πέτρα. Vide ad Phœn. 226.

990. φρονεῖν μέγα. Vide ad Orest. 796.

992. εὐτειχῆ πάγον, *bene munitum collem*. Hinc ap. Hom. Ἴλιον αἰπύ. HEATH.

994. Constructio est: χέρα ὀργάναν τεκτοσύνας, *manum effectricem fabricæ*. REISK.

996. προσθέντες. *addicentes*. Hesychius: προσθεῖναι, τὸ παραδοῦναι τῷ ἐωνημένῳ ὑπὸ κήρυκι. Inde πρόσθετος, *addictus*, qui creditori in servitutem addicitur. Plutarchus in Lucullo: αὐτοῖς δὲ τέλος μὲν ἦν προσθέτοις γενομένοις δουλεύειν. Idem Vit. p. 1818. ὥσπερ ὑπὸ κήρυκι προστιθεμένων. Athenæus p. 607. καὶ τῷ πωλοῦντι ἄλλῳ τινὶ θᾶττον προσθέντι. MUSGR.

1005. Strophen et Antistrophem transposuit Brunckius, jubente Musgravio: ordinem vulgatum revocavit Matthiæ.

1007. Huc referebat Wessel. Obss. p. 165. glossam Hes. Ἀπηῦρα· ἀφῆκεν, ἀφεῖλεν. BECK.

1009. ὅ τε. Editi conjunctim ὅτε, *quando*. Omnino male. Verbum enim sequi debuit, non, ut nunc, participium. MUSGR.

1011. κέλωρ. *Hesychius* exponit per ἔκγονος, υἱός. Ἀγαμεμνόνειος κέλωρ de Oreste dicitur, Agamemnonis filio. BARNES.

1046. Ἀνοικονόμητος autem hic videtur Euripides, quod satis amplum temporis spatium non sit, ex quo Orestes Hermionem abduxerit, ad hæc omnia agenda. BARNES.

1054. οὐδὲν εἴμ'. Vide supra ad v. 50.

1063. Sic hæc struenda: διδόντες τῷ θέᾳ τρεῖς ἡμέρας, ὄμματ' ἐξεπίμπλαμεν. Substantivum ὄμματα ad utrumque verbum pertinere censet Valck. ad Phœniss. 1378. cui non accedo. Brunck.

1065. συστάσεις. Vide ad Herac. 415.

1066. οἰκήτωρ θεοῦ. Phrasis parum trita, cui similem tamen Cic. de Senectute c. 22. *incolas* pæne *nostros*. De Delphis Lucianus Phal. I. ἱεροί τέ ἐστε, καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου, καὶ μόνον οὐ σύνοικοι καὶ ὁμωρόφιοι τοῦ θεοῦ.—Ἅιδου οἰκήτορας habet Soph. Ajac. 517. Musgr.

1068. εἰς οὗς. Vide ad Hippol. 929. Dawes. Misc. Crit. p. 170. ed. Kidd.

1074. Ἀρχαί τ' ἐπληροῦντ'. *Et magistratus congregabantur.* Sic πλήρης ἐγένετ' ὄχλος. Orest. 872. Musgr.

1075. Verbum ἐπιστατεῖν construitur cum dativo, ut infra v. 1079. Genitivo autem gaudet apud Isocr. ad Phil. p. 101. E. Κλέαρχον τὸν ἐπιστατήσαντα τῶν τότε πραγμάτων. Matt. Gr. Gr. §. 337. 2. Cf. §. 394.

1079. ἦμεν, contractum ex ἤειμεν ab εἶμι, πορεύομαι· *profecti eramus.* Beck.

1091. τῷ δὲ κ. τ. λ. Ita hæc vertenda. *In hunc autem insurrexit manipulus gladiis armatus, qui pone laureta delituerat.* Δάφνῃ πυκασθεὶς de insidiatorum manu, opponitur, ni fallor, τῷ, ὁ μὲν κατ' ὄμμα στὰς de Neoptolemo. Heath.

1092. δάφνῃ. Talem fuisse tripodi vicinam docet Scholiastes in Plutum Aristophanis ad versum: ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν σείσας δάφνην. Lucretius I. 740. *Pythia, quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur. Nemus*, quod notabile, non *arborem*, vocare videtur Lucanus V. 156. Negat Hardionus (*Memoires de l'Academie des Belles Lettres* T. VIII. p. 264.) Orestem præsentem fuisse, et hunc locum interpretatur: *quarum omnium rerum unus Orestes machinator erat.* Non diffiteor, verbo, per licentiam, quam supra ad v. 641. vindicavimus, hanc interpretationem pati posse. Verum Oresten præsentem fuisse luculenter ostendunt vv. 1052. 1007. 1091. Neque obstat, quod v. 868. profiteatur, se ad oraculum Jovis Dodonæum proficisci. Hoc enim veteratorie dictum est, ut reliqua ejus ῥήσεως, cum mentem Hermionæ adhuc ignoraret. Confer modo v. 940. et seq. Neque majorem vim habet, quod v. 966. promittat, se Hermionen in patris manus traditurum. Non enim dicit, se illico hoc, aliis omnibus posthabitis, facturum. Fidem igitur liberasset, post Pyrrhi cædem

faciens. MUSGR. Adde Virgil. Æn. III. 332. qui Euripidem secutus videtur. HEATH.

1093. μηχανοῤῥάφος· κατασκευαστὴς, ἐπινοητὴς κακῶν. HESYCH.

1097. χωρεῖ πρύμναν. Subauditur εἰς, ut passim. Convenit huc etiam Hesychii interpretatio: πρύμνη, τὰ ὀπίσω. MUSGR.

1098. ἐξέλκει. Scil. ἑαυτὸν, *extrahit se.* Nam licet ἐκ εἰς καιρὸν ἐτύπη, tamen aliquantum debilitatus esse poterat. BRUNCK.

1109. ἤνεν est Ionicæ poëticæque dialecti, nec in Attico poëta ferendum. BRUNCK. Qui formam ἄνειν pro ἀνύειν illustravit in Nota sua ad Arist. Vesp. 369. Libri vel ἤνυ' vel ἤνυεν exhibent.

1110. ὀϊστοὶ. Legendum διαυλλάβως, quasi οἰστοὶ, ab ὀϊστὸς tamen ducitur. Vide Med. 632. BARNES. Ut πεμπώβολον ap. Hom. instrumentum designat quinque manubria uni veru infixa habens: ita ἀμφώβολον puto esse instrumentum, ex cujus manubrio utrinque exstabat veru. Ideo autem dicuntur ἔκλυτοι, quia prius e manubrio verua eximebat turba illa Delphica, quam ea contra Neoptolemum jacularetur. HEATH.

1115. δεξίμηλον ἐσχάραν. Vide ad Phœn. 632.

1116. τὸ Τρωϊκὸν πήδημα. Celebrem illum saltum significat, quo Achilles se e navi in terram Trojanam conjecit. Historia est in Tzetzis Commentario in Lycophron. 245. Potest etiam huc pertinere, quod passim de Achille tradit Homerus, eum in hostem quemcunque obvium saltu se projecisse: ἆλτ' ἐπὶ οἱ μεμαώς. MUSGR. Allusum quoque forte ad Πυῤῥίχην ὄρχησιν, quæ a Pyrrho, Achillis filio, nomen habet. Vid. Joh. Brodæi Miscell. V. 26. BARNES. Vide supra v. 1112.

1121. κραυγὴ δύσφημος. Gemitus sc. morientium. MUSGR.

1122. Constructio videtur esse στίλβων ὅπως εὐδία. MUSGR.

1128. Δελφῦ πρὸς ἀνδρὸς. Δηλονότι, Μαχαιρέως. Vide ad finem Orest. v. 1651. BARNES.

1130. τίς ἐ σίδηρον προσφέρει. Ita Græci plurimi occisum jam Hectorem vulnerant apud Homerum Iliad. X. 369. et deinceps. BARNES.

1131. πᾶν δ' ἀνάλωται δέμας. Homerus fere semper δέμας de vivo corpore, σῶμα de cadavere usurpat, uti observat nobis anonymus Auctor de vita et scriptis Homeri: Ὅθεν ἐκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. Καὶ τῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τῦτοις· Οὐ δέμας, ἐδὲ φυήν. Καὶ, Δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. Καὶ, Ἦτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε, δέμας τε. Τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, ἐδὲν ἄλλο, ἢ

σῶμα καλεῖ. ὡς ἐν τούτοις· Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν. Καὶ, Σῶματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις 'Οδυσῆος. Καὶ, Σῶμα γὰρ ἐν Κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς. Τό γὰρ αὐτὸ, ζῶντος μὲν ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς· τελευτήσαντος δὲ, ὡσπερεὶ σῆμα καταλείπεται. Idem Eustathius p. 61, 36. et p. 376, 5. et p. 666, 24. Alii δέμας dictum volunt, οἱονεὶ δῶμα ὂν τῆς ψυχῆς. Οἱ δὲ μετὰ τὸν Ὅμηρον ἀδιαφόρως χρῶνται τῇ λέξει, ἐν οἷς καὶ ὁ Εὐριπίδης, ut idem Eustathius p. 61, 39. BARNES.

1133. νεκρόν. Vide ad Hec. 660.

1141. ἐμνημόνευσε δ', ὥσπερ κ. τ. λ. Hic locus optime Christianæ Fidei velificatur Doctrinæ, quæ intemperantes iras, vindictam et inclementiam prohibet, maxime autem diuturnas iras præcavendas monet: Ephes. IV. 26. *Ne sol cadat super iram vestram;* quem locum inter cæteros interpretes tractat Isidorus Pelus, Epist. II. 239. et Salvianus *de Gubernatione Dei,* L. III. Cui affinis et is Plutarchi locus, qui de Pythagoreis notat in Libello *de Fraterno Amore,* illos, quamvis non generis, sed doctrinæ societate junctos, si quando per iram ad maledicta prorupissent, ante solis occasum, dextris mutuo datis, et salutatione facta, gratiam redintegrasse: Πυθαγορικοὶ γένει μηδὲν προσήκοντες, ἀλλὰ κοινοῦ λόγου μετέχοντες, εἴποτε προαχθεῖεν εἰς λοιδορίας ὑπ' ὀργῆς, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβάλλοντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο. Vide Hieroclem. BARNES.

1151. In ed. Musgr. male semper pronomen Atticum ἁμὸς est aspiratum (ἁμὸς), cum in aliis libris, quorum accuratior scriptura, semper tenuetur. Vide Markl. ad Iphig. Aul. 1445. ἀμὸς Doricum est pro ἡμέτερος, ἀμὸς Atticum pro ἐμός. Vide Hom. Il. Z. 414. Od. Λ. 165. Igitur et hic scribendum ἀμοῖς. BRUNCK.

1161. οὗτός γ' ἂν ὡς ἐκ κ. τ. λ. Ita tacite correxit Porsonus in Præf. ad Hec. p. 32. Vulgo οὗτος μὲν ὢν κ. τ. λ. Similem structuram notat V. D. in Advers. p. 225. ex Herod. VIII. 109. ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη.

1166. Ordinem verborum ita constituit Brunckius: ἐμὸν γένος μήποτ' ὤφελεν ἀμφιβαλέσθαι τὸ δυσώνυμον τῶν σῶν λεχέων, ἤγουν τὸν Ἑρμιόνης ἀΐδαν, ἐπὶ σοὶ, ὦ τέκνον. Nobis tamen proculdubio aliquam corruptelam huic loco inesse videtur, quæ virorum doctorum conjecturas adhuc elusit.

1171. μηδ' ἐπὶ τοξοσύνᾳ κ. τ. λ. Ita vertendum: *Et propter patris tui cædem, Sanguinem Jove satum, Phœbo deo mortalis Tu nunquam imputasses!*

1172. αἷμα ἀνάψαι. Dicitur, ut μῶμον ἀνάψαι, Odyss. II. 86. MUSGR.

1176. Heath. monet, νόμον νερτέρων esse *cantilenam*, qua nuper mortuos prosequebantur: *cantilenam funebrem*. BECK.

1183. Cur Musgravius præferat γέροντα παῖδα, non video. Ego vulgatam retineo. νοσφίζω est *desero*, quod Homerus semper forma passiva usurpat: cf. Soph. Œd. Tyr. 480. BRUNCK.

1195. Eleganter et vere Reiskius κόμπων μεταρσίων. Sensus est: *longe a superbis jactationibus distantia*. MUSGR. Vulgo κόμπῳ κεταρσίῳ.

1208. ἥκω Θέτις λιπȣ̃σα. Vide ad Hec. 1.

1212. τὸν ταχὺν πόδας Ἀχιλλέα. Respicit Poëta ad illa Homerica: ποδώκης, ποδάρκης et πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, et Iliad. N. 348. Κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχύν. Vide Iph. A. 204. et Jacobi Nicolai Loënsis Miscell. Epiphyll. IX. 4. BARNES.

1213. Ἀχιλλέα. Ultimam producit, ut βασιλέα mox v. 1223. Vide Etymologicon M. voce βασιλεὺς, ubi Atticos ultimam horum accusativorum syllabam semper produxisse docet. MUSGR. Ita quidem τὸ α in Ὀρφέα producitur Hipp. 950. item in Θησέα ibid. v. 1143. et Suppl. 3, item in Πηλέα supra v. 536. item in βασιλέα v. 1236. item in Καπανέα Suppl. 935. et in Μενοικέα Phœniss. 769. BARNES. Ceterum vide ad Hec. 865.

1235. ξηρὸν ἐκ πόντȣ. Recte Scholiastes hoc tanquam θειότητος indicium a Poëta positum esse existimat. Sic Nonno ἅρμα Neptuni ἄβροχον dicitur, XI. 275. et XX. 158. ἀδίαντον, XXI. 196. Bacchi ipsius ἄξων ἄβρεκτος, XXIV. 111. Pantheræ, Bacchi satellites, Hydraspem trajiciunt ἀδιάντῳ ὄνυχι, XXIII. 127. Exercitus ejus ἀβρέκτοις πεδίλοις, ibid. v. 169. Mænades denique ἀκλύστοισι πεδίλοις, ibid. v. 187. MUSGR.

1238. Λευκὴν ἐπ' ἀκτήν. Sacram Achilli insulam, Leuce dictam, paullo copiosius illustravimus ad Iphig. T. 422. BRUNCK. De insula Leuce laudat hos elegantes Dionysii Periegetæ versus: Ἔστι δέ τις κ̧ σκαιὸν ὑπὲρ πόρον Εὐξείνοιο Ἄντα Βορυσθένεος πολυώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος Ἡρώων· Λευκὴν μιν ἐπωνυμίην καλέȣσιν, Οὕνεκά οἱ τὰ πάρεστι κινώπετα λευκὰ τέτυκται. Κεῖθι δ' Ἀχιλλῆός τε κ̧ ἡρώων φάτις ἄλλων Ψυχὰς εἱλίσσεσθαι ἐρημαίας ἀνὰ βήσσας. Τȣ̃το δ' ἀριστήεσσι Διὸς πάρα δῶρον ὀπηδεῖ, Ἀντ' ἀρετῆς· ἀρετὴ γὰρ ἀκήρατον ἔλλαχε τιμήν. BECK.

1248. κατθανεῖν ὀφείλεται. Huc referatur illud; *Mors omnibus communis*: simile illud Epist. ad Hebræos: IX. 27.

Καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἀποθανεῖν. Barnes. Similis etiam est Sententia in Nostri Alcest. 443. 796. nec aliter Horat. A. P. 63. *Debemur morti nos nostraque.*

1249. συγκοιμήματα. *Abstractum* hic ponitur pro *concreto,* quod familiare scenicis Poëtis, nostroque imprimis, ut Hecub. 262. Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα. Sic βουλευτήρια pro βουλευταὶ, supra v. 441. Εὐναστήριον pro εὐνάστειρα, idem quod εὐνέτις, Orest. 579. Barnes. Vide ad Orest. 1046.

1259. Porsonus in Advers p. 226. corrigit ὃ γάρ ποτ' ἂν πράξει' ἂν κ. τ. λ.

1260. Πολλαὶ μορφαὶ κ. τ. λ. Eadem hæc peroratio concludit etiam Medeam et Alcestidem, Bacchas et Helenam. Barnes.

FINIS NOTARUM IN ANDROMACHAM.

NOTÆ

IN

SUPPLICES.

NOTÆ IN SUPPLICES.

1. Ελευσῖνος χθονός. Eleusis oppidum est Atticæ provinciæ, Cereri sacrum, in quo ejus etiam mysteria celebrabantur. Brodæus. Male Marklandus interpungit post Ἐλευσῖνος. Conjungenda sunt Ἐλευσῖνος χθονὸς, ut Ῥώμης πόλεως, et similia. Musgr. Levi mutatione Ἐλευσίνης legit Blomfieldius in Mus. Crit. T. I. p. 181. Poetæ Ἐλεύσινος pro Ἐλευσίνιος sæpe usurpant. Epicharmus Athenæi. IX. p. 374. E. δέλφακά τε τῶν γειτόνων Τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων, δαιμονίως ἀπώλεσα.

2. πρόσπολοι θεᾶς. Quæsitum fuit, cur *Sacerdotes* hic ab Æthra memorantur una cum Cerere? Ratio, opinor est, quia sacerdotum erat nunciare Deo seu Deæ cui sacrum fiebat, quid esset quod sacrificaturi peterent; ipsis quoque sacerdotibus, eorum nomine, idem simul petentibus. Unde, post appellatam Deam, Æthra hic sacerdotes monet, quid pro ea precari deberent. Exemplum est in Androm. 1081. ubi a Neoptolemo, Apollini sacrum facturo, quærit Sacerdos: *O Adolescens, quid tibi a Deo petemus? cujus rei causa venis?*—οἳ ἔχετε verti potest *incolentes*, ut in isto Homeri, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες· quia sacerdotes nonnunquam habitabant in Templis et ibi pernoctabant. Iph. T. 66. Joseph. Ant. J. XVIII. 4. 4. Herod. I. 181. Noster Ion. 55. 317. 318. Markland. θεᾶς· τῆς Δήμητρος. Beck.

3. εὐδαιμονεῖν με, κ. τ. λ. Æthra venit huc sacrum et preces factura pro semente prospera: sed conspectus harum mulierum miserarum tenuit eam, et excussit animo preces quas proposuerat, et diversum genus precum suggessit, majoris momenti; nempe, pro salute sua, et Thesei, et patriæ, unde necesse erat ut sacerdotibus narraret quid pro ea precari deberent.—Porro reticetur verbum εὔχομαι, vel tale aliquid, ante infinitivum εὐδαιμονεῖν. Et hoc usitatum in votis: vide Aristoph. Ran. 914. 920. Herod. V. 105. et Gronovium ibi. Apposite ad rem et ad locutionem Noster Elect. 809. ubi Ægisthus in privato et domestico sacrificio, ipse suus sacerdos,

pro se ita precatur: Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βαθύτεν, scil. *precor* vel *date:* nullum enim sacrificium erat sine *precibus*. MARKLAND. Exemplis supra citatis addit Porsonus in Advers. p. 226. Arist. Thesm. 293. Æsch. Theb. 259. Choeph. 304. Vide et Lamb. Bos. v. εὔχομαι.

4. Πιτθέως χθόνα. Trœzenem urbem, in qua regnavit Pittheus, Æthræ pater. BARNES.

6. Ægeus, pater Thesei, filius erat *Pandionis*, qui filius erat Ericthonii. BARNES.

7. Λοξίου μαντεύμασιν. Plutarchus initio vitæ Thesei: Αἰγεῖ δὲ, παίδων δεομένῳ, τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλλούμενον χρησμὸν, διακελευομένην μηδεμιᾷ γυναικὶ συγγένεσθαι, πρὶν ἐλθεῖν ἐς Ἀθήνας. κ. τ. λ. Oraculum ita se habebat: Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν, Μὴ λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι. Consule Scholiast. in Eurip. Med. 674. ubi paulo aliter. BARNES.

8. ἐς τάσδε γὰρ βλέψασ'. Significant hæc aliqua in superioribus deesse. REISK. Aliter mihi videtur: nempe, hanc particulam γὰρ reddere rationem sententiæ non expressæ, sed subintellectæ, ut fieri solet: hoc modo, *optimam causam habeo quare ita precor: precor* enim *hæc, intuens hasce anus,* &c. Sic. vv. 116. 286. et passim: et in Sacris Literis, Act. XXVII. 25. Rom. XIV. 10. et alibi sæpissime. Alioquin γὰρ sæpe ponitur pro δὲ, sed in hoc loco non opus est. MARKLAND.

10. ἱκτῆρι θαλλῷ.—Θαλλὸς idem quod ἔρνος, nunc vero pro θαλλὸς ἐλαίας, de quo vide Eustath. in Hom. p. 1557, 21. ἱκτῆρι autem pro ἱκετῆρι, et hoc pro ἱκετηρίῳ. Hinc Stat. Theb. XII. 492. *Supplicis arbor olivæ;* in quem locum Lactantius Grammaticus: *Per quam pax petitur supplicando. Hinc ab Atheniensibus* εἰρεσιώνη *dicitur, a Græcis autem reliquis* ἱκετηρία. BARNES. Hi rami supplicatorii Græce appellabantur στέμματα, infra v. 36. Hom. Il. A. 14. sive στέφη, infra v. 357. Soph. Œd. T. 913. Latine autem *velamina,* Plaut. Amphit. I. 1. Plura videas ad v. 258. Consule etiam Brunck. ad Soph. Œd. T. 3.

11. πύλας Κάδμου. i. e. *Thebas,* quas condidit Cadmus. BARNES.

12. ἑπτὰ γ. τέκνων. Horum nomina vide in notis nostris ad Phœn. 126. BARNES.

13. Relativum οὓς refertur ad substantivum παίδων, quod in adjectivo ἄπαιδες continetur. Vide ad Hec. 22.

15. Πολυνείκει. Anglicè, *for Polynices;* Dativ. commodi. Vide Matt. Gr. Gr. §. 387.

17. θάψαι χθονί. Non superfluum est χθονί· multæ enim sunt ταφαὶ, quæ non sunt in *Terra*. Vide ad v. 936. MARKL.

18. οἱ κρατοῦντες. *Qui rerum potiuntur*; i. e. Creon, rex Thebarum; non *victores*, prout vertitur. Cicero ad Attic. II. 25. *Nos tenemus præceptum illud, τὰς τῶν κρατούντων*. Præceptum illud extat Phœn. 393. Menander apud Stobæum, Tit. 42. p. 276. σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας, ἀρχαῖος νόμος. Vide Soph. Elect. 342. 398. Æsch. Choeph. 265. Absque articulo, κρατούντων, Iph. T. 1266. quod rarum puto. MARKL.

20. κοινὸν δὲ φόρτον παῖσδ' ἔχων χ. ε. 'Α. Recte hæc intellexisse videtur Hermannus, ita vertens: *ipse quoque* Adrastus *idem afferens, me opus esse*: i. e. auxilium meum pari studio requirens. In proximo autem versu comma post ὅδε amoveri docet V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 446. ὅδε κεῖται conjunctim Anglicè reddens *lies here*, quo sensu pronomina ὅδε et οὗτος sæpissime usurpantur. Cf. Hec. 481. Iph. T. 258. Ceterum vide notam proxime sequentem ad v. 22.

22. κεῖται. Ex hac voce colligi non debet, opinor, Adrastum *humi jacuisse*, non magis quam *mortuum fuisse*, quod κεῖται sæpe significat. Verba *gestus*, sicut *stare*, *jacere*, *sedere*, &c. sæpe nihil volunt præter *esse* vel *existere*: vide ad v. 667. Et v. 109. quando Adrastum primo alloquitur Theseus, non jubet eum *surgere*, quod fecisset si Adrastus humi jacuisset; sed *detegere caput* solummodo, et *luctum omittere*. Vide Hecub. 481. 490. 494. Herac. 628. 630. Porro vulgatum τό τ' ἔγχος non intelligo. ἔγχος vertunt *bellum*. δόρυ quidem apud Tragicos *bellum* sæpe significat; δόρυ quoque et ἔγχος sæpe synonyma sunt; et tamen mihi non ullo exemplo liquet ἔγχος apud eos unquam denotare *bellum*. Invenio sæpe apud poetas πόλιν vel πάτραν στένειν et ἀναστένειν, et Ἴλιον στένειν Orest. 1366. Ad quam formam foret τό τ' Ἄργος στένων, *gemens* patriam suam *Argos*. Scripturæ propius est τό τ' ἔχθος στένων, [quod recte recepit Matthiæ.] Sensui bene conveniret τὸ κῆδος, *affinitatem*; nempe, quam contraxerat cum Tydeo et Polynice. MARKL.

23. ἔπεμψεν. Scil. Ad Thebas oppugnandas. BRODÆUS.

26. τάφου. *Sepulcri*; i. e. ταφῆς, *sepulturæ*, ut Hom. Od. Ω. 87.—μεταίτιον, ut Herod. VII. 156. μεταίτιον τοῦ πολέμου. MARKL.

27. Ad evitandam ambiguitatem forte: μόνῳ τόδ' ἔργον κ. τ. λ. *Soli meo filio*, non *solum hoc opus*. Sic μόνη σὴ πόλις, v. 187. non μόνον. Vide locum. Et ita Reiskius. MARKL. Ita etiam Musgravius. Omnino recte.

29. ἀρότȣ προθύȣσ'. Sacrificium tale ante arationem proprie dicitur Προηρόσια. Vide Hesych. h. v. BECK. De festo autem Προηρόσια dicto vide Schol. Aristoph. p. 230. Jo. Meursii Attic. Lect. II. 1. MUSGR. BARNES.

30. φαίνεται. Pro ἐφαίνετο (*ostendit se, apparuit; non, apparere solet*) ut sæpe in hoc dramate, et ubique. Fruges autem primum apparuerunt in *Rhario*, campo Eleusinio. MARKL. Ex Pausania p. 36. ed. Sylburg. MUSGR.

31. φρίξας. i. e. Aristis e gluma prodeuntibus inhorrescens. BARNES. Adumbratum forte, ex Homero Il Ψ. 598. ὡσεί τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση Ληΐȣ ἀλδήσκοντος, ὅτε φρίσσȣσιν ἄρȣραι. MARKL.

32. Videntur Supplices feminæ Æthram sertis ramorum cinxisse. Id ea δεσμὸν appellat, religione tacta: unde mox v. 36. σέβȣσα δ' ἱερὰ στέμματα, et v. 101. ἱκεσίοις δὲ σὺν κλαδοῖς Φρȣρȣσί μ' ἐν κύκλῳ, et v. 357. 'Αλλ', ὦ γεραιαὶ, σέμν' ἀφαιρεῖτε στέφη Μητρός. Is δεσμὸς est ἄδεσμος, quia sola religione vinctam tenet. HERMANN. Locutio figuræ, quam Oxymoron vocant, exemplum est; similia videas ad Hec. 607.

34. Κόρης. Absolute pro Περσεφόνας. BARNES. Vide ad Alcest. 869.

35. ἄπαιδας τέκνων. Vide de hoc pleonasmo ad Androm. 633. BARNES.

36. στέμματα. Quibus coronatæ erant hæ mulieres. BARNES.

37. Ultima in Θησέα longa est ut v. 3. et alibi. Et ita in Πηλέα, 'Ορφέα, Μενοικέα, βασιλέα. Brevis tamen est Nostro in φονέα, ter: Elect. 604. 767. Hec. 865. Clarkius ad Hom. Il. A. 265. scribit, α in accusativis Atticis semper produci; quod verum esse non potest, nisi φονέα non sit accusativus Atticus, vel nisi versus sit depravatus. Vide eum et ad Iliad. O. 463. et Suidam v. 'Ατρέα, et Etym. M. v. βασιλέα. MARKL. Vide etiam ad Hec. loc. cit.

38. τὸ τȣτων λυπρόν. *Quod has dolet:* nempe, cadavera insepulta filiorum suorum. χθονὸς, *ex terra*, scil. Thebana, in qua nunc jacent. Absolute χθονὸς, pro *Thebis:* ut πόλις, v. 119. et alibi. Sed et χθονὸς eodem more pro *terra Attica*, seu *Athenis*, v. 264. et alibi. MARKL.

39. ἢ τάσδ' ἀνάγκας κ. τ. λ. Dilemma hoc intelliges ex iis quæ dicuntur ad v. 357. Per δράσας θεȣς ὅσιόν τι opinor innui *sacrificium*. Chariton. Aphrod. I. 10. p. 14. πρὸς ἀνθρώπȣς δίκαια, καὶ πρὸς θεȣς ὅσια. ubi vide doctissimum commentatorem, p. 112. MARKL.

40. πάντα γὰρ κ. τ. λ. Notandus veterum Tragicorum mos, finiendi Scenas et Actus plerosque morali aliqua, vel ad vitam utili, Sententia. Unde Theatro nostro derivatus idem mos videtur. MARKL.

42. γεραιά. Potest esse vel nominativi vel vocativi casus, ἐγὼ γεραιὰ, vel ὦ σὺ γεραιὰ, ad Æthram. Et pro γεραρῶν bene legi potest γεραιῶν quæ vox sæpe Anapæstum facit. Hec. 63. Med. 134. Hipp. 169. Herc. F. 441. [Vide etiam ad Hec. 271.] Nam γεραρῶν, *honorabili, venerando ore,* videri potest non adeo bene convenire miserabili huic Choro, de se prædicanti. MARKL. Optime.

44. ἄνα μοι τέκνα κ. τ. λ. Recte hoc interpretatur Brodæus, *E cæsorum sepultura carentium strage.* HERMANN. Scilicet præpositione ἐκ ante νεκύων subaudita. Sed vix dubitandum videtur, quin locus corruptela laboret.

49. Recte Ernestius in Lexico Græco καταδρύμματα pro vulgato καταδρύματα. HERMANN. Derivatur enim a verbo καταδρύπτω.

51. τάφων χώματα γαίας. Vide ad Hec. 218.

54. μέτα νῦν δός. Tmesis pro μετάδος. BARNES. Pro σὰς mallem σᾶς. Sic Orest. 151. λόγε μετάδος. 440. μετάδος σῆς εὐπραξίας. MARKL. Nempe in his locutionibus intelligitur τι vel μέρος. BECK. Sed male hæc intelligunt Interpretes. Hoc dicit: *qua tu mente in tuum es filium, eam nobiscum communica, et communica pro magnitudine doloris nostri.* HERMANN.

55. τῶν φθιμένων. Id est, τῶν φθιμένων τέκνων, ut φθιμένες παῖδας ἐμὲς, v. 50. MARKL.

57. ἐλθεῖν Ἰσμηνόν. *Ut eat ad Thebas,* quas *Ismenus* præterfluit. BARNES.

60. ἐμάν τ' εἰς χέρα κ. τ. λ. Locus valde impeditus, et variis Criticorum conjecturis tentatus. Barnesius, Heathius, Marklandus, aliique λάϊνον εἰς τάφον corrigunt. Aliter alii. Unice autem vera videtur Elmsleii conjectura in Diario Classico, T. VIII. p. 421. reponentis, σῶμα ταλαίνας ἄταφον. Ordo est: ἐμάν τ' εἰς χέρα ταλαίνας. Sic infra v. 923. τὸν ἐμὸν ἔχει μόχθον ἀθλίας. Vide ad Phœn. 1517. Ceterum quoad σῶμα, Singulare pro plurali, confert V. D. Herc. F. 691. Med. 1098. Ita et infra v. 272. τέκνων τεθνεώτων κομίσαι δέμας.

61. ὁσίως ἐχ, ὑπ' ἀνάγκας δὲ, κ. τ. λ. Quia sordido et funebri vestitu indutæ, aras Deorum accedebant; quem vestitum Theseus infra v. 96. advertens, appellat πεπλώματ' ἐ θεωρικά. HEATH.

63. καὶ σοί τι πάρεστι κ. τ. λ. Aliud argumentum, quare

Æthræ se applicarent, quia illa potuit iis opitulari. Peritè quoque εὐτεκνίας Æthræ mentionem injiciunt, ἀτεκνίαν suam innuentes. Hæc sunt artificiosissima. MARKL.

68. ἀμφιβαλεῖν. Subauditur ὥστε.

69. Post hunc versum recitatum, audiuntur verbera ministrarum, quas secum adduxerant Matronæ Argivæ, corpora sua pulsantium. MARKL.

70. γόοις διαδόχος. Frequentius ita in Euripide. Cum secundo casu Soph. Philoct. 888. φέγγος ὕπνου διάδοχον. In sensu nulla est differentia. MARKL. Vide ad Hec. 583.

72. ἴτε χορὸν. Pro εἰς χορὸν, quod frequentissime occurrit. MARKL.

74. Vulgo Ἀΐδας σέβει. Porsonus legit Αἴδας dissyllabon. Quid velit τὸν Αἴδα σέβειν, quod Matthiæ dedit, haud ita perspicue videmus.

77. τοῖς ὁρῶσι. Græci Poetæ ὁρᾷν, δέρκεσθαι καὶ βλέπειν ἀντὶ τοῦ ζῆν usurpant. Sic Hom. Il. A. 88. Οὔτις ἐμοῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Σ. 61. Ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο. Ita et Soph. Aj. 982. κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν, Θανόντ' ἂν οἰμώξειαν. Eurip. Hec. 308. Οὔκουν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ Χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι; Iph. T. 701. Θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον. Vide Iph. A. 474. BARNES. Confer etiam notata ad Alcest. 18. et alibi. Ceterum locus cum Heathio vertendus: *Honores enim mortuorum sunt viventium decus.*

78. μ' ἐξάγει χάρις γόων. Ut Alcest. 1990. ἔρως τις μ' ἐξάγει. Hesych. ἐξάγειν· παροξύνειν. Ion. 364. Vide D'Orvill. ad Chariton. p. 481. Apud Herod. V. 49. ἐνάγει προθυμίη, eodem sensu; et ita passim. MARKL.

79. Vulgo ἀλιβάτου, ex prava derivatione. Sic etiam apud Pind. Ol. I. 110. legebatur. Cæterum notandus rarior Dorismus, cum et Euripides alibi, et Æschylus ἠλίβατος habeant. HERMANN. Videri posset alludere ad Nioben. Andromacha tenerrime v. 116. fabulæ cognominis: Τάκομαι, ὡς πετρινὰ πιδακόεσσα λιβάς. MARKL.

81. αἰεί. Sic nimis de metro sollicitus Marklandus, quem male secutus est Matthiæ. Vide Porson in Præf. ad Hec. sub initio. Ante ἄπαυστος Brodæus supplet εἰμί. Sed melius referatur ad σταγών.

82. Brodæus explicat τὸ γὰρ θανόντων τέκνων per οἱ γὰρ θανόντες υἱοί. Sed τὸ istud pertinet ad πάθος quod sequitur, et θανόντων τέκνων absolute sumi potest. MARKL.

83. Marklandus ἐπίμονον, Musgravius ἐπίτονον conjicit. Nihil

mutandum videtur, si simpliciter *grave ad luctum* interpreteris. HERMANN.

86. Legendum τίνων γόους.

87. τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο. Pro τοῦδ' ἀνακτόρου proprie. Nam ἀνάκτορον est Templum Cereris Eleusiniæ: Herod. IX. 64. De voce ἠχῶ vide ad Mœrin Atticist. in ἠχή. MARKL. Thetidis ἀνάκτορον est in Androm. v. 43. Cf. v. 381.

88. φόβος μ' ἀναπτεροῖ. Hesych. ἀναπτερώσω· μετέωρον ποιήσω. Vide Xenoph. Hist. Græc. III. p. 482. D. et 496. A. ἀνακουφίζομαι eodem sensu Hist. Græc. V. p. 557. A. μετεωρίζομαι D. Luc. XII. 19. Max. Tyr. VII. 1. πτέρωμά τι κοῦφον καὶ μετάρσιον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀνακουφίζον τὴν ψυχήν. MARKL.

89. ἣν μεταστείχω ποδί. *Quam peto profectus: quam accitum veni.* ποδὶ, quod vertunt *pedibus*, nullam habet, opinor, relationem ad modum quo venit Theseus, sive equo, sive carpento, seu pedibus; sed ad simplicem adventum vel profectionem ejus. Hippol. 656. θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδί, *cum patris pede:* i. e. *cum patre reverso*, quando pater meus revertitur. Ibi quoque vertitur, *pedibus*. Herc. F. 333. ὦ τέκν', ὁμαρτεῖτ' ἀθλίῳ μητρὸς ποδί, *O filii, sequimini miseram matrem proficiscentem.* Orest. 1210. παρθένου δέχου πόδα, *Expecta virginis pedem*, i. e. *reditum.* Et ita intelligi potest Act. Apost. V. 9. ἰδοὺ, οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ· quod explicari potest: *Ecce reversi sunt, et ad ostium, illi qui ad sepulturam extulerunt maritum tuum.* Vide Esai. LII. 7. collat. cum Rom. X. 15. Vix potest supponi, Theseum Athenis Eleusina profectum esse *pedibus*, (quod est spatium duodecim milliarium Anglicorum) et inde rursus Athenas eodem more, et Eleusina iterum, eodem die, quemadmodum fecit. MARKL.

90. ἔχῃ νέον. Subaud. κακόν. Hæc Ellipsis frequentatur Tragicis. Recurrit paullo infra v. 98.

91. ἐσβολὰς ὁρῶ λόγων. Sic Ion. 678. ὁρῶ στεναγμάτων εἰσβολάς. Aristoph. Ran. 1135. εἰσβολαὶ σοφισμάτων, i. e. ἀφορμαὶ, ἀρχαί· Scholiast. MARKL.

92. βωμίαν ἐφημένην. Non est *in ara* sedentem, prout vertunt: sed *ad aram, juxta aram:* Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη, v. 288. *Cereris assidens focis.* MARKL.

93. οὐχ ἕνα ῥυθμόν. Vulgo οὐ ῥυθμόν γ' ἕνα, quod mentem auctoris non exprimit. Voluit enim dicere, Argivas istas non unam doloris notam, sed plures, gessisse. Nesciebat interpolator syllabam brevem centies, [Immo *semper:* vide ad Hipp. 459.] produci ante ῥ, et primam in ῥυθμὸν brevem esse.

Apud Soph. Ant. 324. ubi vulgo legitur τί δαὶ ῥυθμίζεις, Poeta potuit scripsisse, τί δὲ ῥυθμίζεις. Noster Elect. 776. ποίῳ τρόπῳ δὲ κ) τινὶ ῥυθμῷ φόνου. ῥυθμὸς an *notam* significet dubitari posset, nisi Suidas v. ἄῤῥυθμος doceret, ῥυθμὸν et τύπον synonyma esse. Confer Nostri Elect. 776. Theocrit. Idyl. XXVI. 23. MUSGR. MARKL.

96. Mallem κουραί τε. Præcessit enim ἔκ τε γὰρ γερασμίων. MARKL. Recte. πεπλώματ' ου θεωρικά. *Vestes sacris parum accommodatæ.* De θεώροις, unde vox ista derivatur, vide ad Hipp. 786.

98. Naturalis ordo verborum est προσδοκῶ γάρ τι νέον. Sed Poeta a quantitate coactus est eum pervertere; unde patet τι non esse communem, sed brevem. [Confert Porsonus in Advers. p. 227. ου τε τι γὰρ apud Archilochum Plutarchi T. II. p. 33. B.] Ne mutes sine codicibus ἡμῶν in ἐμόν. Non enim hic opus est, licet ita scribat Ion. 1020. σὸν λέγειν, τολμᾷν δ' ἐμόν. Vide ad v. 516. MARKL.

106. νεκρῶν τῶν ὀλωλότων. Sic v. 16. νεκροὺς τοὺς ὀλωλότας, et v. 558. Et φθιμένων νεκύων v. 44. νέκυας κατατεθνειῶτας, Hom. Od. X. 447. et νεκύων κατατεθνειώτων Il. H. 409. ubi vid. Clarkium. MARKL.

107. ἱκεσίᾳ χερί. Id est; manu protensa, et tenente ramum supplicatorium. MARKL.

108. Edidi οὑντεῦθεν, quod et malebat Barnesus, et quod oblitus erat se edidisse prius, Hippol. 335. Neque aliter hic legi potest; vide v. 960. Nam Tragici in Iambis suis hiatum ὁ ἐντεῦθεν non admittunt. Unde redarguendus est Kingius, qui Hecub. 562. edidit: τέμνει σιδήρῳ αἵματος διαῤῥοὰς, pro πνεύματος. MARKL. Qui tamen in sequente hujus notæ parte de loco Orest. 588. omnino erravit; de quo vide Porson. ad loc.

109. σὲ, τὸν κατήρη. De vi Articuli, cùm pronomini subjungitur, sæpius inservientis irrisioni quam exprimit indignatio, vide editorem Phœnissarum [Valckenærium] ad v. 1643. Scienter dixit *sæpius;* non enim *semper* novit in Tragicis apprime versatus, ex hoc loco et vv. 806. 1025. Helen. 1107. Ion. 217. 455. MARKL. Omnino videndus est Matthiæ in Gr. Gr. §. 274.

χλανιδίοις. Genus vestimenti virile erat, vel potius militare. Suidas: χλανὶς, ἱμάτιον στρατιωτικόν. Theseus Admetum, ut aliter quam feminæ vestitum, seorsim compellat. Vide Orest. 42. MUSGR. τὸν κατήρη χλανιδίοις. *Veste virili instructum.* Ita intelligo κατήρη, sive sit a κατὰ et ἄρω, *apto;* sive a κατὰ et ἐρέσσω, *remigo.* Heathius ad Eur. Elect. 494. a sola præ-

positione κατὰ deducit κατήρης, et ἀμφήρης ab ἀμφὶ, εὐήρης ab εὖ, ἀντήρης ab ἀντὶ, διήρης a διά. Vocem κατήρης habet Herodotus VIII. 21. κ̀ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, quod vertitur: *et habebat expeditum et remis instructum navigium;* proprie quidem *remis*, si sit ab ἐρέσσω, *remigo*. Noster Iph. T. 1310. ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον. Forte, ταρσῷ κατῆρες, ut hic, χλανιδίοις κατήρη. Et ita Elect. 493. πολιόν (Vulgo παλαιόν) τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε Ὀσμῇ κατῆρες. Vertunt, *odore gratum:* intelligo, *instructum;* i. e. *vinum odorum*, εὐώδη, Theocr. Idyl. XIV. 16. MARKL.

110. Recte vulgatum πάρες præfert Blomfieldius.

111. πέρας γὰρ οὐδὲν κ. τ. λ. Melius forte legi posset περᾷς et ἰὼν, ut περᾷν ὅρκον, Æsch. Eumen. 492. et περᾷν λουτρά, ibid. v. 640. διεκπερᾷν βίον, hac Fabula, v. 955. Nam, διὰ γλώσσης ἰέναι est *loqui*, et de persona dicitur, ut διὰ λόγων ἰέναι, Troad. 911. διὰ λόγων ἀφικνεῖσθαί τινι, Med. 861. διὰ λόγων ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, *collocutus cum Homero*, Auctor Vitæ Homeri, qui appellatur Herodotus, c. 24. [Vide etiam ad Phœn. 479. Matt. Gr. Gr. §. 580. e.] Dubito an πέρας recte dici possit ἰέναι διὰ γλώσσης. Περᾷν οὐδὲν idem exprimere videtur quod περαίνειν οὐδὲν, v. 584. Phœn. 589. Xenoph. Hist. Græc. IV. p. 536. B. *Nihil enim efficis* (agis), *nisi loquaris.* Quamquam scio πέρας οὐδὲν recte dici de re vel conatu inutili et inani. MARKL. Assentiente Musgravio: recte.

114. τί χρῆμα θηρῶν. Helen. 1238. τί χρῆμα θηρῶσ' κ. τ. λ. —ἰχνεύειν eodem sensu Alciphron. II. 3. eadem Metaphora. MARKL.

115. οἶσθ' ἢ στρατείαν κ. τ. λ. Efferri potest sine interrogatione, ut in Horat. Epist. I. 2. 23. Luc. XVIII. 20. MARKL. Hanc interpunctionem præferre videtur V. D. in Censura Trimestri T. VII. p. 447.

116. οὐ γάρ τι κ. τ. λ. Intelligitur οἶδα, ut notavi ad v. 8. Hunc versum in animo forte habuit Miltonus Par. Am. II. 994. loco nobili. MARKL.

120. κήρυξιν Ἑρμοῦ. Præcones in tutela Mercurii sunt. Eustath. ad Hom. Il. A. 334. Κήρυκες· ἄξιοι κ̀ θεῶν· ἄσυλον γὰρ κ̀ θεῖον τὸ γένος τῶν κηρύκων. Ἑρμῆς γὰρ μιγεὶς Πανδρόσῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ἔσχεν υἱὸν ὀνόματι Κήρυκα, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Κηρύκων γένος, ὡς ἱστορεῖ Πτολεμαῖος· ἢ ὅτι τὰς ἑορτὰς τῶν θεῶν ἀγγέλλουσιν, ἢ ὅτι ἀπὸ Ἑρμοῦ εἰσιν, ὄντος ἀγγέλου Διός. BRODÆUS.

123. Ita distinguendum opinor: τί δ'; εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν. Vide Ion. 958. 959. infra v. 157. MARKL. Recte.

126. τὸ δ' Ἄργος κ. τ. λ. Hic, ut mihi videtur, sui paullum

oblitus est Theseus vel Poeta: et dolet legere hunc versum, superbiæ et insolentiæ potius quam humanitatis indicem; nam excusatio ejus ad matrem, vv. 332. seqq. non excusat, et parum valet adversus hunc acerbum iambum. Sed, ut verum fateamur, Argivos non amabat Euripides. Ceterum pro 'κομπεῖ, i. e. ἐκόμπει, Codd. quatuor habent κόμποι. Bene. μάτην est *falso*, non *frustra*, hoc loco. Sæpe ita in Euripide et aliis, in quibus fere vertitur *frustra*; non rectè. κόμποι μάτην, ut μάτην λόγος, Ion. 278. Apposite Herodotus, VII. 103. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. Sic κομπάζειν μάτην, Hippol. 975. ἐκβαλὼν κόμπους κενοὺς, Herc. F. 145. De Articulo interdum præposito propriis nominibus apud Tragicos, ut hic τὸ Ἄργος, dicam ad v. 704. τοῖς Ἐρεχθείδαις. Markl. ὑμῖν pro vulgato ἡμῖν e MS. recte recepit Musgravius.

128. δοκῆσαν. Idem est quod δοκοῦν, et τόδε δοκῆσάν σοι ponitur absolute pro genitivo, τοῦδε δοκήσαντός σοι. Heracl. 186. ψήφῳ δοκῆσαν, pro ψήφῳ τοῦδε δοκήσαντος, *quandoquidem decreto ratum hoc fuerit*. Xenoph. Cyrop. IV. p. 110. E. ὡς καὶ ἐμοὶ τοῦτο συνδοκοῦν· ubi in margine scribitur τούτου συνδοκοῦντος ab explicatore. Markl.

130. ἐκ τοῦ δ' ἐλαύνεις κ. τ. λ. Opinor λόχους, *cohortes*. Statius: *agmina septem*. Sic v. 638. ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι. Vide Soph. Ant. 145. Noster Phœn. 1039. λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ κ. τ. λ. et Æsch. Theb. 42. 56. ἐλαύνεις vero pro ἤλαυνες· et ἐκ τοῦ pro ἐκ τίνος, sc. πράγματος, *quare?* ut Helen. 93. Elect. 244. ubi male vertitur, *Ex quo tempore?* Phœn. 929. Aristoph. Ran. 773. Markl. Præeunte Piersono in Verisim. I. 6. p. 76. et probante Musgravio.

131. γαμβροῖς. *Generis.* Vocem illustratam habes ad Hippol. 629.

132. τῷ δ' ἐξέδωκας κ. τ. λ. Sensus videtur poscere τίσι δ', propter παῖδας. vide v. 134. Certe absurdum est τῷ· nemo enim pater *duas* filias collocat *uni* marito. τοῖς pro τῷ optimè conveniret, si, quemadmodum τῷ pro τίνι, ita τοῖς pro τίσι ponerent Tragici. Quod non factum puto. Markl. Immo vero habemus, monente V. D. in Censura Trimestri T. VIII. p. 447. Soph. Trach. 986. παρὰ τοῖσι βροτῶν κεῖμαι; Ceterum recte vulgatum defendit Brunckius ad Æsch. Theb. 474.

135. Τυδεῖ γε, Herman. et alii: recte.

136. τίν' εἰς ἔρωτα κ. τ. λ. Verte: *Quali cupidine hujus affinitatis adductus.* Heath.

137. Φοίβου μ' ὑπῆλθε κ. τ. λ. De hoc oraculo Adrasto dato vide Schol. ad Phœn. 409. Barnes.

138. κραίνων. *Definiens, edicens.* Heath.

139. παῖδ' ἐμώ. Pro ἐμά, cum de *puellis* loquatur. Sed Tragici et Attici ita solent. Sic τὼ παῖδε τώδε Soph. Ant. 567. de Antigone et Ismene. Vide Clark. ad Il. E. 778. Ceterum δοῦναι pro δώσειν. Markl. Vide Matt. Gr. Gr. §. 506. 2.

146. πῶς. *Quare;* ut v. 184. et sæpe alibi. Sic et v. 148. τίνι τρόπῳ, *(quomodo)* est *quare, quamobrem;* ut Soph. Œd. T. 10. Markl. Male: τίνι τρόπῳ idem est quod nos diceremus; *Under what circumstances.*

147. Τυδεὺς μὲν κ. τ. λ. Sic in Æneo Noster: αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς—Ὤικησεν Ἄργος. Markl. Menalippum fratrem insciens occidit. Scholiast. ad Hom. Il. Ξ. 120. Brodæus.

151. ἀλλ' οἱ μένοντες κ. τ. λ. i. e. Ἐτεοκλῆς οἴκοι μένων τὸν ἀπόντα Πολυνείκη ἠδίκει. Barnes.

153. Ald. ταυτὶ διδάξων. Vide Porson. ad Med. 158. MSS. δικάζων. Inde scripsi ταῦτ' ἐκδικάζων. Sic etiam Matthiæ. Marklandus conjicit ταῦτ' ἐκδικήσων. Hermann. Recte Hermannus. Cf. infra vv. 1159. 1222.

157. ἦλθον 'Α. γε πρὸς βίαν. J. Brodæus mire hic lapsus est, dum hunc locum exponit: *Ad expugnandas Thebas profectus sum, ab Amphiarao vate non modo persuasus, sed etiam impulsus.* Poeta enim contrarium statuit, vatem nempe invitum et compulsum una cum eo militasse. Nota est historia, quomodo, cum vates latere studebat, ab uxore Eriphyle proditus et venditus est Polynici, ob Harmoniæ torquem. Unde Hom. Od. Λ. 325. στυγερὴν Ἐριφύλην, Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα. Vide Eustath. in loc. p. 1689, 3. et Didym. ad Hom. Od. Λ. 325. Barnes. In versus initio, τί πλεῖον; tacite dedit Porsonus in Præf. ad Hec. p. 37.

158. οὕτω ῥᾳδίως. Ita infra v. 1193. quasi de re *nullius momenti;* ut Androm. 735. τοὺς σοὺς μύθους ῥᾳδίως φέρω. Vide locum. Markl. Legendum ῥᾳδίως ἀπεστράφης, Reiskio, Tyrwhitto, Marklando, auctoribus. Musgr. Recte, ni fallimur. De constructione autem vide Matt. Gr. Gr. §. 377. Obs. 1.

160. σπεύδειν sæpe significationem habet transitivam, ut Iph. T. 1317. Ion. 381. Heath. Cf. Valck. ad Herod. p. 535. Beck.

161. Hunc versum, qui vulgo Adrasti erat, Theseo tribuendum censuit Valckenærius, quod fecit etiam Porsonus ad Hecub. 13. Hermann. Vide Porson. ad Hec. l. c.

163. ἐν αἰσχύναις ἔχω. Pro αἰσχύνομαι. Vide ad Iph. A. 958.

164. γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί. Hoc est, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας

γόνυ, Phœn. 1622. περιπτύξαι γόνυ, Iph. A. 981. περίσχετο γούνατα χερσί, Apoll. Rhod. 706. Markl.

165. Vulgo εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος. Pro his Codd. dant τύραννος εὐδαίμων πάρος, quæ admisi. Offendebat forte vox τύραννος. Sed ea est *Rex*, et sensu bono, ut sæpe. Sic qui τύραννος vocatur, v. 429. appellatur βασιλεύς, v. 444. Markl. Ita etiam Matthiæ, et Hermannus. Ceterum omnino consulendus Porsonus in Præf. ad Hec. p. 36. qui lectionem unice veram, τύραννος ἰσοδαίμων πάρος, proponit et defendit.

169. ἥκει εἰς ἀπαιδίαν, i. e. ἄπαις ἐστὶ, cum tacita significatione prioris εὐπαιδίας. Sic ἐλθεῖν εἰς ἡδονὰς φρενῶν, *venire ad jucunditatem animi*, de potantibus, utpote prius *serii nimis;* Ion. 1180. Vide locum. Herod. III. 14. ἐς πτωχηίην ἀπῖκται, *ad mendicitatem venit;* nempe, ex magnis opibus. Quam locutionem, cum eadem tacita notione, nos in sermone nostro retinemus: *to come to poverty*. Xenoph. Memor. V. p. 826. A. εἰς ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἔρχεσθαι. Markl.

172. πρεσβεύματ'. Res seu actio, pro persona; quasi diceres, αἱ πρέσβεις, *legatæ*. Centies occurrit. Vide Casaubon. ad Athen. I. 9. p. 30. Markl. Sic et in pedestri sermone πρεσβεῖαι pro πρέσβεις. Thuc. II. 12. κήρυκα κ̀ πρεσβείαν μὴ προσδέχεσθαι. Vide ad Orest. 467. et Matt. Gr. Gr. §. 429.

173. Vulgo ὡς αὐτὰς ἐχρῆν. Canterus vertit *quas ipsas;* quasi legisset, ἃς αὐτάς. Siquid mutandum, prætulerim ὧν αὐτὰς ἐχρῆν, κ. τ. λ. scil. ὧν ὡραίων· ut v. 265. γραῦς, ὀ τυχοῦσας οὐδὲν ὧν αὐτὰς ἐχρῆν; Hec. 413. ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν, et ita v. 589. ejusdem dramatis. Markl. Quem recte secutus est Matthiæ. Canteri lectionem recepit Hermannus. Quoad sententiam confert Porsonus in Advers. p. 229. Ciceron. de Senect. 23. *Cujus corpus a me crematum est, quod contra decuit ab illo meum.* Inscript. apud Pierium ad Virgil. Eclog. II. 1. *a patre mæsto Accepit tumulos; quos dare debuerat.* Diotim. Epigr. 286. Brunck. I. p. 252.

178. τὰ δ' οἰκτρὰ κ. τ. λ. Sensus non potest reprehendi. Sed cum infra v. 189. habeat τά τ' οἰκτρὰ δέδορκε, et paullo ante in hac sententia utatur vocibus εἰσορᾶν et ἀποβλέπειν, fieri potest ut hic scripserit δεδορκέναι. Plus vero erit δέρκειν quam simpliciter *videre:* nempe, videre *cum attentione*. Unde τὰ οἰκτρὰ δέδορκε, v. 189. verto, *respicere solet miserias;* ut Agamemnon de seipso dicit, τὰ οἰκτρὰ συννετός εἰμι, Iph. A. 1242. Omnes *vident* miseranda, sed omnes non δεδόρκασι, secundum significationem vocis δέδορκε v. 189. Markl. δεδορκέναι etiam Tyrwhittus, probante Musgravio.

179. τίκτῃ μέλη. Ut τίκτειν ῥήματα, Aristoph. Ran. 1091. et *versus male ter natos;* Horatio. MARKL. Mutavi ἂν in ἄν. Hunc et tres sequentes versus, ut ex alia fabula illatos, delet Tyrwhittus, nec, quid sibi velint, intelligere se fatetur Marklandus. Male eos excusat Musgravius. Sensum hunc esse puto: *Unusquisque in alios intueri debet, ut recte res suas gerat; dives in pauperem, ut beneficentiam colat; pauper in divitem, ut opes quærere discat; felix in infelicem, ne sese efferat; poeta in eos, qui ipsum sint audituri, quòd nisi ipse, dum versus faciat, læto sit et alacri animo, non possit illos oblectare.* HERMANN. Conferre potes, si placeat, Ciceronem, argumento paullum diverso ita disserentem in Offic. I. 41. 8. *Ut enim pictores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam Poetæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur; hique et secum et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt; sic aliorum judicio permulta nobis et facienda, et non facienda, et mutanda, et corrigenda sunt.*

181. ὅτοι δύναιτ' ἂν κ. τ. λ. De ἂν gemino vide Hecub. 356. 1175. Androm. 77. 916. et infra vv. 447. 856. Xenophon autem, Cyropæd. I. 5. similiter duplici ἂν utitur: ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευαζώμεθα κ̀ εὐτελέστερον, τόσῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν ἀριστήσομέν τε κ̀ δειπνήσομεν κ̀ καθευδήσομεν. Item Plato in Alcib. 2. ἀλλὰ κἂν εὔξαντο ἂν γενέσθαι, εἴ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνοι. BARNES. οἴκοθεν. *Ipse a seipso:* ut Aristoph. Pac. 521. ὃ γὰρ εἶχον οἴκοθεν· *non enim habeo a meipso.* Soph. Trach. 743. ᾧ μηδὲν ἐστ' οἴκοις βαρύ. Plutarch. de Adul. et Amic. discrim. p. 55. F. ἡ οἴκοθεν κρίσις, *internum animi judicium.* Schol. Soph. Aj. 1071. οἴκοθεν· ἀντὶ τοῦ, ἀφ' ἑαυτοῦ. Sic Joseph. B. J. II. 20. 7. τοὺς οἴκοθεν φαύλους· quod male vertitur, *qui domi se improbe gerunt:* Sensus est: *qui sibi conscii sunt se improbos esse.* MARKL.

185. ἐγὼ δίκαιός εἰμι α. τ. Pro δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ α. τ. Notissimum est. Vide Herac. 771. Sic. v. 1006. οὐχ ἁγνός εἰμι τῷ κτανόντι κατθανών· *Si occidar, polluam eum qui me occiderit:* et v. 142. ejusdem fabulæ. Xenoph. H. Græc. I. p. 448. C. Demosth. contra Aphob. I. versus finem: δίκαιοι δ' ἐστ' ἐλεεῖν κ. τ. λ. MARKL. Demosth. in Mid. δίκαιος ὢν ἀπολωλέναι. Aristoph. Nub. ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 296. Ceterum confer notata ad Alcest. 1157.

186. Σπάρτη μὲν ὠμὴ, κ. τ. λ. Notum est, ex multis horum

dramatum locis, quam libenter Euripides captet occasiones omnes perstringendi Lacedæmonios, Atheniensium æmulos. Sic et Isocrates Panath. p. 496. ὥσπερ ἀπορίας ὅσης, τί ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν περὶ τῆς ὠμότητος, καὶ χαλεπότητος τῆς Λακεδαιμονίων. Talis ingenii erat Clearchus, et ipse Lacedæmonius, qui ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν, Xenoph. Anab. II. 291. B. Adrastus dicit: *Ex Peloponnesi civitatibus, Sparta, quæ sola auxilium nobis ferre potest,* non vult; *cæteræ,* non possunt.—πεποίκιλται τρόπους. *Variis* vel *diversis* vel *vafris moribus utitur;* ut ποικίλως αὐδωμένου, Soph. Phil. 150. Cf. Eur. Phœn. 470. Demosthen. in Leptin. p. 42. ed. Taylor. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ', ὅτι Θηβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἡμεῖς, οὔτε νόμοις, οὔτε ἔθεσι χρώμεθα τοῖς αὐτοῖς, οὔτε πολιτείᾳ. Hoc est forte, κεχώρισται τοὺς τρόπους, Herodoto, IV. 28. ubi, ut hic, intelligitur κατά. Nota est Lacedæmoniorum ξενηλασία, cui hic forsan alluditur. MARKL. Pro vulgato ἡ 'μὴ, præter alios Tyrwhittus etiam ὠμὴ reposuit, conferens Androm. 446. 716.

187. κἀσθενῆ. Sæpius ἀσθενὴς de infirmis, impotentibus civitatibus; ut ἀσθενεῖς πόλεις, Plutarch. Arat. p. 1038. C. Herodot. V. 36. Max. Tyr. Diss. XXXI. 1. ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι, Xenoph. Hist. Græc. III. p. 481. A. BECK. MARKL.

188. τόνδ' ὑποστῆναι πόνον. Sic v. 343. πρώτη κελεύεις τόνδ' ὑποστῆναι πόνον, *stare sub hoc labore;* i. e. sustinere, suscipere, subferre. Herc. F. 1322. ὑποστῆναι βέλος. MARKL.

189. τὰ δ' οἰκτρὰ γὰρ δέδορκε. Vide supra ad v. 178.

190. ποιμένα. Pro *rege,* ab Homero mutuatum; cui frequens hoc de *rege;* ποιμένα λαῶν. BRODÆUS. Hinc Marklandus νεανίων. At infra v. 580. νῦν δ' ἔτ' εἶ νεανίας. Id significat ibi *ferocem,* hic *validum.* HERMANN. Vide ad Hippol. 1194. Alcest. 695.

191. Verba ἐνδεεῖς στρατηλάτου superflua sunt; neque tamen propterea ejicienda. BECK.

193. δι' οἴκτου λαβεῖν. Pro οἰκτεῖραι. Simile est διὰ γλώσσης ἰέναι, supra v. 111. ubi vide notam.

195. ὡς τὰ χείρονα Πλείω κ. τ. λ. Videtur hic Poëta noster Homerum, tacito licet nomine, laudare, eamque sententiam illius respicere Iliad. A. 576. ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. Vide Phœniss. 889. BARNES.

197. ἐγὼ δὲ τούτοις κ. τ. λ. Sic et Andocides de Mysteriis, p. 3. ed. Reisk. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, πολὺ τὴν ἐναντίαν γνώμην ἔχω. Istam de humanæ vitæ commodis sententiam, quam Euripides

refellit, defendisse quidam Tragicus Elmsleio videtur, qui palmam in Bacchi sacris prius reportaverat. In Diario Classico T. VIII. p. 424.

199. ἐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει. *Non fuissemus in vita.* Ipsa *vitæ* nostræ continuatio argumentum est *Bona* esse plura *Malis. Lux* pro *vita* notissimi est usus, tam Græcis quam Latinis. MARKL. Sic Virgil. Æn. IV. 31. Anna refert: *O Luce magis dilecta sorori.* BARNES. Vide ad Alcest. 18. 886.

200. Rerum, quas Theseus hoc loco recenset, beneficium ad Prometheum plerumque autorem referri solet: vide Æsch. Prom. 447. seqq. unde noster forsitan traxit βίον πεφυρμένον. JACOBS. Janus dicitur hoc fecisse Italis antiquis, ἐκ τῦ θηριώδυς ϗ ἀγρίυ μεταβαλεῖν τὴν δίαιταν· Plutarch. in Numa, p. 72. F. ubi addidisse potuit βίυ, [ut in his omnibus exemplis,] vel scripsisse βίυ pro τῦ. Idem libello Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο, κ. τ. λ. p. 75. μεταβαλὼν εἰς θεῖον ἐκ θηριώδυς βίον. Noster in Sisypho, ἄτακτος βίος ϗ θηριώδης. MARKL.

203. In hoc loco corrigendum suspicor: ὡς γεγωνίσκειν ἔπος, quo, ni fallor, sensus horum verborum valde juvatur. *Linguam Deus dedit, qua verba distincte et explanate, ita ut ab omnibus intelligantur, proferre possemus.* Noster in Electra 812. δεσπότης δ' ἐμὸς Τἀναντί' εὔχετ', ὐ γεγωνίσκων λόγυς, pro simplici λέγων. (Hesych. γεγωνίσκει. λέγει.) Æschylus in Prometh. 628. τί δῆτα μέλλεις μὴ ὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν. Vide Dorville in Vann. Crit. p. 150. Interpp. Hesychii, et Pierson. in Mœrin. p. 114. JACOBS. Ita etiam conjecit Wakefieldius in Silv. Crit. 76.

204. Δοὺς σταγόνας ὑδρηλὰς ἀπ' ὐρανῦ, est D. Pauli ὐρανόθεν ὑετὺς διδὺς, Actor. xiv. 17. ὕδωρ ἐξ ὐρανῦ, Plutarch. in Sylla ad fin. et Xenophon. Anab. IV. p. 316. D. *aqua cælestis,* Horatio. MARKL.

206. ἄρδῃ. Metaphorice *recreet, reficiat.* Aristides Monod. de Smyrna: αὔξον ϗ τρέφον ϗ ἄρδον (τὰς ὄψεις). Plut. Op. Mor. τὸ χαῖρον ἄρδεται ϗ τέθηλε, p. 848. Ed. H. Steph. Porphyr. de Abstinent. p. 370. ξηροῦ σώματος, ϗ μὴ χυμοῖς, ἀλλοτρίων σαρκῶν ἀρδομένυ. Plato: τὸ λογιστικὸν ἄρδοντος ϗ αὔξοντος, p. 714. Ed. Fic. vide et 756. C. 1095. A. MUSGR. τοῖσι pro τοῖσδε, i. e. τύτοις. MARKL.

207. χείματος Προβλήματ' κ. τ. λ. Constructio erit χείματος προβλήματα, προβλήματά τε ἐξαμύνασθαι τὸ αἶθον (*ardens,* i. e. *ardorem*) Θεῦ· per quæ intelligo *domos* quoque, non *vestes* solum. Plato in Timæo (p. m. 170. ed. Ald. Fol.) citatus a

Dion. Longino de Sublim. §. 32. vocat *carnem*, προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων. Θεὸς vero hic absolute pro *sole* ponitur, ut supra Medeæ, v. 356. et infra hujus fab. v. 469. Herodotus appellat *solem* τὸν Θεὸν, II. 24. MARKL. BARNES.

208. πόντυ τε ναυστολήμαθ', κ. τ. λ. *Et maris navigationem, ut commercia habeamus inter nos rerum, quibus indiget aliqua terra, aut provincia:* Quod, ut Joh. Brodæus monet, videre hodie licet in his, quæ ex repertis nuper insulis advehuntur, *piper* dico, utramque *cassiam, zingiber*, atque id genus alia, quibus regiones nostræ carent. BARNES.

215. ἡ φρόνησις. Hoc in loco pro τὸ φρόνημα, *elatio animi*. Joh. Brodæus exponit, *ratio* ac *judicium humanum*, non, ut mihi videtur, recte in hoc loco. Idem autem alio vocabulo *Poëta* proximo in versu τὸ γαῦρον vocat. BARNES.

216. Editiones priores habent χερσὶ, unde feceram φρεσίν. Et ita inveni in Codd. et ex conjectura Reiskius. Sic τοῖς φρονήμασι γαῦροι, Plutarchus Mario, p. 416. C. Aliud est κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων apud Æschylum Sept. Theb. 479. i. e. βραχίοσιν: de quo vide infra ad v. 478. MARKL.

217. δοκῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι. Descriptionem hic habes morbi, quo nullus nunc frequentior aut magis fatalis est inter homines, qui alioquin intellectu et animi dotibus præcellere existimantur. Sic *Dei sapientia* olim videbatur Ἕλλησι μωρία. Rationem hujus rei videbis in versu præcedenti, nempe *Fastum* sive *Superbiam*. MARKL.

218. ἧς καὶ σὺ φαίνει δεκάδος. *Ex qua decuria tu quoque es:* i. e. ex quo numero; sumtum a Militia. Hesychius: Δεκάδες· οἱ ἐκ τῆς τάξεως τῶν δέκα στρατιωτῶν συνεστῶτες. Homer. Iliad. B. 126. Oppian. Halieut. I. 443. πολλὰς εἰς ἐτέων δεκάδας, in Epigrammate: id est, *ad magnum numerum annorum*, et Antholog. VII. p. 463. ed. Steph. ἐτέων ἡ δεκὰς ὐκ ὀλίγη. Ejusdem est metaphoræ *cohors amicorum*, Sueton. Ner. c. 8. MARKL.

219. θεσφάτοις Φοίβυ ζυγείς. Sic ὁρκίοισι ζυγεὶς, *jurejurando devinctus*, Med. 730. κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς, *coactus, adactus*, Soph. Philoct. 1053. Quæ noto, ne quis, sine MSS. necesse putet θέσφατ' εἰς Φοίβυ ζυγεὶς, quia ea constructio habetur infra v. 824. δέμας ἐζύγη εἰς εὐνὰν ἀνδρός. MARKL.

220. ὡς ζώντων θεῶν. Marklandus conjicit δόντων, Porsonus in Append. ad Toup. in Suid. p. 461. ἑώντων. At sincera est vulgata. *Tu*, inquit, *filias hospitibus dedisti, oraculo moni-*

tus, ideoque sic, ut qui esse deos crederes: mox autem expeditionem suscepisti, neglectis vatum monitis, ut si nulli essent dii. Refertur hoc, ζώντων θεῶν, ad ἀτιμάσας θεοὺς, v. 229. HERMANN. Ita ut particula μὲν in priore versu adversativæ δὲ in v. 228. respondeat.

221. λαμπρὸν et θολερὸν Metaphorica sunt a fluviis vel aqua. Polemon apud Macrobium Saturnal. V. 19. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν λαμπρῶν ὑδάτων. Xenophon Hist. Græc. lib. V. p. 564. B. Æschyl. Eumen. 702. et Apocalyps. xxi. 1. In Max. Tyrio Dissert. XVI. 9. καθαρὸς et διαυγὴς opponuntur θολερῷ et τεταραγμένῳ. MARKL. Ita etiam Lucianus in D. D. de Xantho fluvio: θολερὸς, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς, ὡς εἰκός.

222. Per σώματα ἄδικα, *personas sontes*, intelligit Tydea et Polynicem: per δικαίοις σώμασι, *insontibus personis*, filias Adrasti, Argian et Deïpylen, istorum uxores. Δίκαιος, *insons*, ut Sophocl. Œd. Col. 1047. D. Lucas xxiii. 47. ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. Ἥλκωσας οἴκους, ut φρένας ἥλκωσεν, Alcest. 898. Hanc mixturam Metaphorarum in Poëta hodierno vix ferremus, λαμπρὸν, θολερὸν, et ἥλκωσας. MARKL. Hæ autem voces, scil. χρῆν γὰρ usque ad οὐδὲν ἠδικηκότα, v. 227. parenthesi includuntur.

225. ἡγούμενος. *Existimans.* Hoc dictum videtur ex vulgari opinione; non enim pie neque vere supponi potest Deum ita revera existimare, (nam sic tolleretur Providentía, præter mentem Thesei et Euripidis) sed loquitur Theseus ex eventu rerum non infrequenti. Sic in isto ad Λώτ, Genes. XIX. 25. Ἔξελθε, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναπόλῃ ταῖς ἀνομίαις τῆς πόλεως. Si Lot, vir bonus, non exiisset, futurum erat (culpa quidem sua post istud monitum, sed tamen futurum erat) ut vir bonus cum ceteris Sodomitis periisset. *Existimans* igitur hoc loco videtur velle, qui *putari potest existimare*, qui res agi sæpe permittit, *quasi* existimaret. Ita v. 342. Theseus de matre sua Æthra dicit, ὑπερόῤῥωδοῦσ' ἐμοῦ, *metuens pro me.* Atqui Æthra ipsa testata fuerat supra v. 326. se *non metuere* pro Theseo in hac caussa. Sed quia matres metuere solent pro filiis suis, ὑπερόῤῥωδοῦσ' ἐμοῦ significabit, quæ *existimari potest* more matrum, *metuere pro me*, mater pro filio. Sic ἤθελε παρελθεῖν αὐτοὺς, *voluit eos præterire*, Marc. VI. 48. scil. ut ipsi putabant: non enim *revera* voluit eos præterire. MARKL. Aliter vertit Musgravius, *gubernans*, conferens Soph. Phil. 100.

227. Τὸν συννοσοῦντα. Lego, Τὸν οὐ νοσοῦντα: ex sensu, et proclivi literarum ο et σ mutatione. Τὸν οὐ νοσοῦντα est *insontem.*

Pulcherrime Æsch. Theb. 608. Ἡ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ, &c. Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. vide cetera. Scriptor, qui vocatur Phocylides, Νουθετικ. v. 128. Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες. Horatius: *sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum.* Διώλεσεν (v. 226.) est *perdere solet.* [Vide Matt. Gr. Gr. §. 503. 3.] Hanc conjecturam in contextum admittere ante statueram. Confirmavit me Cl. Piersonus Verisimil. I. 6. producto etiam Horatii loco, qui est Carm. III. 2. 29. MARKL.

229. Recte Vet. ed. sic distinguit, Μαντέων λεγόντων θέσφατ', εἶτ' ἀτιμάσας, *quamvis vates oracula creparent, nihilominus pensi non habens.* REISK.

230. παρελθὼν θεούς. Ut παρέρχεσθε τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, D. Lucas xi. 42. παρελθὼν τὸν νόμον, Lysias contr. Andocid. p. 129. ed. Tayl. θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, Phœniss. 873. REISK.

231. Mavult Blomfieldius ταραχθεὶς, veritus ut Tragici participio παραχθεὶς usi sint; et ita citat Matthiæ in Gr. Gr. §. 556. 2. ubi de tot participiis, sine copula conjunctis, scribit. In fine versus confert Porsonus τιμώμενοι χαίρουσι, in Hippol. 8. *Advers.* p. 231.

237. τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες. Pulchra et vera sunt hæc: utrum ad rem præsentem sint, dubitari potest. Hujusmodi emblemata, seu Locos Communes, paratos verisimile est Poëtas domi habuisse, cuilibet dramati vel operi inserendos, pro argumento vel libitu suo. Sed ad illationem istam Thesei (v. 245.) κἄπειτ' ἐγώ σοι ξύμμαχος γενήσομαι; *(Et deinde ego tibi auxiliator ero?)* Adrastus jure videtur respondere potuisse; Quidni? licet enim tria sint genera civium, et licet omnia quæ supra dixisti vera sint? hæc tamen non obstant, Theseu, quo minus nobis auxilio esse possis, et Argivorum occisorum cadavera a Thebanis repetas. MARKL.

238. ἀνωφελεῖς. *Inutiles:* nempe si comparentur cum civibus mediæ conditionis. Loquitur Theseus ut Atheniensis. Et hanc rem disputat Xenophon De Rep. Athen. initio. ubi dicit, οἱ κυβερνῆται, καὶ οἱ κελευσταὶ, καὶ οἱ πεντηκοντάρχοι, καὶ οἱ πρωρᾶται, καὶ οἱ ναυπηγοὶ, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει, μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται (f. πλούσιοι,) καὶ οἱ γενναῖοι, καὶ οἱ χρηστοί. Plura ibi vide. MARKL.

239. οἱ οὐκ ἔχοντες. *Pauperes;* et mox v. 241. τοὺς ἔχοντας, *divites.* Vide ad Alcest. 57.

242. Per προστατῶν hic intelligi possunt ii homines populares, qui a Demosthene et vett. Oratoribus appellantur Ῥήτορες

et Δημαγωγοί. Markl. φηλόω *decipio* sonat, ut φηλώσας πρόμον pro ἀπατήσας, Lycophron. Cassand. 875. Barnes. Vocem illustravit Blomfieldius in Gloss. ad Æsch. Agam. 475.

243. τάξῃ πόλις. Non objici debet vocem πόλεις in versu antecedenti occurrere; nam Euripides et ceteri Tragici sæpe ita faciunt. Quamquam non dubito quin in multis locis meliora exemplaria hanc ταυτολογίαν sublatura sint. Hic bene scripsisse potuit τάξῃ νόμος: vide vv. 310, 311. Markl. Et ita Musgravius. Sed præstat vulgata.

247. Aldina, χαίρων ἴθι· μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι καλῶς. Scribendum videtur: χαίρων ἴθ'· εἰ δὲ μὴ βεβούλευσαι καλῶς Αὐτὸς, πιέζειν σὴν τύχην ἡμᾶς τί δεῖ; Hermann. [Cujus lectionem veram putat Elmsleius, conferens Alcest. 915. συμφορὰ δ' ἑτέρης ἑτέρα Πιέζει φανεῖσα θνατῶν. Idem etiam in versu sequenti valde probabiliter emendat ἥμαρτον in plurali.] Βεβούλευσαι καλῶς, ut Soph. Œdip. Tyran. 1380. Isocrat. Æginet. initio. εὖ βουλεύεσθαι, Herodot. I. 116. Sensus duorum Chori iamborum qui sequuntur, Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι κ. τ. λ. ambiguus esse potest. De νέοισι, *juvenibus*, vide quid dicat, vv. 159. 231. In hos Chorus videtur culpam conferre: *Sit quidem ut peccaverit Adrastus: attamen non tam in eo culpa hujus peccati residet, quam in Juvenibus, qui eum ad hoc bellum impulerunt: huic autem veniam dari æquum est.* Τῷδε, *huic*, Adrasto, opponitur νέοισι. Præceptum Horatii exequitur Chorus, *Ille bonis faveatque, et consilietur amice:* et, *Ille tegat commissa.* Ad τόδε sumo ἁμάρτημα, petendum ex verbo ἥμαρτεν. νέοισιν ἀνθρώπων, ut νέοισιν ἀστῶν, v. 844. Markl.

249. νέοισι. Quam absurdum hoc de sene Adrasto, qui ipse (v. 165.) se πολιὸν appellavit? Sed obliviosus et contradictionum plenus est Euripides, et decorum non curat. Reisk. Alii forsan aliter conclusissent; nempe, νέοισι non posse intelligi de Adrasto, quia ipse (v. 165.) se πολιὸν appellaverat. Sane, si tam enormiter peccat Euripides, quam eum accusat vir clarissimus, non jam sapientissimi, prout semper habitus est, sed stupidissimi Poëtarum apud Veteres et recentiores appellationem jure meritus fuisset. Si probari quidem potuit, Euripidem, sic ut Virgilium in Æneïde, morte, vel casu aliquo præventum, has Tragœdias imperfectas et inemendatas reliquisse, et nunquam publicasse; de illius erroribus quidlibet concedi posset. Sed hoc nunquam, quantum scimus, illi objectum fuit. Hoc autem loco, νέοισι non potest intelligi de Adrasto: nam τῷδε clare opponitur τῷ νέοισι· τῷδε

vero non potest alium denotare, quam Adrastum. Hac igitur parte Euripides certissime culpa vacat. Qui hos magnos Veteres errorum incusamus, sæpe circumspicere ac nosmet ipsos intueri oportet, ne damnare videamur quæ male intelligimus. Hæc non studio virum doctissimum et ingeniosissimum culpandi, sed Euripidem defendendi invitus dico.—ἥμαρτεν, *sit ut peccaverit*, ut τέθνηκα, *sim mortua, sim interfecta*, Androm. 335. Cum potentiali et ἄν, Helen. 1041. Πείσαιμ' ἄν· *sit ut persuadeam*. Cum futuro indicativi, eodem sensu, Iphig. Aul. 1172. Εἶεν· θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· *Esto: sit ut mactaveris filiam*. Cum præterito rursus Helen. 1059. Καὶ δὴ παρεῖκεν, *Fac eum concessisse*, ut vertitur: accuratius, *Et sane sit ut concesserit*. MARKL. Euripides ad illud Homeri respexit Iliad. Γ. 108. Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, et illud Iliad. Ψ. 589. Οἶσθ', οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι, κ. τ. λ. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 510. 7.

251. ἄλλως σ' ἰατρὸν κ. τ. λ. Videamus quomodo Scaligero et Barnesio successerit, qui ordinem versuum [hujus, scilicet, et sequentis] immutarunt. Dubitari non potest, quin δικαστὴν, κολαστὴν, ἐπιτιμητὴν in appositione sint, et ab eodem verbo εἱλόμην regantur. Sed hæc, si versus ex mente Scaligeri ordinentur, interposito verbo ἀφίγμεθα, a se invicem divelluntur. Deinde et negativa particula οὐδ' ostendit, aliam negativam præcessisse, non diversativam ἀλλά. Videntur igitur hujus emendationis auctores nihil aliud egisse, nisi ut locum non admodum planum, qualem exhibent MSS., valde impeditum et salebrosum redderent. MUSGR. Male tamen priorem versum Choro continuare videtur Matthiæ, et ἀλλ' ὡς in ἄλλως mutare. Cf. Hippol. 929.

252. οὔτοι δικαστὴν σ' εἱλόμην, κ. τ. λ. Hoc responsum Adrasti ad fastosam, uti videbatur, Thesei orationem, animosum est et pulcrum, et Principe, in infortuniis posito, dignum. MARKL.

253. πράξας μὴ καλῶς. Ambigua est locutio; nam de *passione* æque bene intelligi potest ac de *actione*. MARKL.

256. στέργειν ἀνάγκη. Στέργω in hoc loco *contentus sum, acquiesco*, et dativum habet, aliquando etiam accusativum, ut Isocrates ad Demon. στέργε τὰ παρόντα.—τοῖσι σοῖς, *tuis rebus* vel *verbis*, est, tuis conditionibus, tua sententia, eo quodcumque tu statueris. Iphig. Aulid. 1154. ἢ 'με χρὴ λέγειν τὰ σά; *aut oportet me dicere tua?* i. e. pro te loqui. τἀπό σου, Electr. 278. *tua verba*. In singulari Soph. Ajac. 1283. ἐπαι-

νέσας τὸ σόν· *tuam comprobans sententiam*, vel *quod tu dicis:* ut τὰ σὰ, ibid. v. 1284. De locutione, τί γὰρ πάθω, vide Gatakerum ad M. Antonin. XII. 16. MARKL. Vide etiam ad Phœn. 895.

257. ἄγ', ὦ γεραιαί. Interpretes videntur legisse, Ἀλλ', ὦ γεραιαί· vertentes, *Sed, O anus:* ut v. 357. MARKL. Recte.

258. Vulgo καταστροφῆ. Conjeceram καταστεφῆ· sed prius idem fecerant Scaliger et Duportus, probante Heathio. γλαυκὴν χλόην φυλλάδος καταστεφῆ est descriptio τῆς ἱκετηρίας seu *rami supplicis:* per γλαυκὴν χλόην φυλλάδος intelligit *frondem virentem olivæ:* per καταστεφῆ *lana redimitam* seu *cinctam:* vide Barnes. ad v. 10. Æsch. Eumen. 43. Supplic. 22. Sed Supplices hæ *tonsæ* erant, (v. 96.) non *coronatæ.* Athenæus lib. XV. c. 5. p. 675. A. de iis qui in luctu sunt: ὁμοιοπαθεῖς τῷ κεκμηκότος, κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. Quin et στέμματα quæ gerebant Supplices, et quibus dicuntur ἐξεστεμμένοι apud Soph. Œd. Tyr. 3. et alibi, non in capitibus, sed in manibus gestabantur. Notum Homeri istud, Στέμματ' ἔχων ΕΝ ΧΕΡΣΙΝ. Ἐξεστεμμένοι ibi verti debuit *instructi,* non obstante Triclinio: vel totus versus, *Ramos supplicatorios gestantes.* MARKL. De ramo supplicatorio singulare quiddam habet Porphyr. de Antro Nymph. p. 72. MUSGR.

259. πυρφόρον θεάν. *Flammiferam deam:* ita Ceres dicta, ut et Orpheo λαμπαδόεσσα, eo quod Proserpinam filiam, a Plutone raptam, per totum orbem lampadem manu gestans quæsiverat. Vide Claudian. de raptu Proserpinæ et Ovidium Metam. V. 7. *Illa duabus Flammiferas pinus manibus succendit ab Ætna, Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras,* etc. Item Apollodorum Biblioth. I. et Joh. Meursii Eleusinia c. 3. Item Stat. Theb. XII. *Qualis, ab Ætnæis accensa lampade saxis, Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ Ausonium Siculumque latus, vestigia Nigri Raptoris vastosque legens in pulvere sulcos: Illius insanis ululatibus ipse remugit Enceladus, ruptoque vias illuminat igni.* BARNES.

262. Hic luxatum esse suum codicem dicit Brodæus. Lacunam Philippus Melancthon tribus versibus insertis expleverat, quos habet ed. Brubachiana. Illud vero fugerat criticos, quod recte attendenti facile persuadebitur, hanc non esse Adrasti, sed chori orationem. HERMANN.

263. Ταυτὸν πατρῷον αἷμα κ. τ. λ. Id est, *eandem patriam* (non *paternam*, quod falsum esset) *originem*; idem genus, eundem ortum, quod ad *patriam* attinet. Sic πόλει πατρῴᾳ, *patriæ*, Noster Autolyco, ed. Barn. p. 459. quod est πάτριον πέδον, hac Fab. 363. Hemsterhusius ad Lucian. (T. I. p. 384, 1.) notat, "castigatissimi Veterum scriptores aliquando πάτρια et πατρῷα promiscue deprehenduntur usurpasse." Vide Bergler. ad Alciphron. II. 4. p. 264. Euripidem Heraclid. 872. Helen. 88, 90. MARKL. Vide ad Alcest. 257.

264. τί δρᾷς; προδώσεις ταῦτα; Forte ex Æsch. Theb. 105. Τί ῥέξεις; προδώσεις, παλαίχθον Ἄρης, τὰν σὰν γᾶν. MARKL.

267. δοῦλος δὲ βωμοὺς θεῶν. Plutarchus De Superstit. p. 166. E. ἔστι δούλῳ φεύξιμος βωμός. Θεῶν est monosyllabon. MARKL. Vide ad Orest. 389.

269. οὐκ ἔστιν οὐδὲν κ. τ. λ. Vide Iphig. A. 161. Hoc Horatius ad verbum fere ita effert: *nihil est ab omni Parte beatum*. BARNES.

270. βᾶθι, τάλαιν', ἱερῶν κ. τ. λ. Una aliqua ex Choro ceteras alloquitur, hic, ut unam personam; alibi, ut plures: quod fieri solet. MARKL.

271. Vulgo plene distinguitur post βαλοῦσα, et legitur τέκνων τε θνατῶν κόμισαι δέμας. ὢ μελέα κ. τ. λ. Τεθνεώτων est trisyllabum, ut apud Homerum et Apollonium Rhodium III. 747. Μητέρα τεθνεώτων κ. τ. λ. ubi vide Hen. Stephanum. ἀντίασον κομίσαι· *supplica illi ut referat, reportet*, (vel *ad sepulturam efferat*) *filiorum mortuorum corpora*, ut v. 125. Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων. Interjectio vocum, ὢ μελέα ἐγώ, similis est in Soph. Œd. Col. 785. 1402. Nostro Phœniss. 1599. Aristoph. Thesmophor. 1047. Οὗς, quasi præcessisset υἱῶν, pro τέκνων: vide ad v. 44. MARKL.

274. Vulgatum κρίνετε ex notissimo Hecubæ loco v. 62. in ἀείρετε mutavi. Fortasse etiam με addendum. HERMANN. Male: Sensus enim loci plane diversus est; Hecuba scilicet *surgere*, Choro autem Supplicum ad Thesei genua *cadere*, cupiente. Reiskii igitur emendatio (κλίνετε) quam se intelligere negat Marklandus, unice vera Elmsleio jure videtur. Cf. Alcest. 277.

276. πρὸς σὲ γενειάδος. Ut Hippol. 600. πρὸς σὲ δεξιᾶς, et 602. ὢ πρὸς σὲ γονάτων. Plura vide apud Valckenærium ad Phœniss. 1665. Ναί, πρὸς σὲ τῆσδε μητρός. MARKL.

277. Vulgo δειλαίαν, interpunctione post χέρα posita; quæ certe non deterior Matthiæana lectione δειλαία.

278. ἱκέταν. Marklandus non male ἱκέτιν. MUSGR. Ἱκέταν servandum duxi, conjungendumque cum ἰήλεμον. HERMANN.

279. Vulgo ἤ τιν' ἀλάταν. Legendum puto: ᾗ τιν' ἀλάταν, *velut erronem aliquem.* Nobiles Argivæ, ex quibus Chorus constat, quanquam supplices, non erant errones. MUSGR.

280. τέκνον. Chorus appellat Thesea τέκνον, quemadmodum Nutrix Hippolytum, Hippol. 606. 610. quod fere blandientium est; interdum mitis animi indicium, ut in isto Abraami ad Divitem in inferno, Luc. XVI. 25. MARKL. Abresch. Anim. ad Æsch. I. p. 152. putat, hoc sumtum e Soph. Antig. 29. Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν Θησαυρὸν, εἰσορ-μῶσι πρὸς χάριν βορᾶς. BECK.

281. ἐν ἡλικίᾳ τᾷ σᾷ. *In tuo tempore:* utpote indignum seculo Thesei. De locutione vide Horat. Vitringæ Animadv. ad Vorstium, p. 215. in calce Observationum Lamberti Bos. MARKL.

282. Cum ἐπιδάκρυον alibi non occurrat, disjunctim legunt Interpretes recentiores, ἐπὶ δάκρυον. Dissentiunt tamen de præpositione ἐπὶ, quam Reiskius et Heathius ad βλεφάρων referunt, Marklandus ad δάκρυον, ut constructio sit βλέψον ἐπὶ δάκρυον: quod et ego melius puto. MUSGR. περὶ σοῖσιν Γούνασιν ὧδε πιτνῶ. Quod est περιπτύξαι γόνυ, Iph. Aul. 981. ἀμπίσχειν γόνυ χερὶ, supra hac Fab. 164. et ἀμφιπιτνεῖν γόνυ, 277. MARKL. De γένασιν vide ad Iph. A. 1208.

284. μῆτερ, τί κλάεις. Eadem sententia Iph. Aul. 1109. Τέκνον, τί κλάεις; confer cætera. MARKL.

286. κἀμὲ γὰρ διῆλθέ τι. Hoc est, verbis Herodoti III. 14. ἐσῆλθε οἶκτός τις. Usus particulæ τι, cum quis se affectu aliquo commotum sentit. Plutarchus Nicia, p. 541. C. τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μέν ΤΙ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τοὺς λόγους, ὁ Γύλιππος. Sic et Lysandro, p. 434. A. Xenophon Conviv. p. 873. D. οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ ΤΙ τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου. Athenæus VIII. 7. p. 346. προσπεπονθέναι ΤΙ δεῖ, *tangi aliquo affectu.* Istud γὰρ similiter poni videtur Phœniss. 960. Κρέον, τί σιγᾷς;—κἀμοὶ ΓΑΡ οὐδὲν ἧττον ἔκπληξις πάρα. Hic vero tota sententia subintelligitur, *Non tamen miror:* NAM *et me aliquid pervasit,* commovit: (vid. ad v. 8.) id est, commotum me sentio: et ita forte in loco Phœnissarum. MARKL.

288. Vetat Theseus matrem *flere dum assideret aris* (ἐσχάραις) *Cereris,* quia nihil triste conveniebat sacrificantibus: unde Chorus ad Clytæmnestram (Iphig. Aulid. 1466.) dicit, *non lacrymari decet in sacris:* vide Plutarchum in Fabio, p. 184. E. Sed præcipue in Cereris sacris hoc cavebatur:

Livius XXXIV. 6. *quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, Senatus finiri luctum triginta diebus jussit:* et XXII. 56. *adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat.* MARKL.

290. ἔφυς. *Es:* ut Bacch. 612. Aristoph. Acharn. 971. πέφυκας, idem, Phœniss. 80. Ἔφυ, ib. v. 198. 469. et passim. Interrogationem recte omisit Barnesius. Theseus dicit Matri, *Tu ex illarum numero non es;* i. e. non es *misera:* nam illa modo dixerat, *O miseræ mulieres!* Plena locutio est, Οὐ σὺ ἔφυς (i. e. εἶ, *es)* ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε. Heathius vertit, *non tu harum gnata es.* Barnesius, *non tu illorum* (i. e. *mortuorum) mater es:* Mirum videtur quemquam, qui Poëtas legit, ambigere potuisse de sensu hujus loci. Herodot. V. 92. p. 319. Ἀμφίονι δὲ, ἐόντι τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή· i. e. ὄντι ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων τῶν ἀνδρῶν. Sic τρίτος τῶνδ' Ἱππομέδων, i. e. ἐκ τῶνδε, vel ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε, hac Fab. 882. et τούτων γενοῦ μοι. Aristoph. Nub. 107. MARKL.

291. Εἴπω τὶ, τέκνον. Vir Cl. Sam. Clarkius ad Homer. Iliad. A. 51. dicit, si recte intelligo, vocem τέκνον in Iambis Tragicorum et Comicorum primam syllabam semper corripere. Hoc loco certe τέκνον primam producit, et 455. Phœniss. 528. 1264. Iphig. Aulid. 1443. Bacch. 1304. Med. 883. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας. Heraclid. 48. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο, λαμβάνεσθ' ἐμῶν Πέπλων. MARKL.

293. εἰς ὄκνον—μῦθος—φέρει. Neque εἰς vacat, ut putabat Brodæus; neque εἰς ὄκνον φέρει est εἰσφέρει ὄκνον, ut voluit Barnesius: sed φέρει εἰς ὄκνον significat, *tendit, spectat, fert ad cunctationem,* id est, *cunctari me facit.* Locutio Ionibus cum Atticis communis, (lingua enim Ionica erat vetus Attica) sicut multæ aliæ quas falso docemur esse mere Atticas. Herodotus VIII. 142. φέρει εἰς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα· *pertinet ad totam Græciam.* Idem I. 10. ἐς αἰσχύνην φέρει· *tendit ad probrum;* ubi vide doctiss. Jac. Gronovium, qui notat hoc esse Herodoteum. Imo et Euripideum, ut Herodoti pleraque: nam ita rursus scribit Iphig. Aulid. 552. Quin et ob eandem rationem Sophocleum: vide Œdip. Tyran. 525. 527. 1010. Plura videas apud Herodotum, III. 133. IV. 90. VI. 19. et alibi. Sed et Plutarchus ita scribit in Lucullo, p. 506. E. οὐκ εἶχε συμβαλεῖν εἰς ὅ, τι φέροι· ut jam non Ionum, vel Atticorum, sed Græcorum sit. Et ita aliæ locutiones, quæ non sunt

mere Atticæ, vel Ionicæ, sed Græcæ. MARKL. Exemplis a Marklando allatis addit Porsonus Œd. Col. 1420. Scholiast. ad Æschyl. Prometh. 1065. Procop. apud Suid. v. ἐπιεικῶς, Jo. Antioch. Excerpt. Valesii, p. 834. *Advers.* p. 231.

294. Legendum cum Barnesio et Marklando φίλους. vide Hippol. 911. MUSGR. Vulgo φίλοις.

297. εὖ λέγειν. *Perite dicere,* ut Aristoph. Nub. 1141. Noster. Bacch. 248. Dicit Æthra: Neque metuens vulgarem opinionem, quæ est, perniciosam rem fore, si fœminæ permittantur ῥητορεύειν, amittam, &c. ἀχρεῖον, *inutile,* per μείωσιν vult *damnosum, perniciosum.* MARKL.

298. τοὐμὸν καλὸν. *Quod mei est officii.* BRODÆUS.

302. 'δικουμένοις. Vertitur hæc vox a Brodæo et interpretibus, quasi ad *personas* spectaret. Sed si argumentum propius intuearis, videri potest significare, *ob res injuste factas:* nempe a Creonte et Thebanis, ut τοῖσιν ἐξειργασμένοις, Orest. 451. τῷ σταυρῷ, *ob crucem,* Galat. VI. 12. Infra v. 1046. Androm. 901. τολμηρὸν εἶναι, est *confidere,* bene sperare, μεστὸν ἐλπίδων ἀγαθῶν, Xenophon 'Ελλην. III. p. 500. A. Vera hæc puto. MARKL.

303. εἶχον ἡσύχως. Vel εἶχον ἥσυχος, *tacuissem.* Herodot. VIII. 65. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. Medea 547. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. Sic ἄφοβος ἔχε, Orest. 1262. MARKL.

304. Vulgata, νυνὶ δὲ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει, vitiosa habita est et ob νυνί, (vide Pors. ad Med. 157.) et ob τὴν, pro quo Reiskius πρὸς conjicit. Videtur scribendum esse, νῦν δ' οὐχὶ σοί τε τοῦτο τὴν τιμὴν φέρει; Articulum nihil est quare quis vitiosum putet. Sensus est enim: *nunc nonne qui cum illa re conjunctus honor est, is tuus erit?* HERMANN.

308. εἰς τῶνδ' ἀνάγκην legendum monet Blomfieldius; qui et in versu sequenti confert Herodot. VII. 136. κεῖνυς μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας.

312. ἐρεῖ δὲ δή τις. Idem hemistichium Phœniss. 580. MARKL.

314. συὸς μὲν ἀγρίου. Suis Cromyoniæ, cujus nomen Phæa. Hanc Theseus occidit in Cromyone, Corinthii agri vico. Vide Plutarch. in Theseo. BARNES.

316. εἰς κράνος βλέψαντα, καὶ λόγχης ἀκμήν. Ut Electr. 375. τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων κ. τ. λ. Sed sensu diverso, licet eadem locutione. MARKL.

319. Temeritatis Athenienses arguebant, qui gloriæ eorum minus favebant, quod plerumque infirmiori parti se adjunge-

rent. Isocrates in Panegyrico: διὸ κ̀ κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν. vide infra v. 576. Heracl. 177. Ad eandem calumniam pertinet ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη, quod inverso ordine construendum κεκερτομημένη ὡς ἄβουλος.—γοργὸν ab adjectivo γοργὸς, *terribilis. Vides patria tua quam terribilem adspectum habeat? nempe in ipsis laboribus augescit.* Hemsterhusius structuram sic instituit: ὁρᾷς, ὡς γοργὸν ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσι, et vertit: *vides, quam torvos attollat oculos adversum irrisores.* Musgr. ἀναβλέπειν est *suspicere, oculos erigere,* ut Longin. de Subl. §. 44. ἄβουλος ὡς, ut κακὸς ὡς, Iliad. Φ. 94. Male audiebant Athenienses ἀβουλίας nomine, quod ex Suida v. Ἀθηναίων δυσβουλία, et ex Aristoph. notum. Toup. *Emendd. in Suid.* P. III. p. 213. Respexisse Euripidem ad dictum quodpiam tum temporis celebratum, in priore editione recte observaverat Marklandus. Nescio cur hæc in altera deleverit. Non autem inertia, opinor, eo dicto Atheniensibus exprobrabatur, sed nimia in bellis movendis celeritas. Hermann. Cf. Matt. Gr. Gr. §. 393.

321. τοῖς πόνοισιν αὔξεται. Scil. πατρός. Tacitus Annal. I. 31. *suis victoriis augeri rempublicam.* Sic αὔξειν πατρίδα, v. 507. αὔξειν πόλιν, Soph. Antig. 197. μείζω πόλιν αὔξει, Noster Iph. Aul. 562. Markl.

322. Σκοτεινὰ πράττειν non est *obscura* facinora *facere,* quemadmodum vertunt; sed *obscure degere,* humili et *obscura sorte uti.* Nam, ut observat Cl. Kusterus ad Aristoph. Plut. 341. "πράττειν apud Atticos (Græcos dixisse potuit) interdum significat *fortunam aliquam experiri,* vel, *sorte aliqua uti.* Sic Aristoph. Eccles. 104. πράττει τὰ μέγιστα significat, *ad summum fortunæ pervenit:* non, ut ibi Interpres, *res maximas gerit.*" Vide ibi plura et certiora. πράσσει εὐδαίμονα, ad finem Electræ Euripidis, *feliciter vivit.* Aristoteles Rhet. II. 8. οἱ μεγάλα πράττοντες κ̀ εὐδαιμονοῦντες, φθονεροί εἰσι· ubi itidem male vertitur *magna agentes.* Noster Helen. 719. πράξας τἀγαθὰ, *in optima conditione:* vide Demosthenem De Coron. p. 54. ed. Oxon. in Decreto Chersonesitarum: Aristoph. Av. 801. ἐξ οὐδενὸς Μεγαλα πράττει, *ex nullius momenti homine Magnus evasit et fortunatus:* uti vertit Interpres Græcæ linguæ peritissimus. Plutarchus in Cat. Maj. p. 352. A. de Carthagine: εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν ὐ ταπεινὰ πράττουσαν, ἀλλὰ πολλῇ μὲν εὐανδροῦσαν ἡλικίᾳ κ. τ. λ. et Lysandro, p. 436. B. πόλεις μοχθηρὰ πραττούσας, *civitates afflictas:* vide

Agid. et Cleom. p. 796. D. et sæpissime ita scribit Plutarchus. Recte vero Kusterus posuit *interdum*, non enim *semper* ita est: nam apud Xenoph. Anab. II. p. 91. D. μεγάλα πράττειν significat *gerere res magnas;* et ita sumi potest in loco Aristoph. Ecclesiaz. 104. supra citato. Hecub. 1226. πράσσειν τὰ μὴ καλὰ est *facere inhonesta* vel *mala*, ut πράσσειν κακὰ, Med. 1233. πράσσων πρᾶγμα μέγα, *rem magnam moliens*, Sophocl. Electr. 322. πρήγματα μεγάλα κατεργάζεσθαι, Herodot. V. 24. Andromach. 388. μεγάλα πράσσων, *magna facinora faciens.* ἔπραξε δεινὰ, *mala patravit*, Eurip. Electr. 961. Nimius sum: sed Junioribus hæc dicta sint, quibus notandæ sunt hæ argutiæ et differentiæ, sine quarum intellectu Scriptores Græci intelligi non possunt. MARKL.

326. σὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον. [Mavult Marklandus σοὶ δίκῃ γ' ὁρμωμένῳ.] Nihil mutandum. Cognata phrasis est χαίρω δέ σ' ἐληλυθότα in Sisypho: et χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα, Rhes. v. 387. vide et Hippol. 1329. Gemella vero: ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφάλῃ ποτὲ, Soph. Trachin. 301. MUSGR.

328. ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν. In re militari notissima metaphora. Æsch. Theb. 420. ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. Auctor Rhesi v. 183. Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος· et v. 443. κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην. Hinc ἀναῤῥίψαι τὴν μάχην, Plutarch. Cæs. p. 727. D. vide et Brut. p. 1002. D. et Arat. p. 1040. F. Notum istud Cæsaris, *jacta esto alea.* MARKL. Ita etiam Shakespearius Noster; *Richard III.* Act. V. sc. 8. *Slave, I have set my life upon a cast; and I will stand the hazard of the die.*

333. κἀπεφηνάμην Γνώμην. Vel, κἀπέφην ἐμὴν Γνώμην, κ. τ. λ. quia ἀποφαίνομαι, voce media, nunquam, si recte observavi, utitur Euripides: ἀποφαίνω aliquoties, sed sæpius ἐκφαίνω. Nihil tamen muto in contextu: nam ἀποφαίνομαι ab aliis Atticis scriptoribus in voce media sæpe usurpatur, et ἀποφήνασθαι γνώμην, in Epistola Isocratis ad Philipp. p. 827. et Ionico Herodoto VII. 152. IX. 5. et sæpissime: qui et ἐκφήνας γνώμην habet V. 36. Vide Plutarch. in Timoleon. ad fin. MARKL.

338. ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην. Hoc verbum, si recte habeat (et exemplaria non discrepant) *prægnans* est, ut loquuntur, et significat, *ex aliis eligens induxi* hunc morem in Græcos. Sic ἐξηκόντισα, *ex me ejaculata sum*, Iph. Taur. 352. ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν, *ex* Africa *Iberiam profectus*, Lucian. Dial. Mort. p. 286. Alii forte proponent εἰσελεξάμην, vel εἰσεδεξάμην. Cl. Reiskius dicit, εἰς Ἕλληνας construendum

esse cum δράσας καλὰ, versu antecedenti: et Euripidem non formidare trajectiones quantumvis duras et contortas. Sed probandum erat exemplo, δρᾷν εἴς σε καλὰ æque Græce dici posse, ac δρᾷν σε καλά. Aliter, nihil agitur, et frustra Euripides incusatur. Si quid mutandum, præposuerim εἰσεδεξάμην, ut Herodot. I. 44. 206. Xenophon Hellen. I. p. 430. C. Demosth. Adv. Bœot. p. m. 187. MARKL. ἐξεδειξάμην scripsi pro vulgato ἐξελεξάμην. HERMANN. Conjecturam Hermanni veram putat Elmsleius in Diario Class. T. VIII. p. 432. ἐξεδειξάμην pro ἀπεδειξάμην accipiens. Mavult Blomfieldius ἐξηνεγκάμην, conferens infra v. 561.

340. ἀπαυδᾷν πόνους. Quod est ἀπειπεῖν πόνους, Alcest. 505. MARKL.

342. ὅθ' ἡ τεκοῦσα σύ. Pronomen furcillis ejiciendum jubet Porsonus in Advers. p. 232. Vide Phœniss. 53. Alc. 168. Androm. 413.

345. λόγοισι πείσων. Et ita factum fuisse plerique tradunt, scil. *induciis*, non *prœlio*: et Philochorus ap. Plutarch. Vit. Thes. p. 14. A. narrat, σπονδὰς de tollendis cæsis eas *primas* fuisse. Sequitur: εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς, scil. ἀναγκάσων· quod oppositum petendum est ex πείσων, ut Heb. II. 17. ἵνα ἐλεήμων γένηται [τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους], καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Plura dixi ad Iph. A. 23. Aliter Cl. Reiskius: "punctum post δορὸς delendum. Constructio est, εἰ δὲ μὴ (πείσω λόγοις), τότε ἤδη ἔσται τοῦτο (id est τότε πείσω) βίᾳ δορός." Dubitari potest, an aliquis serio dici posset *persuaderi* hastæ vi. Comicorum videtur ista licentia et πειθανάγκη. MARKL. Male etiam Beckius, ut et Matthiæ, punctum post δορὸς delevit. Pro πείσων mavult πείσας V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 449. ut in Iph. T. 1018.

346. κοὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν. Eadem res videtur exprimi Alcest. 1145. per φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν. in Aristophane, τύχη μόνον προσείη, Avib. 1315. θεῶν ἵλεων ὄντων, Aristides Panath. p. 182. ed. Jebb. MARKL. Scilicet gravia infortunia Deorum invidiæ referre solebant veteres. Exemplis a Marklando allatis post alios addimus Nostri Orest. 962. φθόνος νιν εἷλε θεόθεν. Iph. A. 1084. μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ. Æsch. Pers. 367. οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρὸς, οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον. Soph. Phil. 776. τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον, Μή σοι γένεσθαι πολύπον' αὐτά. Pind. Isthm. VII. 55. ὁ δ' ἀθανάτων Μὴ θρασσέτω φθόνος. Cf. etiam Herod. III. 40. VII. 46. et Valckenærii notam p. 296. Blomfield. Gloss. ad Æsch. Pers. in loc. cit. Eodem refer Vell. Paterc. I. 10. *Deos immortales precatus est, ut, si quis eorum*

invideret opibus ac fortunæ suæ, in ipsum potius sævirent, quam in rempublicam. Ita etiam apud Livium, V. 21.

348. Intellige τὶ ante τοῦ λόγου. Quod hic appellatur προδιδόναι τοῦ λόγου, Xenophon vocat διδόναι λόγον, Hist. Græc. lib. V. p. 555. E. Sequitur: ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον. Expressum forte ex Æschyli Supplic. 497. in re simili: Ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος. Markl. προδοὺς λόγους est, *postquam prius retulero ad populum, antequam facere instituam, ejusque sententiam prius rogavero.* Reisk.

352. λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων. Nempe, in demonstrationem veritatis eorum quæ populo dicturus sum, de inhumanitate Thebanorum, et de necessitate succurrendi miseris supplicibus. Markl.

353. εἰς πλῆθος αὐτῶν εἶμι. Scil. πολιτῶν, Ἀθηναίων. vide doctiss. Hemsterhusium ad Lucian. Nigrin. p. 37. et Homer. Odyss. IX. 40. Æschylus dixit ἀστῶν in argumento simili, Suppl. 373. Ἐγὼ δ' ἂν ὃ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος, Ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε κοινώσας πέρι. et Eumenid. 490. Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα Ἥξω. Noster Heraclid. 335. Κἀγὼ μὲν ἀστῶν σύλλογον ποιήσομαι. Sed non idcirco legerem ἀστῶν hoc loco, nisi ita MSS. neque Orest. 894. Πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι. ubi bene scribi posset ἀστοὺς: vide locum. Markl. Atque ita certe legendum. Quam frequenter hæ voces confusæ sint, nemo nescit.

355. παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος. Tangit hunc locum, et morem explicat ex vv. 666. 676. et aliis auctoribus, Summus Wesselingius, Dissert. Herodot. cap. ix. p. 426. Markl.

357. ἀλλ', ὦ γεραιαὶ, σέμν' κ. τ. λ. Hinc apparet quare supra v. 39. Æthra dixerit, Ἢ τάσδ' ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ, *Aut ut* Theseus *has necessitates supplicatorias solvat* vel *finiat*: et v. 53. Μένω πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις. Illa enim religionis necessitate tenebatur, ne posset ab ara discedere, antequam Supplices eam liberassent, auferendo τὰς ἱκετηρίας, quod fieri solebat concesso isto quod petebatur: Sophocles Œdip. Tyran. 142, 143. Quamobrem Theseus eas orat, ut ramos supplices auferant, ut ita ipse matrem domum reducat. Si Theseus negasset quod petebatur, necesse videtur ut Sacrificio averteret iram Διὸς Ἱκεσίου, vel Θεῶν Ἱκεσίων (supra v. 40.) et Supplicantes abiissent, relictis post se ramis supplicibus, v. 258. in testimonium contra Thesea, v. 260. Markl.

361. Sententiam eandem habet Dicæogenes apud Stobæum Tit. LXXVII. Vide et duos Iambos Antiphanis Tit.

LXXXI. p. 474. Ceterum sumta videtur hæc γνώμη ex dicto Thaletis quod memorat Laërtius in ejus Vita, c. 37. Οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοὺς αὐτοὺς προσδέχου καὶ παρὰ τῶν τέκνων. Præclare Aristoteles in Œconom. I. 3. ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους ποιήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ. MARKL.

365. Legendum Πελασγίᾳ. *Pia erga Deos et magni æstimanda in Pelasgia et ad Argos.* MUSGR. Recte: nisi forte plenius emendaverit Matthiæ edendo μεγάλᾳ Πελασγίᾳ. Iph. A. 1357. Ἑλλὰς ἡ μεγίστη. Soph. Œd. C. 728. ἁ μεγάλα Δωρὶς νᾶσος. Vulgo μεγάλα Πελασγία.

367. Duas res optat Chorus, nempe, *Ut* Theseus *referat a Thebis filios earum occisos:* et, *Ut fœdus amicitiæ ineat cum Argivis.* Ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἐξέλοι vertunt *matris statuam funestam tollat:* quod quis potest intelligere? Ad verbum est, *matris oblectamentum cruentum efferat*, id est, *meos filios occisos efferat*, scil. ex terra Thebana; nam ματέρος (Chorus Argivarum matronarum loquitur) est ἐμοῦ ματέρος, mei, *quæ sum* eorum *mater*, ut mox v. 376. Ἄμυνε ματρὶ, πόλις, *succurre matri*, (i. e. *mihi) O civitas*, Athenæ: et ἄγαλμα, *oblectamentum*, frequenter dicitur *de liberis.* Sic infra 1171. ἄγαλμα ματρὸς, de *filia;* et Iphig. Taur. 263. Νηρέως ἀγάλματα, de Nerei quinquaginta *filiabus:* et δόμων ἄγαλμα *filiam* suam Iphigeniam appellat Agamemnon apud Æschylum Agam. 216. et Καδμείας νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς γόνος, Bacchus, apud Sophoclem Antig. 1127. Vide locum in Schol. Aristophan. Vesp. 312. et viros summæ eruditionis, Dorvillium τὸν μακαρίτην, ad Chariton. p. 12. et Ruhnkenium ad Timæi Lexicon Platonicum, p. 3, 4. Porro, ἐξέλοι, *efferat*, ut infra 571. γῆς ἐξελῶν Ἀσωπίας, sc. νεκρούς. Herodotus I. 36. ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας· *ut eam* (belluam) *e regione tollamus.* MARKL.

368. Interpunctionem, quæ post ἱκόμενος erat, post ἔτι collocavi, ut καὶ τὸ πλέον ἔτι jungantur: quæ verba eo spectant, quod chorus etiam fœdere jungi Argivos et Athenienses optat. HERMANN.

373. Τέμνειν φίλια, *secare amica*, est, *secando* partes victimarum *facere amicitiam* seu fœdus: ἀρθμὸν καὶ φιλίαν τέμνειν, Callimacho Fragm. Bentl. 199. sic ὅρκια τέμνειν, et σπονδὰς τέμνειν, quæ ex Homero et Euripide adduxit Barnesius, quem hic vide. τέμνειν ὅρκιον, Herodotus VII. 132. et passim; et ταμόντες, absolute, absque ὅρκια, Idem IV. 201. Φίλια τέμνειν adumbratum opinor ex Homero Iliad Γ. 73. φιλότητα καὶ

ὅρκια πιστὰ ταμόντες. ubi Scholiastes: φιλίαν καὶ ὅρκους πιστοὺς δι' ἐντόμων ποιήσαντες. MARKL.

376. ματρί. Interpretantur omnes de matribus Argivis. Nec sane inauditum est ad multitudinem significandam singularem numerum adhiberi. Ovid. de Tristibus, V. II. 26. *Quot tenerum pennis aëra pulsat Avis.* Sic plerique explicant πεύκην, Hippol. 1246. MUSGR.

377. νόμους βροτῶν μὴ μιαίνειν. Id est, ὥστε μὴ μιαίνειν, *ut Thebani ne polluant jura hominum.* Unde Aristides Panath. p. 117. dicit hanc Thesei expeditionem susceptam fuisse ὑπὲρ τῆς φύσεως ἁπάσης τῆς ἀνθρωπείας. et mox, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ νόμου. Apud Statium Theb. XII. 642. Theseus milites suos, ad hanc expeditionem profecturos, ita alloquitur: *Terrarum leges, et mundi fœdera mecum Defensura manus, dignas insumite mentes Cœptibus.* MARKL.

378. Quando quis propendet ad aliquid, vel contra, eleganter dicitur πλέον vel ἧσσον νέμειν seu διδόναι isti rei. Sic τὸ πλεῖστον διδοὺς τῷ πλούτῳ, v. 407. Intellige μέρος, quod exprimitur, v. 240. νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος· ubi mire Brodæus, vir tantus, explicat, *divitum bona invicem partientes;* pro, *tribuentes plus* (i. e. plus æquo) *invidiæ:* vide Helen. 917. Hec. 851. MARKL. Ceterum τόν τ' ἀεὶ δυστυχῆ legit Hermannus, commate post νέμεις posito; quod verum putamus. Anglicè diceremus, *whoever may happen to be in distress.* Vide ad Alcest. 716.

381. τέχνην μὲν ἀεὶ, κ. τ. λ. Præconem alloquitur Theseus. *Phegea* hunc appellat Statius Theb. XII. 596. MARKL. Voces μὲν ἀεὶ displicent Marklando. Non inepte Musgravius suspicatus est, mutilum hoc exordium esse. Ita pro μὲν conjicias γὰρ scriptum fuisse. HERMANN.

384. Voces σεμνῷ τυράννῳ ambiguæ sunt. Vertunt, *Superbo tyranno.* Ironice dictas capit Brodæus. Bono sensu mihi videntur sumendæ, propter πρὸς χάριν, ut Sophocl. Œdip. Tyran. 1172. Σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλάων δ' ἐρεῖς. Vocem σεμνὸς amavit Euripides, ut de voce σοφὸς in eo notant Veteres. Verterem, *Venerabili Regi.* MARKL.

385. θάψαι νεκρούς. Non vult Theseus, ut Creon eos *sepeliret;* sed ut *aliis sepelire eos permitteret.* Eandem rem eodem modo petit Adrastus a Theseo, v. 129. Athenienses volebant eos θάψαι, i. e. *cremare,* v. 559. sed Matres eorum plus appetebant, et cupiebant θάψαι eos χθονὶ, v. 17. i. e. *inhumare* eos, seu cineres eorum terra condere. MARKL.

386. συγγείτον' οἴκων γαῖαν. Quo argumento utitur Chremes iste humanus *Heautontimor.* init. *Vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.* MARKL.

387. Id quod Noster φίλον θέσθαι appellat hoc versu, Herodotus φίλον προσθέσθαι, Lib. I. 69. MARKL.

388. θέλωσιν. Scil. *Creon* et *Thebani*, mutato numero. MARKL. De voce αἰνέσαι vide ad Hippol. 37.

389. ἣν δ' ἀπιστῶσ'. Joan. Leunclavius not. ad Xenophon. Cyropæd. lib. I. p. 6. et alibi, hoc verbum semper scribendum esse contendit ἀπειστεῖν, quando significat, ut hic, *non obedire, immorigerum esse.* Huic assentitur Æmil. Portus, et exinde multa Tragicorum loca mutat, in not. p. 1160. Reiskius quoque in Iph. Taur. 1442. pro ἄπιστος legit ἄπειστος. Nihil hic notat. MARKL.

390. κῶμον ἀσπιδηφόρον. Κῶμος proprie est *comessatio*, figurate *comessantium turba;* in hoc loco ponitur pro juvenum turba, ad bellum, quasi ad convivium, euntium, et queis bellum etiam magis placet, quam convivium; ut Hesiod. in Scuto v. 114. λιλαίμενοι πολέμοιο Φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης. BARNES.

392. Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνόν. Frigide olim hæc reddebantur: *circa templum, ubi fiunt pulchri Chori;* quum vertendum esset, ut nos nunc scripsimus, *circa Callichorum* puteum. Est enim puteus istius nominis in Attica, cujus meminerunt Pausan. in Atticis, p. 36, 38. et Apollodorus in Bibliotheca L. I. item Nicander in Theriacis: τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' Ἀχαιὴ Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων. Callimachus quoque Hymno in Cererem, v. 16. Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὀμφαλὸν Ἔνναν, Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί. BARNES. Mallem εὐτρεπὴς ὅδε, *paratus ille*, (vulgo εὐπρεπὴς) ut Hecub. 560. πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. Æschylus Theb. 89. ὄρνυται λαὸς εὐπρεπής· ubi Stephanus notat scribi εὐτρεπής. Valckenærius quoque ad Phœniss. 801. præfert εὐτρεπὴς hoc loco Euripidis. Dubitat Hemsterhusius (ad Lucian. Dial. Marin.) utra vox sit præferenda. MARKL. Vide ad Hec. loc. cit. ὅδε non est pleonasticum, ut putat Marklandus; sed adverbialiter sumendum, et Anglicè vertendum, *here:* ut in Iph. A. 6. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει; Vide Matt. Gr. Gr. §. 470.

393. καὶ μὴν ἑκοῦσά γ'. Sic scripsi pro ἑκοῦσά τ'. Eodem modo, ut postea comperi, emendavit cel. Matthiæ. HERMANN.

399. *τίς γῆς τύραννος;* Præconum genus non amavit Euripides: unde eos ut ineptos, nonnunquam ut malos homines inducit; vide Heraclid. 48. seqq. Hunc, absurdum, et abrupte ingredientem facit, *τίς γῆς τύραννος;* quod in actione fabulæ proculdubio spectatoribus apparuit. Cassandra in Troas. 429. dicit, Præcones unum habere nomen generale, nempe, *ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς*, *odium commune hominibus*. Neque de eorum virtute et constantia melius judicavit Noster Orest. 883. Τὸ *γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες*. Et Scholiast. ad v. 903. citat gnomen Euripidis ex alia aliqua Tragœdia, *σπέρμα κηρύκων λαλόν*. In Heraclid. 114. Copreus, Eurysthei præco, (de quo Apollodorus Biblioth. II. 4.) similiter quærit, Τίς *δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ;* sed non tam abrupte quam hic præco. Facetum est istud Archestrati in Gastronomia apud Athenæum, lib. III. cap. 13. *τοὺς κήρυκας δ' ἐπιτρίψαι* Ὁ Ζεὺς, *τούς τε θαλασσογενεῖς, καὶ τοὺς ἀγοραίους*, Πλὴν *ἑνὸς ἀνθρώπου*. Κῆρυξ enim est nomen piscis, vilis tamen secundum Archestratum. Markl.

400. *Κρέοντος*. Quomodo Creon, exstinctis Polynice et Eteocle, in regnum Thebarum successit, vide Phœniss. etc. Barnes.

401. *ἑπταστόμους* Πύλας. Simile est *ἑπτάπυλον στόμα*, Soph. Ant. 119. Vide ad Phœn. 287.

402. Hæc præpositionis *ὑπὸ* cum dativo constructio Homerica est. Il. Π. 420. *χέρσ' ὕπο* Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο *δαμέντας*. Matt. Gr. Gr. §. 392. obs.

406. *ἐν μέρει*. *Vicissim:* vide ad Phœn. 1433.

407. *διδοὺς* Τὸ *πλεῖστον*. Vide supra ad v. 378.

409. Verte: *Unum quidem hoc nobis, sicut in calculorum ludo, das auctarii loco*. Metaphora est sumta a legibus lusoriis, ubi sæpe peritus imperitiori unum, duo vel plura, in ludi computo puncta gratis concedit, antequam incipiat ludus, ut ejus imperitiæ velut supplementum sint, et partes exinde æquentur. Heath. Ingeniose observat Brodæus, Atheniensium magistratus sortito plerumque deligi, quomodo in talorum ludo fieri solet: quod ab Aristotele aliisque merito reprehenditur; quia sic omnia Fortunæ arbitrio committi videntur. Affine est huic Terentianum illud in Adelphis:—*Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris: Si illud, quod maxime est opus jactu, non cadit, Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas, necesse est*. Barnes.

412. *ἐκχαυνῶν λόγοις*. Id est, qui facit cives *εἶναι χαυνοπολίτας*, ut loquitur Aristophanes Acharn. 635. [Vide ad An-

drom. 913.] Ceterum his quinque versibus describit Euripides, sub persona Præconis Thebani, mores Rhetorum et δημαγωγῶν sui temporis: quibus similia occurrunt in Aristoph. Equitibus, et alibi. Sæpe ita facit Noster, et sensum suum sub larva effert. MARKL.

417. διορθεύειν credo esse ad normam vel canonem veritatis exigere: λόγοι sunt argumenta utrinque in disceptando allata. Persius Sat. IV. 11. *Rectum discernis, ubi inter Curva subit, vel cum fallit pede regula varo.* MUSGR.

419. ἀντὶ τῦ τάχυς Κρείσσω. Abundare videri potest ἀντὶ, ut sæpe. Sophocles Trachin. 586. ἀντί σου πλέον, *magis quam te.* Antig. 188. Aristoph. Eccles. 920. Plato in Timæo, p. m. 146. Sed, si vere dicendum est, hæc ratio est grammatica omnium hujusmodi genitivorum. Exempli causa, cum dicimus, ἐγώ εἰμι κρείσσων σοῦ, plena, opinor, locutio, et ratio genitivi est præpositio ἀντί· ἐγώ εἰμι κρείσσων [ἀντί] σῦ. et ita in cæteris: ut *præ* Latinis, *ego melior sum* [*præ*] *te.* MARKL. Vide Matt. Gr. Gr. §. 450. Obs. 1.

420. πένης, Εἰ κ̕ πένοιτο. Speciosum est quod Barnesius edidit ex conjectura Scaligeri, Canteri, et sua: γαπόνος δ' ἀνὴρ, πένης Εἰ κ̕ γένοιτο, κ. τ. λ. Et tamen forte retineri potest vel debet, (cum omnibus codicibus) alia distinctione: γηπόνος δ' ἀνὴρ, πένης (Εἰ κ̕ πένοιτο) κἀμαθὴς ἔργων ὕπο, κ. τ. λ. *Agricola vero, pauper (Si* ita accidat ut *etiam pauper sit), et illiteratus ob opera rustica,* etc. Hanc autem exceptionem inferre potuit, quia omnes γηπόνοι non sunt pauperes. MARKL. Recepi præclaram emendationem Erfurdtii, εἰ καὶ γένοιτο μὴ 'μαθὴς, ἔργων ὕπο, nisi quod non in fine versus, sed post ἀμαθὴς interpunxi. Canterus γαπόνος. Prætuli tamen, quod codd. habent γηπόνος, et ob γηπονεῖν in Rheso v. 75. et ob Hesychium, qui non γαπόνος habet, sed γηπόνος· γεωργός, γεωμόρος. HERMANN. Lectionem suam eligat Lector. Quod ad Doricam formam γάπονος attinet, vide Porson. ad Orest. 26.

421. ἔργων. *Opera rustica,* proprie, ut in titulo poëmatis Hesiodei, Ἔργα κ̕ Ἡμέραι. Caussam denotat ὑπὸ, ut v. 1122. ὑπὸ πένθυς. vide ad v. 1130. MARKL.

423. ἢ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν, Ὅταν κ. τ. λ. *Porro mala res est hæc præstantioribus, Quando,* etc. Noster in Plisthene: Πόλει γὰρ εὐτυχῆντες οἱ κακοὶ, νόσος. MARKL. τοῖς ἀμείνοσιν. Plato: οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος. De Legg. I. p. 770. MUSGR.

426. παρεργάτης λόγων. Id est, qui præter ἔργον, *ministerium* suum, seu officium *(Præconis)* etiam *Oratoriam* et *Facun-*

diam ἐν παρέργῳ, *obiter*, et post res magis serias, coluit et exercuit. Irrisorie: apud Thebanos enim nullus honor *eloquentiæ*: nam *nemo Argivus*, THEBANUS, *Lacedæmonius Orator, aut, dum vixit, auctoritate, aut post mortem, memoria dignus existimatus fuit*; ut observat Velleius Paterculus I. 18. MARKL.

427. ἀγῶνα τόνδ' ἠγωνίσω. Vide ad Alcest. 664.

428. ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων. Medea 543. Ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων. MARKL. Herodotea L. III. c. 80. confert Wessel. p. 238. BECK.

429. τυράννου. *Regem* intelligit: nam hic ipse appellatur βασιλεὺς, v. 444. et disputatio est de *Monarchica*, sive *unius* potestate, collata cum *Statu populari*: quamquam nonnullis in locis videri potest confundere *Regnum* cum *Tyrannide*; invidiæ caussa, opinor. MARKL.

432. καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστ' ἴσον. *Et hæc res* (sc. *Lex*) *non amplius est æqualis* omnibus: quemadmodum omnes Leges esse debent. Vide sequentia, quæ hanc scripturam confirmant, et v. 408. Demosthenes in Aristocrat. p. 288. ed. Tayl. ὥσπερ γὰρ τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτως ᾤετο δεῖν καὶ τῶν νόμων ἴσον μετέχειν πάντων ὁ θεὶς αὐτόν. Ista autem, κεκτημένος Αὐτὸς παρ' αὑτῷ, forte sumuntur ex Æschyli Prometh. 186. ubi Jupiter dicitur παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων. vide ibi Scholiasten. Neutrum vero τόδε, *hæc res*, cum præcederet νόμος, Euripidi solitum est. Sic infra v. 595. ταῦτα, cum antecederet θεούς· et centies alibi reperies, ut et in Herodoto: vide VII. 123. Καναστραίην ἄκρην, ΤΟ δὴ κ. τ. λ. MARKL. Ad τόδε non debebat νόμον, sed τὸ κρατεῖν intelligere. HERMANN. Vulgo legitur κ' τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι.

435. τοῖσιν ἀσθενεστέροις. Neutrius generis, a recto τὰ ἀσθενέστερα (idem quod οἱ ἀσθενέστεροι) propter κλύῃ, quod alioqui fuisset κλύωσι. Sic τὰ ἔχθιστα pro τοὺς ἐχθίστους, Iphig. Aul. 1157. Aut supplendum est ex sensu loci τις. ὅταν κλύῃ τις κακῶς. vide infra v. 448. Ἀσθενεστέροις est *pauperioribus*, ut paullo ante, ubi ἀσθενὴς et πλούσιος opponuntur: et ita Electr. 265. in Herodoto passim, et aliis. οἱ ἀσθενοῦντες sic videtur intelligendum Actor. XX. 35. Ἔστιν est ἔξεστιν, *licet*. ἐνισπεῖν κακὰ τὸν εὐτυχοῦντα, cum duplici accusativo, ut Medea 61. Ὦ μῶρος, εἰ χρὴ δεσπότας εἰπεῖν τόδε· non δεσπόταις, ut vulgo legitur, ab interpolatore, qui nescivit ultimam accusativi pluralis in prima declinatione simplicium longam esse. Sophocles Electra 990. Τοιαῦτά τοι νῷ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν. MARKL. MUSGR.

438. τίς θέλει κ. τ. λ. Ex Aldina ita edidit Barnesius, præcedentibus Scaligero et Duporto: et confirmavit loco Orest. 873. et Demosth. de Coron. §. 53. ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Ante erat: ἐκεῖνο, εἴ τις θέλει. Adde Aristoph. Acharn. 45. Thesmophor. 386. et Kusterum ad Ecclesiaz. 130. Aristid. Serm. Sacr. I. p. 277. MARKL.

442. αὐθέντης χθονός. Αὐθέντης pro δεσπότης Suidas ait esse ἀκυρολεξίαν. et Eustathius ad Iliad. Ω. citatus a Valesio ad Harpocrat. p. m. 27. dicit αὐθέντης non esse δεσπότης, prout refert Ælius Dionysius. Ipse Harpocration, ὁ αὐθέντης αὐτόχειρα δηλοῖ, *qui manu sua cædit:* et verbum αὐθεντεῖν improbat Thomas Magister, pro eo Atticis commendans αὐτοδικεῖν. vide notas ibi. Semper alibi pro *interfectore* hac voce utitur Euripides, Androm. 172. Iph. Aul. 1177. et passim. Unde hic forte scribendum εὐθυντὴς χθονὸς, *rector terræ:* ut εὐθύνων λαὸν, *regens populum,* init. Hecubæ. εὐθύνων πόλιν, Sophocl. Antig. 184. et Noster supra v. 418. ἀπευθύνων πόλιν, Œdip. Tyran. 104. unde σκῆπτρον εὐθυντήριον, Æschyl. Pers. 766. Operæ pretium duxi exscribere ex Budæi Commentar. Ling. Græcæ, p. 813. notam Theod. Gazæ, qui "in Libro περὶ μηνῶν ait hoc vocabulum olim tantum significasse τὸν αὐτόχειρα: postea vero, et supra mille annos, αὐθέντην Græce hoc significare cœpisse quod apud Latinos *auctor* significat. Id quod ideo dicit factum, ut Græci unam dictionem haberent, quæ plane responderet dictioni Latinæ; hoc est, huic nomini, *auctor:* vel, ut apud eum legitur, αὔτορ. Inde αὐθεντία, *auctoritas:* quod verbum in Pandectis sæpe legitur." Vide ibi cetera. Heathius remittit ad Abresch. in Miscell. Observ. T. V. p. 109. MARKL. Conjecturam Marklandi probat Valckenærius in Diatrib. p. 188. assentiente Musgravio, nec improbante Porsono in Advers. p. 233.

443. ὑποῦσιν est i. q. ὑπάρχουσιν, *in promptu positis.* REISK.

444. ἀνὴρ βασιλεύς. Ut apud Herodot. I. 90. ἄνθρωπος βασιλεύς. Matt. XVIII. 23. ἀνὴρ ἀδελφὸς, et γυνὴ ἀδελφὴ in N. T. alibi. φρονεῖν *spiritus generosos gerere* vertit Heathius. MARKL.

447. πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἄν. Vide supra ad v. 181. BARNES.

448. λειμῶνος ἠρινοῦ. Ἔαρ et ἦρ, *ver:* ἐαρινὸς et ἠρινὸς, *vernus.* Sensus est: *quando tyrannus præstantissimos quosque gladio demetit, ut tot præcipuos flores in verno prato;* quomodo Tarquinius per papaverum demessa culmina significabat, eandem rem a filio in Gabiis fieri debere. BARNES. Confer ex-

emplum Thrasybuli apud Herodot. V. 6. p. 422. ibique Valck. et Wessel. BECK.

449. τόλμας. Pro τολμηρᾶς. Abstractum, quod aiunt, pro concreto. MUSGR. κἀπολωτίζῃ. Proprie *lotum curiosius carpo*, hinc quodvis gramen, aut florem; et figurate *selectiores homines nece demeto.* BARNES.

450. τί δεῖ; *Quid prodest?* ut Androm. 756. Iphig. Aulid. 1024. MARKL.

451. Offendisse Marklandum videtur repetitio vocis βίον. Emendat igitur βίαν, illectus, credo, levitate mutationis; interpretatur autem *majorem facultatem violentiæ.* Verum neque verba, quod voluit Marklandus, exprimunt, nec, si vel maxime exprimerent, eam mentem Auctoris fuisse puto. MUSGR. Qui πίον', *opimam,* pro vulgato πλείον' conjecit. Sed nil mutandum. Ludit Poeta in voce βίος, quæ nunc *vitam,* nunc *opes,* significat.

452. καλῶς. *Cum cura;* ut Iph. Aul. 728. Alcest. 325. Soph. Trachin. 588. καλὰς, Reiskius. MARKL. Reiskio consentit Blomfieldius.

453. Marklandus et Reiskius τύραννος legunt, sublata interpunctione post ἡδονάς. At sequentia repugnant. HERMANN.

454. δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι. Scil. ἡδονάς. *Illis qui voluptates istas parent Tyranno,* i. e. parentibus: idem ac si scripsisset Δάκρυα δὲ τοῖς γονεῦσι, vel τοῖς τεκοῦσι· sic ἑτοιμάζειν βουλὴν, Heraclid. 472. Ἡδονὰς et δάκρυα opponuntur. μὴ ζώην ἔτι est *Mallem mori,* quam hoc pati. Noster Orest. 1140. μὴ γὰρ οὖν ζώην ἔτι, Εἰ μὴ 'πὶ 'κείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν. Homer. Odyss. Ω. 439. Aristoph. Nub. 1257. MARKL.

456. πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα. Opinor, πρὸς τὰ σ' ἐξηκόντισα, vel, τὰ σὰ 'ξηκόντισα. *Et hæc quidem ad tua* VERBA *respondeo.* Sic Troas. 913. τὰ σ' αἰτιάματα, i. e. τὰ σά. vide et Sophocl. Œd. Tyr. 413. MARKL. Assentiente Musgravio.

458. κλάων δ' ἂν ἦλθες. Vide ad Hippol. 1084.

463. Hoc chori monitum ad Creontem et Thebanos pertinet, quorum legatus tam superbe fuerit locutus. BECK.

466. σοὶ μὲν δοκείτω κ. τ. λ. Proverbialiter. Euenus ap. Stobæum Serm. LXXX. et Athenæum IX. I. Καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ, λόγος ὡς ὁ παλαιὸς, Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε. Noster Alcest. 547. Σὺ τῇδε κρίνεις, κείνῃ δ' ἐγώ. Sophocl. Ajac. 1063. Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε. ubi Scholiast. notat proverbiale esse. MARKL. Heathius et alii ἐμοὶ δ' ἐναντία pro vulgata ἐμοὶ δὲ τἀναντία. Facilius videbatur, τἀντία

scribere. Vide v. 197. HERMANN. Nec aliter Porsonus in Advers. p. 234. qui etiam Marklandi exemplis addit Suid. v. Θεόπομπος. Εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτῦ γνώμης, ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω.

467. ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ, κ. τ. λ. Hoc est istud, *Ego et Rex meus*. Perite quoque ab Euripide ridicula hujus Præconis insolentia exponitur versu antecedenti, ΣΟΙ μὲν δοκείτω ταῦτ', ΕΜΟΙ δ' ἐναντία· quasi Thesei et Præconis æquali sententia, et pari jure: et v. 473. MARKL.

469. θεῦ δῦναι σέλας. Θεὸς absolute pro ἥλιος. Vide supra ad v. 207. et Med. 356. BARNES.

470. στεμμάτων μυστήρια sunt *venerabilia et non violanda supplicationum sacramenta*. Quia supplicantes *corollas* in signum suæ obtestationis protendebant, hinc dicti sunt στέφανοι pro ἱκετίαις, signum rei pro re significata. μυστήριον autem est omne venerabile, sacrum, non violandum. Sic Herodian. VIII. 7. militare Romanorum sacramentum dicitur μυστήριον. REISK. Sic et Scholiastes Pindari: τὰς ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλεῖσθαι. In Pyth. IV. Stroph. 8. MUSGR.

472. προσήκοντ' ὐδέν. Id est σὲ, ὐδὲν προσήκοντα, ut Herodot. I. 91. τὴν ἐκείνυ τιμὴν ὐδέν οἱ (i. e. αὐτῷ) προσήκυσαν. et III. 14. τὸν δὲ πτωχὸν, ὐδέν σοι προσήκοντα. Æschyl. Agam. 1089. MARKL.

477. ὡς δὴ πόλιν ἐλευθέραν ἔχων. Irrisorie alludit ad istud Thesei, v. 405. ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις. Patet hoc ex particula δὴ, *scilicet*. MARKL.

478. σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον κ. τ. λ. Vertitur, *Superbum reddas responsum, paucioribus* prolatum. Sed voces βραχίονος, βραχιόνων, et ceteri casus, sunt a recto βραχίων, *brachium*, non a comparativo adjectivi βραχὺς, *brevis*: [quæ vox βραχίων, *brevior*, nescio an in usu sit, vel extet.] quod hoc modo comparari videtur, βραχὺς, βραχύτερος, non et βραχίων, (istud est, *brachium*) βραχύτατος, et βράχιστος. Βραχίονες Græcis, ut *brachia* et *lacerti* Latinis, *robur* et *vires* denotat: *Fidens juventus horrida brachiis*, Horat. III. 50. et νέῳ βραχίονι, Noster Hecub. 15. Hac fab. 748. νέοι βραχίοσιν. Notum est βραχίων Κυρίυ, et βραχίων ὑψηλός. Accuratam notionem vocis σφριγῶντα pete ex doctissimo commentario Dav. Ruhnkenii in Timæi Lexicon Platonicum. σφριγῶντα θυμὸν, Æschyl. Prometh. 380. ubi Scholiast. νεάζοντα καὶ αὐξάνοντα. Qui hæc cum sequentibus connectit, quod non imiter. MUSGR.

479. πολλὰς πόλεις ξυνῆψε. Absolute συνῆψε, ut Herodot. IV. 80. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, κ. τ. λ. scil. μάχην. Hic intelligitur πολέμῳ vel μάχῃ. Sic Phœniss. 1381. Latinis *committere.* MARKL. Vide ad Phœn. loc. cit.

490. τέρπεταί τ' εὐπαιδίᾳ, sc. εἰρήνη· unde κουροτρόφος Θεὰ appellatur Pax, Bacch. 396. Deinde, χαίρει δὲ πλούτῳ· ob quod Εἰρήνη βαθύπλουτε vocatur Nostro in Cresphonte. MARKL.

494. ἐχθροὺς καὶ θανόντας. Quibus ἐχθρούς? Sensus, non Lingua, dicit hostes *nobis, Thebanis:* Linguæ, Argumento, et sequentibus multo melius convenisset: Σὺ δ' ἄνδρας ἐχθροὺς ΘΕΟΙΣ θανόντας ὠφελεῖς· monosyllabice posito Θεοῖς, ut sæpe. Libri non adjuvant. Sonus Iambi non objici debet, non magis quam infra v. 1208. 'Εν τῷδε λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμών. Et alii æque absoni inveniri possunt. Καὶ videtur additum fuisse vocabulo θανόντας, *etiam mortuos,* ut magis emphaticum videretur: non considerantibus ambiguitatem vocis ἐχθροὺς ita nude positæ. Vid. Aristoph. Nub. 581. Ran. 967. MARKL. Assentiente Musgravio. Recte omnino.

495. De sensu verbi κομίζειν vide doctissimum Joan. Taylorum ad Lysiæ Epitaph. etc. p. 30. ed. Lond. 4to. 1739. Θάπτων est *sepelire volens:* et ita κομίζων. MARKL. Vulgo legitur οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν. Metro succurrit Barnesius legendo ὕβρις οὕς. Marklando placet οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν, ut Bacch. 228. Herc. F. 726. Malim, οὓς ὕβρισμ' ἀπώλεσεν. vide Herc. F. 178. MUSGR. Musgravii emendationem jure præfert Porsonus. Pluralis ὕβρεις tria tantummodo exempla apud Tragicos extant, duo sc. supra citata, et Herac. 927. quæ omnia corruptela laborare docet V. D. in Censura Trimestri T. VIII. p. 450.

496. οὔτ' ἄρ' ἔτ' ὀρθῶς κ. τ. λ. *Neque igitur jam recte,* etc. Hæc loquitur Præco ex persona Thesei, et quasi Theseus ita judicaret. Versu proxime sequenti Brodæus intellexit ἐκ ante κλιμάκων, sine mentione ullius mutationis in contextu. Sed ἐκ et ἀπὸ et διὰ sæpe reticentur. [Vide Matt. Gr. Gr. §. 378. 1.] De Verbo καπνόω, quod Sylburgius vertit *fumo macero* vel *infesto,* vide eum in notis ad Clenard. et Antesignanum, p. 480. ed. 4to. Non occurrit in Lexicis vulgaribus. Ceterum ex hoc facto Capanei, quivis, qui expedite scalas ascendebat, quasi ex formula *Capaneus* vocabatur: Aristophon apud Athenæum VI. 9. [p. 238. c.] MARKL.

499. θεοῦ θέλοντος κ. τ. λ. Ex Æschyl. Sept. Theb. 433.

Θεῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν, Καὶ μὴ θέλοντος, φησίν. Markl.

500. χάρυβδις. *Terræ hiatus* in hoc loco. Scyllæ et Charybdis nota est Fabula ex Homero. οἰωνοσκόπον Amphiaraum notat Poëta, qui absorptus a terra periit ad Thebas. Vide ad hujus Fab. v. 927. et Statium Thebaid. L. VII. Barnes.

502. ἄλλοι τε κεῖνται κ. τ. λ. Repete οὐκ ὀρθῶς, ex v. 496. Et adhuc præco loquitur quasi ex Thesei opinione, quam ipse finxerat: satis insolenter. De τεθρίππῳ ἅρματι Amphiaraï hic, et v. 928. quod hoc tempore nondum in usu fuisse scribit Philostratus, vide Valckenærium ad Phœniss. 44, 5. Markl.

503. πέτροις καταξανθέντες. Sophocles Ajac. 744. πέτροισι καταξανθείς. Noster Troas. 513. δακρύοις καταξανθεῖσα. Phœniss. 1145. πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς. Markl.

505. ἢ θεοὺς δικαίως κ. τ. λ. Supplendum ὁμολόγει, *fateris*, vel tale quid: parum enim commode repeti potest ἐξαύχει e v. præcedente. Simili modo κελεύω intelligitur ante ἐξελαύνειν, v. 471. ubi ἀπαυδῶ, vox plane contraria, præcedit. Hujusmodi omissiones frequentantur Tragicis. Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. Obs.

508. Sententia hæc ita effertur in Eurip. Antiope: ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ Τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός. Markl. καταξαι. Aorist. 1. a κατάγνυμι, *frango*. Ceterum καταγνύναι vix bene Græcum videtur V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 450. ideoque scribendum censet καὶ μὴ ταράξαι. Nos diceremus, *to disturb one's country*. Cf. Herc. F. 599. Herac. 378.

511. Eleganter Matthiæ conjicit Ζεύς σφε τιμωρούμενος. Defendi tamen vulgata potest. Hermann. Quoad constructionem confert Porsonus in Advers. p. 235. Orest. 1587. ἀρκέσω δ' ἐγὼ λέγων. Iph. A. 1369. ἀρκεῖ μάχας τιθεῖσα.

516. ἡμᾶς. Id est ἐμὲ, ut passim. Hic non aliter esse potest, neque v. 1075. neque Iphig. Taur. 591. Vide supra v. 98. Markl. In priore versus parte ὡς pro εἰς. Vide ad Phœn. 1400.

517. καὶ πρῶτα μὲν κ. τ. λ. Vide ad Hipp. 988.

518. οὐκ οἶδ' ἐγὼ κ. τ. λ. *Non agnosco.* Confer cum hac locutione istam D. Pauli de Anania, Actor. XXIII. 5. Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. Cyclop. 321. Οὐδ' οἶδ' ὅ τι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρείσσων Θεός. i. e. καθ' ὅ τι, *in qua re*. Markl.

520. ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι. Allusum ad proverbium, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαὶ, cum rerum et naturæ ordo invertitur: vide

Scholiast. Med. 414. et Barnesium ibi, et quos advocat Berglerus ad Alciphron. lib. III. epist. 33. Ceterum tota subsequenti Thesei oratione splendidius aliquid aut humanius frustra quæsiveris. Ingenium Euripidis et bonitatem naturæ eximie illustrat. Markl.

521. εἰ 'πιταξόμεσθα δή. Notabis particulam δή, cum significatione, uti videtur, ironica vel irrisoria, ut *nimirum* et *scilicet* Latinis. *Id populus curat scilicet,* Terentius. Sic Iph. Taur. 1303. ὡς φόνον νίζουσα δή· *quasi cædem abluens scilicet.* Electra 658. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή; *an nuper scilicet?* sic et Æschylus Prometh. 954. Sophocles Antig. 731. ubi Creon indignabundus dicit, Οἱ τηλικοίδε κᾳ διδαξόμεσθα δὴ Φρονεῖν; *docebimurne scilicet sapere?* fere quemadmodum δῆθεν Nostro passim, Herodoto I. 59. et alibi sæpe, et aliis. Idem usus particulæ δὴ in Plutarch. Vit. Æmil. p. 271. A. ὡς ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, κ. τ. λ. et passim. Fere negligitur in versionibus, ut in ea Herodoti II. 121. p. 134. τὸν δὲ πεισθῆναί τε δή, κᾳ καταμεῖναι. vide locum, et hac fab. 477. Ἐπιταξόμεσθα pro ἐπιταχθησόμεθα, fut. med. pro passivo: vide Piersonum V. Cl. ad Mœridem Atticist. V. Ἀπαλλάξονται. Markl. Vide etiam ad Hipp. 1450.

523. ἦλθον εἰς Κάδμου χθόνα. Scil. *ut hostis,* vel *in armis:* hoc enim sæpe est ἔρχεσθαι πόλιν, infra v. 1201. 1215. quod plene in Ion. 1291. est, ξὺν ὅπλοις ἔρχεσθαι εἰς χθόνα. Sic πόλιν ἥξεις, Heraclid. 373. et Isocrates De Bigis, p. 693. τοὺς βαρβάρους τοὺς ἐπὶ πᾶσαν ἐλθόντας τὴν Ἑλλάδα. Herodotus IX. 81. ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος. quod est ἔρχεσθαι ἐπ' αὐτὸν, D. Luc. XIV. 31. Vide Valckenærium ad v. 46. admirabilis istius editionis Phœnissarum. Et tamen ἥκει εἰς γῆν, Orest. 53. et Æschylo citato supra ad v. 479. nihil tale innuit; neque ἔλθοι πόλιν, Sophocl. Œd. Col. 439. nec ἦλθες εἰς τήνδε χθόνα, infra hac fab. v. 1053. Adeo a semet ipsis variant Tragici in usu locutionum earundem, secundum sensum locorum. Καθίσταμαι πόλεμον, voce media, versu præcedenti, rariorem puto locutionem. Mens videtur esse, *instituo,* vel *committo bellum:* vide Budæum Comm. Ling. Græc. p. 484, 485. Markl.

525. ἀνδροκμῆτας. Æschylo frequentata vox: vide Choëph. 889. Eumenid. 961. Supplic. 686. In Agamemn. 823. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθοράς. Markl. Exemplis addit Porsonus Æsch. Eum. 248.

526. τὸν Πανελλήνων νόμον σώζων. De hoc loco, de pietate populi Atheniensis, et de totius Græciæ praxi in splendidis

mortuis, vide Jacobi Nicolai Loensis Miscellan. Epiphyllid. III. 19. ubi egregie ex Oratorum et Poëtarum locis ostendit, hanc humanitatis notam Græcis universis placuisse, ante omnes Atheniensibus. BARNES. De voce Πανέλληνες vide Grævium Lect. Hesiod. c. 12. (Ἔργ. 528.) MARKL.

527. τί τούτων ἐστὶν ἃ καλῶς ἔχον. Ita Erectheo Fragm. p. 468. τί τῶτων ὃχὶ δέξασθαι καλόν. In antiquitate profana pulchrius aliquid tota sequente ῥήσει vix inveneris. MARKL. Marklandi exemplo addit Porsonus Herac. 740. Euriph. Athen. IV. p. 134. C. Theoph. ib. p. 165. B. Menand. Stobæi. p. 109.

530. αἰσχρῶς δ' ἑ. Marklandus pro vulgato αἰσχρῶς τ'. Verba χὴ δίκη διοίχεται significant, *et vindicta finita est.* Sic in Soph. Œd. Col. 574. χὠ λόγος διοίχεται, (ita enim legendum) *nihil, quod dicam, reliquum est.* Ex hoc usu explicandus locus in Iphig. Aul. 956. in quo frustra laborarunt interpretes: τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ; Ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει, Τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται: i. e. τὸ δὲ μὴ τυχεῖν διοίχεται: *qui pauca vera, multa autem falsa dicit, casu verax: sin erraverit, res sic abit, nihil curatur.* HERMANN. Interpunctione post καλῶς amota, et post ἐκείνοις posita.

532. Emendat Marklandus ἕκαστος, et, licet cunctanter, τὰ ζῶντ' pro τὸ σῶμ'. Malim cum Toupio, qui feliciter hic, si uspiam versatus est: [vid. Emend. in Suidam, Vol. II. p. 6.] ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ ζῆν ἀφίκετο, Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν. Ubi ἀπελθεῖν Stobæo debetur, qui ita citat Tit. CXXII. MUSGR. Probante Porsono; nisi quod φῶς pro ζῆν substituere mallet.

533. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα κ. τ. λ. Ita fere nostræ literæ: *Corpus ad pulverem rediit, Anima ad Deum, qui dedit.* Præclare itaque in hanc sententiam Phocylides, etiam *resurrectionis* mentionem faciens, v. 98. Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν Λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται· Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι· Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών· Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν Λυόμενοι κόνις ἐσμέν· Ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται. De *Æthere* autem, quod locus sit animarum separatarum, vide quæ nos infra ad v. 1147. BARNES.

534. ὃτε γὰρ κεκτήμεθα Ἡμέτερον αὐτό. Paria habet de Divitiis, Phœniss. 555. Seneca ad Marc. c. x. *mutuo accepimus: usus fructus noster est.* MARKL.

535. ἐνοικῆσαι βίον est ἐνοικῆσαι τὸν χρόνον τοῦ βίου. Non male tamen Toupius in Suid. II. p. 6. ἐνοικῆσαι μόνον. MUSGR.

538. κοινὸν πάσης Ἑλλάδος. *Spectat ad universam Græciam.*

non ad Argos solum. Cum dativo Troas. 53. Markl. Vide Matt. Gr. Gr. §. 385. 10.

540. Eleganter εἰσφέρει, utpote de νόμῳ: quasi dixisset, Si quis hanc legem εἰσφέρει, non tam νόμον quam δειλίαν εἰσφέρει. vide Androm. 176, 177. Markl.

543. δείν' ἀπειλήσων ἔπη. Sophocles Ajac. 314. δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη. Æschylus Sept. Theb. 432. ἀπειλεῖ δείν', sine ἔπη. Markl.

544. μὴ κατασκάψωσι γῆν Ταφέντες ὑμῶν; Hoc non est, *ne effodiant terram vestram;* sed, *ne evertant civitatem vestram:* et absurdum augetur voce ταφέντες, *postquam sepulti fuerint.* Vide Iphig. Aul. 64, 92, 635. Markl.

545. ἐν μυχῷ χθονός. Lego, μυχοῖς. Dicuntur esse ἐν μυχοῖς χθονὸς vel qui vivi *sub terra* sunt, ut Hercules quando inferos adiit; vel qui mortui et *humati:* sic v. 927. ἀναρπάσαντες εἰς ΜΥΧΟΥΣ ΧΘΟΝΟΣ. Troad. 947. θανὼν ΓΗΣ ἦλθ' Ἀλέξανδρος ΜΥΧΟΥΣ. vide Herc. Fur. 37. et Sophocl. Ajac. 575. Nisi addatur adjectivum vel substantivum locale, ut Cyclop. 291. γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς· et 297. tunc enim significat *recessus Græciæ.* Aliud est ἐν μυχῷ χθονὸς, nempe, *in angulo* aliquo *terræ:* non *sub terris,* quod est ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et *in terris,* Propertio; id est, *apud inferos,* quibus opponuntur *superi,* seu *viventes,* et in terra adhuc versantes, apud Virgilium et eundem. τὸ *tellure repostos* Virgilii est τοὺς ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et Homeri ὑπὸ κεύθεσι γαίης, Odyss. Ω. 203. Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν ΜΥΧΟΙΣ δείκνυσι ΓΗΣ. Ita legitur ap. Suidam V. Φήμη. Idem vult ᾅδου μυχοὶ, Heraclid. 218. et γῆς σκότῳ κρύπτεσθαι, Helen. 61. Ion. 1238. ἐς γαίας μυχοὺς κρύψον hac fab. 1214. *sub terra abde;* ubi ἐν μυχῷ mentem loquentis non, opinor, expressisset. Markl.

547. τῆς γλώσσης. Putarem τῆς γνώμης: quia *timere vanos metus,* quod sequitur, non ad τὴν γλῶσσαν sed ad τὴν γνώμην pertinet. σκαιὸν ἀνάλωμα τῆς γνώμης, *lævum dispendium mentis,* est *stultitia.* Sed γλώττης ἐπίνοια legitur, pro γνώμης, nisi fallor, in Aristoph. Ecclesiaz. 570. Markl. Sed ἀνάλωμα eleganter nonnunquam de linguæ intemperantia adhibetur: Julian. p. 208. C. Ed. Spanh. τοῦ χάριν οὐκ ἐφεισάμεθα τοῦ πολυτελοῦς ἀναλώματος. Vide et Soph. Ajac. 1068. Mendum porro, quo locus obscuratur, non in hoc versu, sed in sequenti, quærendum fuit. Lego: δεδοικόσι, pro δεδοικέναι. Optima sic efficitur sententia: *turpe est eis, qui timores timent, tantam simul magniloquentiam usurpare.* Idem in adversarios telum torserat supra v. 542, 3. Musgr.

548. Si vera sit differentia, quam notant Grammatici, inter πονηρὸς et πόνηρος, hic scribi oporteret πονήρους *miseros*, non πονηροὺς *scelestos;* nullum enim *scelus* est in hoc *metu*. Hesychius tamen explicat Πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ: qui est hujus loci sensus. Sed Ammonius, Μόχθηρος δὲ, ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ Πόνηρος. Vide eum in V. Μόχθηρος et Πονηρόν: et Spanhemium ad Aristoph. Plut. 265. Φόβους δεδοικέναι, ut Troas. 1157. οὐκ αἰνῶ φόβον Ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ. Vide 1 Pet. III. 14. MARKL.

550. παλαίσματα. Pluralis pro singulari, ut Hecub. 262. προσφάγματα. et Hippol. 11. παιδεύματα. MARKL. Vide ad Orest. 1046.

551. οἱ μὲν ΤΑΧ', οἱ δ' ἐσαῦθις, οἱ δ' ἤδη, βροτῶν. Probabile est hunc versum mendosum esse: *tria* enim tempora, quæ *totum* complectuntur, sunt *ante, nunc*, et *postea:* ut in Laconico isto citato a Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 110. B. ΝΥΝ ἄμμες, ΠΡΟΣΘ' ἄλλοι ἐθάλλεον, ΑΥΤΙΚΑ δ' ἄλλοι· et Nostro Iph. Aul. 321. τὰ μὲν ΝΥΝ, τὰ δὲ ΠΑΛΑΙ, τὰ δ' ΑΥΤΙΚΑ. Hic autem sunt *duo* tantum: nam τάχα et ἐσαῦθις utrumque spectat ad futura. Forte, Οἱ μὲν ΤΟΘ', οἱ δ' ἐσαῦθις, κ. τ. λ. Τότε pro *olim*, ut Sophocl. Electr. 280. 678. Plura notavi ad Iphig. Aul. 46. MARKL. Optime.

552. Fortuna, inquit Theseus, τρυφᾷ, *lascivit*, et *insolenter se gerit;* neque mirum: ab omnibus enim colitur. Ab *infortunato* honore afficitur, ut ille in posterum ea meliore utatur, ὡς εὐτυχήσῃ; *fortunatus* vero eam extollit et celebrat, metuens ne favor ejus et aura secunda deficiat, et eum relinquat. Ὑψηλὸν αἴρει, non est *sublimem tollit afflictum;* sed, *laudibus extollit*, scil. Fortunam. Sic Heraclid. 321. Πολλῷ σ' ἐπαίνῳ —ὑψηλὸν αἴρω. Aristoph. Vesp. 1018. ἀρθεὶς μέγας. et αἴρῃς absolute, Ranar. 381. Πνεῦμα λιπεῖν, ut Plutarcho Lucull. p. 514. C. ὥσπερ πνεύματος ἐκλιπόντος, de bona Fortuna Lucullum deserente: vide Sophocl. Œd. Col. 638. Καὶ πνεῦμα ταυτὸν, κ. τ. λ. *Ne mutata retrorsum te ferat aura:* Horatius. MARKL.

557. ἀδικεῖν τε τοιαῦθ', κ. τ. λ. Scil. χρεὼν ἐστι vel χρή. Non autem putandum est Poëtam *permittere*, nedum *jubere*, ut injurias quis faciat: sed vult, si quis alteri injuriam faciat, (quod vix evitari potest, prout est vita hominum) caveat tamen ne ea sit injuria quæ Rempublicam sive Patriam suam lædat. Sic quando D. Paulus scribit Ephes. IV. 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, non præcipit ut *irascamur;* sed mens ejus est, *Licet irascamini, tamen ne peccetis*. Eatenus aliqua

differentia est, quod *irasci* nonnunquam licet, (nam et Servator noster *irascebatur,* Marc. III. 5.) *injuriam facere* alicui nunquam licet. Markl.

558. τὺς ὀλωλότας νεκρὺς. Si quis cogitet de ὀλωλότων, ut τὺς νεκρὺς sit *cadavera,* videat ad v. 106. Sed nihil mutandum censeo. Markl.

559. Vulgo εἰσιδεῖν. Forte εὐσεβεῖν. Nam *mortuos sepelire* erat νόμος Δαιμόνων, v. 563. et v. 19. atque hoc vocatur εὐσεβὴς πόνος, v. 371. vide et Helen. 998. 1277. et Sophocl. Antig. 936. Sarcasmus quoque est in vocibus ἡμῖν τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν, et tacita incusatio Creontis ἀσεβείας. Τἀνθένδε est τὰ ἐπὶ τούτοις, *consequentia,* Aristoph. Plut. 57. τὰ ἐκ τούτων, Xenophon Ἑλλην. lib. II. p. 470. B. τἀπὶ τοῖσδε, Iph. Aul. 425. τἀπὶ τῷδε, Ion. 259. Εὐσεβεῖν absolute, ut Sophocl. Ajac. 1372. Τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν ὐ ῥᾴδιον. et Electr. 310. Orest. 888. Vide Cl. Valckenærium ad Phœniss. 1331. p. 448, 449. Markl.

561. ἐξοισθήσεται. *Efferetur.* Raro inveniendam puto hanc vocem. Simplex verbum οἰσθήσεται, *feretur,* occurrit in Demosth. πρὸς Λεωχάρ. p. m. 269. ἡ ψῆφος οἰσθήσεται. et alibi. A fut. οἴσω formatur novum verbum οἴσομαι, *feror,* in fut. οἰσθήσομαι. Markl. Alia exempla dedit Porsonus in Advers. p. 236.

562. ὡς εἷς ἐμ' ἐλθὼν νόμος. Ut Hecub. 785. Ὃς εἴς σ' ἀνελθὼν, scil. νόμος. ubi nugatur Scholiast. et θαυμαστῶς ibi poni dicit ἀνελθὼν, *ascendens,* quia Agamemnon in excelso loco erat: æque enim bene dici potuit κατελθὼν, *descendens,* scil. a *Diis,* vel a Majoribus. Markl.

564. τῆς δίκης σώζων φάος. Cui opponi potest τῆς δίκης τὴν ἠλύγην, i. e. *umbram* vel *tenebras justitiæ,* apud Aristoph. Acharn. 684. Stobæus Eclog. Physic. lib. I. p. 9. Δίκης δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος. Vult forte, Justitiam *illustrem* et *conspicuam* et omnibus *agnoscendam* servans. Sed et δίκης φάος per periphrasin significare potest paullo plus quam δίκην: ut δίκης σέβας, Oppiano Halicut. II. et similia. Markl. σώζων. *Servans.* Puto quemadmodum Latini dicunt *servare sidera:* Virg. Georg. I. 355. Musgr.

565. πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων λόγυς. Obvium erat ψόγους, *vituperia,* ut Hecub. 381. 1225. Sed nihil muto, quia λόγοι, in plurali, pro *maledicta, convicia,* aliquoties usurpatum, nisi fallor, video. Pindarus Nem. VIII. 35. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς· *obsonium autem invidis sunt convicia:*

quam significationem nos Angli videmur retinere in vernaculo nostro *words;* nam λόγοι ἐχώρουν, Iphig. Taur. 1323. est, *words passed;* nempe, verba *iratorum* vel *conviciantium.* Vide locum, et Iph. Aul. 365. Plutarchus Arato, p. 1040. E. τὸ μὲν ἦν πολὺ τῆς διαβολῆς, ϰ̓ ΛΟΓΟΥΣ, ϰ̓ ΣΚΩΜΜΑΤΑ, ϰ̓ ΒΩΜΟΛΟΧΙΑΣ παρείλετο τῶν κολακευόντων τοὺς τυράννους, κ. τ. λ. Alia omitto. Vertunt, *malos sermones:* quemadmodum Wolfius vertit λόγους *maledicentiam,* in Isocratis Archidamo, p. 269. De commutatione vocum λόγος et ψόγος, vide Valckenær. ad Phœniss. 207. MARKL.

566. βȣ́λει, συνάψω μῦθον κ. τ. λ. Hoc est, *Visne ut uno verbo liberem te a molestia dicendi plura?* quod est ἀποπαύσω σε λόγου μακροῦ, v. 640. et, *compendii verba multa jam faciam tibi,* Plauto Bacchid. II. 2. 6. Male vertunt, *Visne tecum colloquar paucis?* Ad verbum est, *Visne ut colligem tuum sermonem in brevi,* vel, *in breve spatium?* Bacch. 1256. τοιγὰρ συνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην. Infra v. 902. Τυδέως δ' ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν. MARKL.

567. λέγ', εἴ τι βȣ́λει· ϰ̓ γὰρ ȣ̓ σιγηλὸς εἶ. Sophocles Trachin. 421. Λέγ', εἴ τι χρῄζεις· ϰ̓ γὰρ ȣ̓ σιγηλὸς εἶ. Herodotus VIII. 53. ἐκέλευε—λέγειν εἴ τι θέλει. MARKL.

570. ȣ̓ γὰρ ἀλλὰ est *etenim.* Nota locutio vel ex Nostri Bacchis. Aristoph. Nub. 232. ubi Scholiast. notat Atticum esse pro ϰ̓ γὰρ, et citat Callimachi locum, ad quem vide Bentleium Fragm. Callim. XCII. MARKL.

571. Ἀσωπίας. Thebana terra dicitur ita de Asopo, fluvio Bœotiæ. BARNES.

573. πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους. Χἀτέρους, i. e. ϰ̓ ἑτέρους. Sed an Græce dicitur ἑτέρȣς ἄλλȣς? Credam cum exemplum indubitabile videro. MARKL. Injuria librorum lectionem in dubitationem vocari arbitror. Ἄλλȣς dicit simpliciter alios, ἑτέρȣς diversos, i. e. etiam majores. Non minus sincera lectio est Orest. 335. HERMANN. Exemplum a Marklando desideratum dedit V. D. in Censura Trimestri T. VII. p. 450. ex Aristoph. Thesm. B. Fragm. 3. ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

576. πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας. Πράσσειν πολλὰ, sensu malo, pro, esse πολυπράγμων, in rebus quæ ad facientem non spectant: *être impertinent;* qualis est Latinis *ardelio.* His opponitur Democriti πρήσσειν ὀλίγα, ap. Antonin. Imp. IV. 24. vel, τὰ ἑαυτȣ̃ πράττειν, Xenophon Mem. II. p. 758. E. Vide Eurip. Herc. Fur. 263. Hippol. 779. Herodotus V. 33. τί

πολλὰ πρήσσεις; *quare agis quæ ad te nihil attinent?* vide locum: et Aristoph. Pac. 1058. Ran. 230. Hoc sensu locutionem procul dubio intelligi voluit præco: sed Theseus ita intelligere noluit, et hanc contumeliam dextre avertit responso suo, pro πολλὰ πράττειν substituens πολλὰ πονεῖν. Sensu bono πολλὰ πράττειν πράγματα, Plutarchus Themistocle, p. 120. F. et alibi: et Chariton Aphrodisiensis VIII. 1. Καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας πολλὰ πράττων. Aliam significationem locutionis πολλὰ πράττειν, pro, *gravi calamitate premi,* vide apud Ez. Spanhemium ad Aristoph. Plut. 486. MARKL.

578. Brodæi et Barnesii λόγχη (non λόγχῃ) Σπαρτὸς, Attice pro Σπαρτὴ, plerisque, opinor, placebit. Σπαρτοὶ erant posteri eorum quinque qui *sati* ex dentibus serpentis, a Cadmo occisi, superant; quorum historiam habes init. lib. III. Metam. Ovidii. Noster de iis, λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, infra v. 705. Σπαρτὸς vertitur hic Thebanus: non satis præcise, quia *multi* erant Thebani qui non erant Σπαρτοί. Si quis malit vertere λόγχη Σπαρτὸς, *hasta eorum qui ex anguis dentibus sati sunt,* gyro suo utatur, et novitati meæ ignoscat. MARKL.

579. θέρος Ἄρης. Ex Iliad. O. Ἄρης hic, opinor, significat *bellum,* vel *bellatorem: Numquis autem acer prœliator nasci potest ex dentibus draconis?* Præclaros tamen bellatores hos Spartos Theseus invenit, infra v. 705. MARKL. Hes. θοῦρος· πολεμικός. BECK.

580. νῦν δ' ἔτ' εἶ νεανίας. Vide supra ad v. 189.

581. ἐπαίρεις ὥστε θυμῶσαι. Abundare videtur ὥστε, ut persæpe ante infinitivum. Hippol. 1317. Κύπρις γὰρ ἤθελ', ὥστε γίγνεσθαι τάδε. Verbum ἐπαίρεις illustrat L. Kusterus ad Aristoph. Nub. 42. allato hoc loco. Vide et Herodot. VII. 10. p. 385. Ἐξαίρειν eodem sensu, Hippol. 321. MARKL.

583. ἠνέγκω. 2. singul. Aor. 1. med. ab ἠνεγκάμην, quod a φέρω. BARNES.

586. μοναμπύκων. Euripides ita vocare dicitur τὰς Κέλητας. Vide Pindar. Olymp. Od. V. Stroph. 1. et Interpr. BARNES. κινεῖσθαι Θηβαίαν χθόνα, est, εἰς χθόνα, omissa præpositione, ut fere post verba motus. Et καταστάζοντα στόμα ἀφρῷ, ut Hecub. 238. φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν; *Guttæ ex metu tuam barbam irrigebant,* vel *stillare faciebant?* Μοναμπύκων φάλαρα, sunt, μονάμπυκας φαλάροις κατεσκευασμένης, *equos instructos* φαλάροις, id est, *ferreis laminis frontem munientibus:* vide Tho. Magistr. V. Ἡνία, et quos ibi laudat doctiss. Oudendorpius: et quia posuerat φάλαρα, necesse erat ob con-

structionem et metrum, ut diceret καταστάζοντα. Totum esset, χρεὼν ἐστι, μονάμπυκας φαλάροις κατεσκευασμένους, καταστάζοντας στόμα ἀφρῷ, κινεῖσθαι εἰς Θηβαίαν χθόνα. MARKL.

589. Hic versus post sequentem legebatur. Reiskius eum post v. 592. ponendum putabat, quod non improbat Marklandus, sed idem tamen hunc, quem exhibui, ordinem conjectura assequutus est: quem firmat hoc, quod codd. αὐτός τε κῆρυξ, non, ut editi, αὐτός γε κῆρυξ, habent. HERMANN.

590. αὐτός τε κῆρυξ. *Ipse quoque præco*, sicut ut nunc es. Ita Cyrus αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε, Herodot. I. 79. et Menelaus, Helen. 1518. Ὃς αὐτὸς αὐτὸν ἦλθεν ἀγγέλλων θανεῖν. MARKL.

591. μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας Τὰς σάς. Sic in Sophoclis Philoct. 1065. Ulisses jubet Neoptolemum non respicere Philoctetem: Ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς· *Ne nostram fortunam corrumpas*. Τύχας fere est *infortunia*, ut hic: sed non semper. Vult: *neve misceas tua infortunia mea bona fortuna*. MARKL.

592. ἐγὼ γὰρ Δαίμονος τοὐμοῦ κ. τ. λ. Joh. Brodæus optime hic notavit, quod prisci singulis heroibus Genios adhibebant, qui eorum pericula averruncarent; unde illud Homeri Iliad. Γ. 440. Παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν. et Odyss. O. 34. πέμψει δέ τοι οὖρον ὄπισθεν Ἀθανάτων, ὅστις σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε. Quibus hæc mihi liceat mantissæ loco addere: Menander apud Clem. Alexandr. Strom. 5. ait: Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται Εὐθὺς γενομένῳ, Μυσταγωγὸς τοῦ βίου. Vide Cœl. Rhodigin. Antiq. Lect. L. II. c. 10. et 11. Hierocl. p. 386. Quin et nostræ literæ videntur huic causæ favere, ut Matth. Evangel. XVIII. 10. Apoc. XVI. 5. Ezekiel. IX. 1. etc. BARNES.

594. ὅσοι Δίκην σέβονται. Id est, οἳ σέβονται, et ad *omnes* Deos pertinet: alioquin dixisset τῶν Θεῶν ὅσοι, si ὅσοι significasset *quotquot*, partitive. Quod hic est ἔχειν θεοὺς, in Heraclid. 347. est, χρᾶσθαι θεοῖς συμμάχοις, et θεῶν τυχεῖν v. 351. Plene Helen. 759. τοὺς θεοὺς ἔχειν φίλους· ut ἵλεω τὸν θεὸν ἔχειν, Philoni Legg. Allegor. lib. III. [T. I. p. 121.] MARKL.

598. Eximie Tyrwhittus: "Hic et in sequentibus per totam scenam pro Æthra reponenda est Adrasti persona. Æthra scilicet cum Theseo abierat post v. 362." MUSGR. Melius fortasse in duos Semichoros alterum alteri respondentes Scenam distribuit Matthiæ.

599. ὥς μοι ὑφ' ἥπατι κ. τ. λ. Ita vulgo. In Codd. Par.

χλωρὸν δεῖμα. Χλωρὸν δέος Homeri, et χλωρὸν δεῖμα Æschyli in Suppl. 576. jam comparavit Marklandus. Et ferri quidem δεῖμα χλωρὸν hic quoque posset, quum secundus horum versiculorum, ut nunc leguntur, dochmiacus sit hypercatalecticus. Non ausus sum tamen, ut in loco dubio, a vulgata, quæ singulis syllabis antistrophico versui respondet, recedere, modo ne quis χλοερὸν δεῖμα idem esse, quod χλωρὸν, existimet. Ut hæc nunc leguntur, ταράσσει dictum est pro ταραγμὸν ἐμποιεῖ. HERMANN.

600. Vulgo προφέρεις. Legendum προσφέρεις. vide antistrophen. Herodot. V. 30. τόνδε σφι λόγον προσέφερε. Iph. Aul. 97. πάντα προσφέρων λόγον. sic Ion. 1002. Medea 302. Herodot. VIII 100. Et ita Heathius. MARKL.

601. στράτευμα Παλλάδος. *Populus Minervæ*, non, ut Marklandus interpretatur, *cœtus*. Sunt quidem loca nonnulla, in quibus στρατὸν interpretari possis *cœtum*, ut Andromach. 1125. Soph. Trachin. v. 808. Æschyl. Eumenid. vv. 569. 572. Verum hæc ipsa æque commodum erit per *populus* interpretari. Contra, vix pauciora sunt, in quibus vox στρατὸς pro *populo* necessario sumenda est, ubi *cœtum* significare non potest: vide Æschyl. Eumenid. vv. 671. 686. 765. MUSGR.

603. γένοιτ' ἂν κέρδος. *Lucrum erit;* idem quod τὰ λῷστ' ἂν εἴη, opinor, Heraclid. 1016. hoc est, "Optimum quidem foret, si λόγων συναλλαγαῖς et *absque armis*, transigi posset hoc negotium: sed non ita erit: nam φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς τε κτύποι iterum fient." MARKL.

604. Librorum lectio est, στερνοτυπεῖς γ' ἀνὰ τόπον πάλιν κτύποι φανήσονται. In priore versu τ', ut jam Marklando placuerat, dedi pro γ'; in altero ordinem verborum mutavi, auctore Brunckio ad Hecub. 280. Marklando vero pro ἀνὰ τόπον scribendum conjicienti ἀνὰ πτόλιν, non assentior. 'Ανὰ τόπον sic dictum est, ut αὐτοῦ, *illico*. Vereor, ne vulgata lectio aut errori librariorum, aut correctori debeatur, Euripides autem scripserit: εἰ δ' ἀρείφατοι φόνοι, μάχαι στερνοτυπέσιν ἀνὰ τόπον πάλιν φανήσονται κτύποις. HERMANN. Paulo meliorem, utpote vulgatæ propiorem, lectionem exhibet Matthiæ.

607. τίν' ἂν, τῶνδ' αἰτία, λάβοιμι. Sic scripsi pro vulgato, τίν' ἂν τῶνδ' αἰτίαν λάβοιμι; Hoc vult: *si cædes et pugnæ statim rursus ob luctum nostrum excitabuntur, quid de me misera dicetur, quæ horum caussa exstiterim?* HERMANN.

608. Recte Marklandus ex mensura Strophes εὐτυχίᾳ reponit pro εὐτυχῆ. Idem αἴροι legendum putat pro αἱρῇ, *confi-*

ciat, pessumdet: quod mihi non æque placet. Sensus videtur esse: *Sed quid si sors aliqua eum, qui rebus lætis jam superbit, de statu iterum dejiciat: hæc me fiducia circumdat.* MUSGR. Referenda sunt hæc ad Creonta.

609. τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει. Hoc est, πρὸς ἐμᾷ ψυχᾷ θράσος ἧσται, Alcest. 620. id est, certam fiduciam habeo ita futurum esse: ὕπεστί μοι θράσος, Sophocl. Electr. 461. sic κακόν τι περιβαίνει με, Aristoph. Vesp. 968. MARKL.

610. δικαίους δαίμονας σύ γ' ἐννέπεις. *Tu loqueris de Diis quasi justis.* Admodum enim sinistre *Diis* sentiebat hic Chorus, ut tunc solebant homines in infortuniis positi; donec tandem, victo Creonte, νῦν Θεοὺς νομίζω exclamat, v. 733. *Sunt Dii,* ut est in veteri Formula. MARKL.

611. συμφοράς. *Eventus;* et hoc loco *bonos* potius quam *calamitates,* uti vertitur: vide Iphig. Aul. 1447. ubi τῇ 'μῇ συμφορᾷ pessime vertitur *meæ calamitati.* MARKL. Huc refer illa Theognidis: Οὐδεὶς, Κύρν', Ἄτης καὶ Κέρδεος αἴτιός ἐστιν, Ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων· Ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν· Θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον. BARNES.

612. διάφορα πολλὰ θεῶν κ. τ. λ. hoc est, "in multis Deorum erga mortales dispensationibus, magnum discrimen video: nam innocentes sæpe plectuntur, nocentes honorantur." Respondet Sem. A. "Hæc opinio tua oritur ex *timore* isto, et pejorum suspicione, quæ te diu possederunt. Apud Homines quidem *vindicta vindictam* provocare solet, et *cædes cædem:* sed non ita est apud Deos. Illi enim *bona* mentibus hominum solent immittere, non mala." MARKL.

614. ἐξεκάλεσε. *Provocare solet:* quæ est frequens istius aoristi significatio. MARKL.

619. Καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ. Respicit ad puteum *Cereri sacrum,* Callichorum: de quo nos supra ad v. 392. BARNES.

620. εἴ μέ τις. Ineptissime legebatur εἴ σε. HERMANN.

621. διπόταμον πόλιν. Thebas notat, juxta quas Ismenus et Asopus fluunt. BRODÆUS.

624. τίς ποτ' αἶσα κ. τ. λ. Similis locus est in Sophoclis Œd. Colon. 1793. Τίς ἄρα με πότμος—ἐπιμένει; κ. τ. λ. Est vero αἶσα, ἡ ἄϊστος καὶ ἄγνωστος αἰτία τῶν γινομένων, secundum Cornutum De Nat. Deor. p. 19. ed. Gale. Homer. Odyss. E. 206. MARKL.

627. αὖ. Ponitur pro *iterum* vel *secunda vice,* ut Iph. Aul. 1156. et passim. Quod negatum vidi: [ab Heathio,

scilicet, ad Æsch. Prom. 718.] certum autem puto ex voce κεκλημένους: licet non appareat ex superioribus quo loco aut tempore hic Chorus *Deos invocaverit.* MARKL.

628. ἀλλὰ φόβων πίστις ἅδε πρῶτα. Incertus est hujus loci sensus, quia vox πίστις tam ambigua est et πολύσημος. Heathius vertit: *Sed fiducia hæc superior est timoribus.* Verti potest: *Sed hoc est primum argumentum timorum,* seu *rerum timendarum;* sc. *invocare Deos:* secundum istud, *Primus in orbe Deos fecit timor.* Prave adhuc *de Diis* opinabatur hic Chorus, ut notavi ad v. 610. MARKL.

630. παιδογόνε. Σύλλεκτρε παιδοποιῶν.—πόριος. Pro πόρτιος, ut Homerus Odyss. K. 410. Ὡς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόριες περὶ βοῦς ἀγελαίας. De *Io* vero in vaccam mutata vide Ovid. Metamorph. L. I. Fab. 10. BARNES.

633. Nulla hic difficultas, quæ Marklandum, tantæ eruditionis virum, morari debuit. Per τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα πόλεως metaphorice designat Chorus Duces hos ipsos, quorum corpora a Thebanis sepultura privata erant. Hi, ex consuetudine Poëtarum, ἄγαλμα πόλεως poterant dici; hic, paullo audaciori figura, ἀγάλματα vocantur ejus Dei, qui generis Argivi auctor erat. ἵδρυμα πόλεως est urbis firmamentum sive fundamentum. Sed neque hoc novum est, de Ducibus vel Principibus per translationem dici. Sic Lycophron Hectorem ἔρεισμα πάτρας vocat v. 281. Theronem Pindarus ἔρεισμ' Ἀκράγαντος, Olymp. II. 12. vide et Olymp. II. Stroph. 5. Jam ἐκκομίζομαι πρὸς πυρὰν explicari potest: *studeo ad rogum,* i. e. ad comburendum, *recuperare;* ut sit σχῆμα effectus pro conatu, de quo Valckenærius ad Phœniss. 1407. Restat vox ὑβρισθὲν, quæ simplicissimam interpretationem habet, *contumeliose habitum,* sc. a Thebanis, qui jura sepulturæ iis denegaverant. MUSGR.

638. Vulgo θανόντες. Potius θανόντων, ut v. 100. τῶν κατθανόντων ἑπτὰ στρατηγῶν. et v. 12. θανόντων ἑπτὰ γενναίων τόκων. Heathius quoque ita conjicit. Muretus (Var. Lect. XIV. 16.) miratur, "tam cito redeuntem Thebis Athenas (Eleusina dixisse debuit) Nuncium, ut volasse, et ea quæ interea facta refert, vix tantulo temporis spatio somniare potuisse videatur." Sed Mureti errori bene respondet Barnesius, hunc nuncium captum fuisse a Thebanis in bello priore, et inde nunc aufugisse, libertatem præsenti victoria Thesei consecutum. MARKL.

640. λύγω δέ σε κ. τ. λ. Id est; *liberabo vos a molestia quærendi, Quis es tu?* dicendo vobis, me fuisse servum Capanei, priore bello captum. MARKL.

641. Καπανέως γὰρ ἦν λάτρις. Ridebatur ob hoc Euripides, quod in Tragœdiis suos servos induceret δεινοὺς, *magni momenti personas*. Notat hoc Scholiast. Aristoph. ad istud Acharn. 400. Ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη, Ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σαφῶς (f. σοφῶς) ἀπεκρίνατο. Ita subsequens narratio rei in hoc dramate omnium gravissimæ huic servo assignatur. Scomma tamen istud neglexit Euripides; nam hæc fabula scripta erat aliquot annis post Aristophanis Acharnenses. Sic v. 728. hic ipse Servus opinionem suam profert, qualem Ducem in bello eligere præstet. Vide et Ran. 982. ubi Æschylus ob hoc eum morte dignum existimat. MARKL.

642. κατῃθαλοῖ. Pro κατηθάλωσεν, *præsens* pro *præterito*. Videsis simile exemplum v. 130. ἐλαύνεις pro ἤλαυνες. et 698. χωρεῖ pro ἐχώρει. Ἐνεστὼς ἀντὶ παρακειμένου. Ita Eustathius in Odyss. I. 541. Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης. Χρόνος γὰρ καὶ νῦν εἴληπται ἀντὶ χρόνου. Κατερχομένης, ἤγουν κατελθούσης. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 504. 1.

644. Vulgo τάξιν. Emendat Marklandus πρᾶξιν, vel βᾶξιν. Mihi verum videtur βᾶξιν, nam πρᾶξιν cum ἀμφὶ consistere vix potest. MUSGR.

646. Ante πεπραγμένα intellexi πράγματα scil. εἰσὶ πεπραγμένα, ὡς κ. τ. λ. *res sunt gestæ sic ut Adrastus debuit eas gessisse*, &c. vide Hecub. 715. Sophocl. Œd. Tyran. 629. MARKL. Legerim cum Piersono πέπραγεν. vide ad Mœrin v. πεπραγώς. [p. 293.] MUSGR. Eligat Lector. Nosmet ipsos in Musgravii mentem incidisse fatemur.

647. ὡς. *Quum, quando*. Cogitavi tamen aliquando οἷς vel οὓς. REISK. Sic et Musgravius. Verbum ἐπιστρατεύειν cum accusativo constructum illustravit Blomfieldius ad Æsch. Theb. sub initio. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 394. a. Obs. 1.

649. τρόπαια Ἔστησεν. Loquitur forte Euripides ex more temporis sui; nam in Æschyli Sept. Theb. 282. ἐπεύχομαι Θήσειν τρόπαια, Scholiast. notat tropæa nondum nota ævo Eteoclis fuisse, et Poëtam anticipare. Ἵστημι τρόπαιον usitatius: sed τίθημι æque probum: vide Helen. 1380. Aristoph. Lysistrat. 318. Æschyl. Choëph. 773. Grammatici dicunt Atticos scribere τροπαῖον, non τρόπαιον. Sic et alibi loquitur Noster: Heraclid. 931. βρέτας Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἔστασαν. et Phœniss. 1473. Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας. et v. 1250. Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας Τρόπαιον. Est et alia locutio ejusdem formæ, τρόπαιον πολεμίων στῆσαι· sed ibi intelligi potest κατὰ ante πολεμίων. Ζηνὶ τροπαίῳ occurrit Sophocl. Antig.

147. et Ζεῦ τροπαῖε, Trachin. 307. sed ibi est ἀποτρεπτικὲ, ἀλεξίκακε. Eurip. Electra 676. Ὦ Ζεῦ πατρῷε, καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν. MARKL.

651. Vulgo τοὺς ἀπόντας. MSS. tres τοὺς παρόντας. Bene. *Præsens enim nos quæ hic sumus delectabis.* Sic Andromach. 729. παρὼν δὲ πρὸς παρόντας ἐμφανῶς Γαμβροὺς διδάξω. Alterum acutius videtur; quæ forte caussa fuit interpolationis: sed scriptorum librorum auctoritas hic debet prævalere. τοὺς παρόντας pro τὰς παρούσας. Chorus enim fœminarum loquitur. MARKL.

652. Incertum est quo sensu voces κανὼν σαφὴς sumendæ sint. Barnesius; "Poëta *jubar meridianum* Solis, quia *canonis* instar Diem in æquas partes dividit, figurate κανόνα dicit." Mihi de *matutino tempore* potius, et de *ortu* Solis agi videtur; et *radius Solis* appellari forte potest κανὼν σαφὴς, *regula clara*, quia, orto Sole, perspicue et clare dignoscimus res quæ ante, et in tenebris, confundebantur. Animo Poëtæ eadem ἔννοια obversabatur, cum hæc scripsit, et cum ista Bacch. 633. Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας Μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ' ἥλιος Ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα. Ὁρῶ δὲ κ. τ. λ. Hæc est descriptio matutini temporis; et hæc in Supplicibus videntur acta fuisse secundo die. Ceterum Lectori, etiam attentissimo, multum et irritum negotium facesset subsequens narratio, ut nunc habet contextus, usque ad versum 708. MARKL. Ceterum videas Hurdii Epist. ad Warburton. p. 349. qui, Marklandi ingenio misere, ne dicamus injuste, tractato, confert istud Miltonianum in Como: *long levelled rule of streaming light.*

654. Vulgata πύργον εὐαγῆ forte est ex Æschylo Pers. 466. Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ· de Xerxe, prœlium navale apud Salamina spectante: ubi vide Scholiasten. Vult, *turrim ex qua prospectus undequaque patebat:* et ita fere Reiskius, et Heathius, qui Æschyli quoque locum indicat: adi Suidam et Hesychium. Hemsterhusius tamen erudite πύργον εὐαυγῆ. Male vertunt, *turrim sacram.* Totam vero hanc narrationem de pugna et victoria Thesei, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ, (hanc tragœdiam intelligit, et mox nominat) veram esse negat Plutarchus Theseo, p. 14. ex auctoritate plurium Historicorum: non enim *vi*, sed *suasu* et *induciis*, corpora defunctorum Thesea ait recuperasse. Vide ibi plura de hac re. Ab Euripide stat Herodotus lib. IX. 27. et Isocrates Panegyr. p. 102. ed. Genev. 1621. Sed longe secus in Panathenaico, p. 530. ubi miram rationem reddit quare ita scripserit in Pa-

negyrico: silet ibi de loco in sua Helenæ laudatione, p. 418. ubi dicit, βίᾳ Θηβαίων θάψαι παρέδωκε, sc. Θησεύς: idem fere quod in Panegyrico. Markl. Scriptorum alii per legatos repetita a Theseo Argivorum corpora tradunt, alii bello: de quo dissensu plura, quam Marklandus attulit, jam Meursius congesserat in Theseo cap. XXIV. neglecto tamen Herodoti loco IX. 27. Hermann.

655. φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων. Mireris, Marklandum tam longe a vero aberrasse, ut pedites, equites, et παραιβάτας intelligendos putaret. Recte Musgravius hæc de Diacriis, Pediæis, et Paralis interpretatur. Inde post v. 669. aliquid excidisse conjicit, in quo Diacriorum acta fuerit mentio. Video multis hic conjecturis locum esse, sed nulla tamen necessitas sollicitari librorum lectionem jubet, si ἐκτείνοντα plurali numero dictum statuas, et verba ὡς μὲν ἦν λόγος non ad sequentia, ut in vett. edd. sed ad præcedentia referas. *Video,* inquit, *tres exercitus militem gravis armaturæ ad Ismenium collem, ut conveniebat, explicantes: ipsumque regem,* et quæ sequuntur. Sic apparet, recte se habere αὐτόν τ' ἄνακτα, nec τὲ mutandum esse in δέ, ut quibusdam visum est. Diacrios autem nominatim commemorari non erat necesse, quum hos intelligi ex reliquis apertum esset. Verba ὡς μὲν ἦν λόγος aut simpliciter, ut laudaretur Theseus, posuit Euripides, aut ut alium poëtam, qui aliter de hac re exposuerat, notaret. Illud μὲν, quod est post τευχεσφόρον, opposita habet ἱππότην δ' ὄχλον, v. 662. Hermann. De divisione Atticorum in Paralos, Diacrios, et Pediæos confert Musgravius Herod. I. 59. Plutarch. in Solone, et Op. Mor. pp. 1359. 1441. ed. Steph. Aristoph. Vesp. 1218.

657. ὡς μὲν ἦν λόγος. Heathius vertit, *ut ratio (bellica* scilicet) *requirebat.* Ego verterem, *ut quidem dicebatur,* vel *ferebatur,* cum Cantero. Sic Iphig. Taur. 518. ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος· et mox 520. ἔστι δ', ὡς λόγος. Vult, *ut dicebant spectatores:* nam ipse, servus Capanei Argivi, Theseum et res Atticas ignorabat. Recte igitur dicit ὡς μὲν ἦν λόγος, *ut sermo erat,* decorum servans. Markl. Vide notam superiorem.

661. λαιόν. Pro vulgato αὐτὸν, ex frequenti mutatione literarum A et Λ ob similitudinem; sed præcipue ex sensu, qui postulabat λαιὸν κέρας, cum præcesserat δεξιὸν κέρας, ut Iphig. Aul. 279. Δεξιὸν κέρας πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε. infra hac fab. v. 706. ἔκλινε γὰρ κέρας Τὸ λαιὸν ἡμῶν, κ. τ. λ. et ita Reiskius. Πάραλον pro Παράλους vel Παραλίους, singularis pro plurali, ut observat Cicero De Orator. III. 42. et Quinctilianus IX. 3. ad

istud Virgilii Georg. III. 346. *Haud secus ac patriis acer Romanus in armis:* pro *Romani.* ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ, pro τοῖς Τυρίοις, Herodot. II. 161. Apud omnes exempla inveniuntur. Ἐστολισμένον δορὶ, *ornatum* (i. e. *armatum*) *hasta:* sic Hecub. 1132. Polymestor vocat κάμακα, *hastile,* στόλισμα suum: et naves *instructæ* et *armatæ* dicuntur νῆες εὖ στολισμέναι, Iph. Aul. 247. Ægis, quam gestabat Pallas, appellatur ejus στολὴ, Ion. 996. vide et Herc. Fur. 459. Locutionem κρήνην παρ' αὐτὴν, seu αὐτὸς emphaticum, illustravit Piersonus Verisimil. II. 9. p. 245. Eam habet et Herodotus VIII. 39. παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν: et Noster sæpe, ut vv. 1214. 1219. Markl.

662. κρήνην Ἄρεος. i. e. Dircen. Vide Joh. Brodæi notas ad hunc locum, ex Phœnissis ad v. 657. Ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεος, ὠμόφρων φύλαξ. Et Scholia in locum. Barnes. In fine versus reponendum ἱππότην δ' ὄχλον. Vide ad v. 655.

665. μνημάτων Ἀμφίονος. Male Musgravius intelligit sepulcrum liberorum Amphionis, quod erat ad portas Prœtidas: vide Pausan. IX. 16. extr. Fortasse non longe aberat, qui hic memoratur, Amphionis tumulus: certe paullo post, 17, 3. ejus mentionem facit Pausanias: Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι οὐ μέγα. Et 5. τοὺς δὲ παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας, αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ Ἀμφίονος ἠκολούθησαν. Difficultatem objicit Æschylus Sept. ad Th. 532. τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω Πέμπταισι προσταχθέντα Βοῤῥείαις πύλαις, Τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος. Potuit tamen e regione situm dici, quod a latere e regione esset. Quod si Pausanias IX. 8, 3. portas Thebarum ordine, ut videtur, ab Electris ad Prœtidas et deinceps enumeravit, facilius, quas Æschylus Boreales vocat Crenææ erunt, quæ Valckenærii sententia est ad Phœn. 1130. et in dissertatione de Aristobulo, p. 120. quam Hypsistæ, ut visum est Porsono ad Phœn. 1134. Hermann.

667. ὧν ἔκειτ' ἀγὼν, i. e. περὶ ὧν ὁ ἀγὼν ἦν. Plene Sophocles Ajac. 954. ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι. nam κεῖμαι, ut cetera verba gestus, significat *sum:* ut Hecub. 16. γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα, *urbis recta erant mœnia;* ubi nihil mutandum erat. Sic Herodotus VII. 198. ἄλλος ποταμὸς, τῷ ὄνομα κεῖται Δύρας· *jacet,* i. e. *est.* Athenæus I. 11. init. τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἥρωσι κειμένοις, i. e. οὖσι, *heroibus in dignitate existentibus,* vel *constitutis.* Aristoph. Ran. 637. De ὄπισθεν ita Mœris Atticista: Κατόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς. quam vere, hic locus et multi alii Atticorum monstrant. Markl.

668. ἱππῆς. Atticum est. Sic βασιλῆς, Soph. Ajac. 190. 393. Æschyl. Pers. 23. 44. πορθμῆς, Aristoph. Eccles. 1078. vide Av. 490. 491. et passim. MARKL. Vide Brunck. ad Soph. Œd. T. 18.

671. Σιγᾶτε, λαοί· σῖγα, Καδμείων στίχες. Eadem fere formula, Hecub. 527. Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς· Σίγα, σιώπα. et ita Servator noster ad mare, Marc. IV. 39. Σιώπα, πεφίμωσο. MARKL.

672. ἥκομεν μέτα est μεθήκομεν, *petitum venimus*, ut Phœn. 1317. Alcest. 47. Aristoph. Eccles. 530. Ἥπερ μεθῆκέ μ'. ubi cl. Kusterus absque caussa, opinor, maluit μετῆλθε. Herodotus sæpe voces ita dividit. Vide doctiss. Valckenær. ad Phœniss. 1327, 28. MARKL.

673. θάψαι θέλοντες. Vide supra v. 526. BARNES.

674. τεῖναι φόνον. Non puto opus esse Canteri θεῖναι, neque Scaligeri φόβον. Hecuba 260. Εἰς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον; ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, ἐπάγει. Vertitur ibi *intendit*. Hesychius: Τείνειν· ἀποδιδόναι. quæ tamen videtur esse explicatio τοῦ τίνειν potius quam τείνειν. Vertunt hic τεῖναι φόνον *ulcisci necem*: rectius videretur *inferre* vel *intendere*. τείνειν φόνον forte potest esse φονεύειν, ut τείνειν ὁδὸν passim, ὁδεύειν. In Medea v. 205. τείνουσι βοὰν, vel idem quod, vel paullo plus quam verbum βοᾶν, vertunt, *intendunt vocem*: Scholiastes, ᾄδουσι μετὰ τόνου. MARKL.

676. ποιμένες ὄχων. Ut ποιμένες λόχων, Phœn. 1140. MARKL.

679. Musgravius conjicit τάσιν. At Phœn. 694. πρὶν εἰς μάχην τε καὶ δορὸς τάξιν μολεῖν. In re ipsa, quæ his versibus describitur, ita hæserunt interpretes, ut Heathius cum quodam viro docto πέραν in πέλας mutaret; Marklandus ἀλλήλων pro ἑαυτῶν acciperet, quod ab Euripide factum a Suida tradi Musgravius observavit; ipse denique Musgravius alia multo minus verisimilia tentaret. Genus hoc certaminis crebris incursationibus fiebat, παραβάταις se petentibus, dum currus prætervehebantur. Inde πέραν ἀλλήλων διελάσαι dicuntur aurigæ, quod alii alios prætervehebantur, et ita παραβάταις copiam pugnandi faciebant. HERMANN.

680. οἱ δ' ἔστρεφον κ. τ. λ. Hæc quoque frustra tentantur. Prætervecti aurigæ equos retro flectebant, ἐς ἀλκήν, ad pugnam, ut Phœn. 421. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι· et ἐς παραιβάτας, non quasi hi non in curribus stetissent, sed versus eos, i. e. ut dextræ curruum partes, in quibus παραβάται stabant, dextris hostilium curruum partibus obverterentur. HERMANN.

682. Phorbas, Thesei auriga, commemoratur in Schol. ad Pind. Nem. V. Epod. 3. Vide et Hesych. in voce. Musgr.

683. ἁρμάτων ὄχον. Forte, ἁρμάτων τ' ὄχλον, i. e. ὄχλησιν, ut ap. Xenophont. Hist. Græc. IV. p. 523. C. Sensus est: Phorbas vero, Dux equitatus Attici, et Duces itidem equitatus Thebani, cum intuiti sunt confusionem curruum, ipsi quoque prœlium commiserunt. Markl.

684. οἵ τ' αὖ κ. τ. λ. Scilicet ἁρμάτων ὄχλον ἰδόντες· quod e præcedentibus est repetendum.

686. ἐκεῖ γὰρ ἦν, κ. τ. λ. Nuncius excusat se, quod de sermonibus ducum equitatus et de eventis pugnæ equestris nihil referat. Modus vero, quo hic de loco, ubi steterit, loquitur, videtur repugnare iis quæ ab initio dixit, se ad portam Electram, currus ad monumentum Amphionis stetisse. Sed h. l. non agitur de primo curruum loco, sed de eo in quem vecti sint milites, quique portæ Electræ maxime vicinus fuisse videtur. Beck.

689. πότερα τὴν ἐς οὐρανὸν κ. τ. λ. In unoquoque commate repetendum est πότερα εἴπω: Utrum referam *pulverem, quantus esset: an* referam *eos qui sursum et deorsum jactarentur in loris* implicatos: *an* referam *fluxus sanguinis,* &c. τε in ultimo versu idem est quod ἢ, *aut,* ut sæpe in nostro et omnibus; et ut in Latinis *que* pro *aut,* quod non raro sine caussa mutatur in *ve.* Ceterum hæc *jactatio* et *implicatio* in *loris,* sæpe accidebat agitatoribus qui curribus exciderant. Hippol. 1226. Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς, κ. τ. λ. et mox, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς Τμητῶν ἱμάντων, κ. τ. λ. et Orestes in Sophoclis Electr. 748. Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε· σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσιν. et paullo post, Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων. Markl.

694. ἐς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων. Quos Phœniss. 1150, 1151. vocat forte κυβιστητῆρας ἐς οὖδας ἐκνενευκότας. vide Lycophronem, citatum doctissimo Valckenærio ad istum locum Phœnissarum, et Homerum. Markl.

695. ἀγή. *Fractio,* ut Æsch. Pers. 425. Beck.

696. νικῶντα. Recte judicat Marklandus, hanc vocem mendosam esse. Patet enim ex sequentibus, nominatim ex commate, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν, aut fractum fuisse, aut turbatum, Creontis equitatum. Quod substituit νικέντα, nuspiam, credo, invenitur. Legendum: νοσῆντα δ' ἵπποις κ. τ. λ. Hæc olim: nunc magis placet Valckenærii εἴκοντα. Musgr.

Valckenærii emendationem recte recepit Hermannus: ὑπεῖδε τὸν στρατὸν legit Porsonus in Advers. p. 238.

697. ἰτέαν. *Hastam* vertit Barnesius, opinor ob χερί. *scutum*, Brodæus: *clypeum*, Canterus et Heathius, qui exempla profert ex Troad. 1185. et Cyclop. 7. Theocritus Idyll. XVI. 79. Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτείνοισιν. MARKL. τὸ ἐνθένδ'. Legendum haud dubie cum Marklando Κρέων, τό γ' ἐνθένδ'. ἰτέαν. Hesychius: ἰτέαι· αἱ ἀσπίδες, διὰ τὸ πρῶτον ἐκ ταύτης τῆς ὕλης κατασκευασθῆναι. ἰτέα proprie *salix*. MUSGR. Marklandi lectionem probat Porsonus, conferens Orest. 1267. καλῶς τά γ' ἐνθένδ'. Haud tamen de illa, quam Matthiæ recepit, dubitandum fuisset, si modo expressionem, στρατὸν τὸν ἐνθένδε, exemplis illustrasset.

698. χωρεῖ. *Præsens* pro *præterito*. Vide simile exemplum supra v. 130. et v. 642. BARNES.

699. τὰ Θησέως γ' οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη. Hoc est τὰ Θησέως γε τῇ εὐθυμίᾳ διεσώθη. Sic Hom. Iliad. Δ. 223. Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον, Οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι. Vide Eustath. in locum, p. 465, 22. BARNES. Hos versus Marklandus post v. 708. collocandos censebat, [quia, scilicet, hæc de Thebanis clara dicuntur;] καὶ v. 701. in οἳ mutato, qua mutatione non opus erat, etiam si versus transponerentur. At neque καὶ τῷδε, v. 709. facile patitur interponi aliquid inter v. 708. et 709. et, si nuncium, quæ de Theseo hic adjicit, tamquam per parenthesin dicere, ut ne quid detrahi huic videatur, statuas, recte versus isti locum suum tuebuntur. HERMANN.

704. ἀντέρειδε. Imitatus illud Homer. N. 131. Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κ. τ. λ. BRODÆUS. Ista, θεῖνε, ἀντέρειδε, sunt verba Thebanorum sese mutuo adhortantium. Sic Auctor Rhesi 671. βάλλε, βάλλε, Θεῖνε, θεῖνε. Παρηγγύων v. 702. est vox militaris: vide Xenophon. Hist. Gr. iv. p. 516. A. et Anab. vi. p. 385. C. p. 408. A. Plutarch. Arato, p. 1040. F. De ἐρείδειν vide Kuster. ad Aristoph. Nub. 1378. et Casaubon. ad Equit. 624.—τοῖς Ἐρεχθείδαις. Articulus nonnunquam præfigitur nominibus propriis apud Tragicos, ut hic, et v. 184. ταῖς Ἀθήναις, v. 520. τὰς Ἀθήνας. Suffecerit pro omnibus Sophoclis Œdipus Tyrannus. ὁ Ζεὺς ibi, et ὁ Ἀπόλλων, v. 506. ὁ Λάϊος, v. 566, 748. τῆς Κορίνθου, 955, 974. τὸν Ὄλυμπον, 1107. τὸν Λάϊον, 759. Et ita apud ceteros, per omnes numeros et casus, excepto dativo singulari, in quo rarissime invenio articulum apud Tragicos ante nomen proprium: casune, an

consulto, nescio. Unum est exemplum Phœniss. 782. τῇ Εὐλαβείᾳ: ubi pro *Dea* seu *persona* sumenda est ἡ Εὐλάβεια. Multo tamen sæpius et libentius articulum omittunt ante nomina hujusmodi. Hæc notavi, quia viris doctissimis observatum vidi, nominibus propriis articulum non præfigi a Tragicis. Si addidissent, *sæpius*, consensissem: eundem consensum præbiturus, si dixissent Comicos nonnunquam omittere articulum ante nomina appellativa: quod illi negant; ego verum esse scio. Ratio hujus omissionis est, opinor, quia Tragici veterem Atticam loquelam sequebantur, in qua articuli sæpissime non exprimuntur, ut ex Herodoto videre licet. Markl. Vide ad Phœn. 145.

707. δεξιοῦ. Ita felicissime Marklandus, cujus emendationem non dubitavi recipere. Ed. Ald. δεξιὸν, secundum quod lævum cornu Atheniensium, dextrum vero Thebanorum, eodem tempore terga vertisse dicerentur. Musgr.

710. ἐκέρδαινεν. Musgravius conjicit ἐκήδαινεν, Wakefieldius in Silv. Crit. T. IV. p. 172. τὸ νικᾷν τοῦτ' ἐκέρδαινε. Sane lucrum facit dux, vincente altero cornu: sed in lucro faciendo quæ tandem laus posita est? Quapropter reposui ἐκύδαινεν. Hesychius: κυδαίνει· τιμᾷ, ἀξιοῖ, θαυμάζει, ἐγκωμιάζει. Homerus Iliad. X. 67. Φθέγγεο δ', ᾗ κεν ἴῃσθα, καὶ ἐγρήγορθαι ἄνωχθι, Πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον, Πάντας κυδαίνων. Faciebat Theseus, quod Agamemnon, Iliad IV. 232. Οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων, Τοὺς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσιν. Hermann. Sed recte monet Elmsleius verba κηδαίνω et κυδαίνω non Attici sermonis esse; nec tamen locum se intelligere fatetur.

712. ἔῤῥηξε δ' αὐδήν. Frequens locutio: vel ἔῤῥηξε φωνὴν, Clem. Alex. Pædag. II. 1. p. 172. et *rumpere vocem* Latinis. Markl.

715. Pro vulgato Δαναϊδῶν, quod manifeste vitiosum est, reponit Marklandus Παραλίων. Credebat enim, lævum cornu exercitus Atheniensis, quod Thebani loco cedere coëgerant, ex Paraliis solis constitisse; id quod situs locorum refutat. Legendum censeo Κραναϊδῶν, *Atheniensium*, a Cranao, qui post Cecropem Atticæ imperium tenuit. Licet enim vox Κραναΐδαι nusquam alibi, quod sciam, legatur, nihil tamen vetat, ita dictos fuisse, quemadmodum Cecropidæ a Cecrope, Erichthonidæ (Eustath. ad Il. A.) ab Erichthonio, Erechthidæ ab Erechtheo, Thesidæ a Theseo, Codridæ (Eustath. ad Il. B.) a Codro dicti sunt. Cranai, quod antiquis temporibus etiam vulgare Atheniensium nomen erat, patronymicum videtur ab

eodem Cranao deductum. Ita enim Troës a Troë, Teucri a Teucro, Hellenes ab Hellene, Iones ab Ione, Achæi ab Achæo, Leleges a Lelege, Cilices a Cilice, gentile nomen adepti sunt; adeo ut eam antiquissimam patronymicorum formam crediderim, priusquam terminatio in ίδης inventa esset. Quod si Athenienses a Cranao Cranai dicti sunt, quis dubitet, etiam Cranaidas dici potuisse, quemadmodum Argivi a Danao Danai et Danaidæ nullo discrimine appellantur? Æschylus porro Athenienses παῖδας Κρανάου diserte vocat Eumenid. v. 1041. Sic et Epigrammatis apud Laërtium auctor Κρανάου Κέκροπός τε πολῖται. De Patronymicis vide, si vacat, Pausan. p. 429. l. 45. Ed. Hanov. 714. Musgr. Κεκροπίδων mavult Elmsleius.

716. τοὐπιδαύριον. Spolium nempe Periphetæ Epidaurii. Plutarch. in Theseo, p. 8. Ed. Steph. Musgr.

718. ὁμοῦ τραχήλους κ. τ. λ. Vertunt, *Simul colla, et insertum caput Galeæ demetens*. Scholion Brodæi est: κυνέας· *e galea demetens*. Intellexit ἐκ ante κυνέας, quam vocem et ille et interpretes acceperunt pro secundo casu numeri singularis, qui fuisset κυνέης, non κυνέας, quod Doricum est. Neque bene vertunt ἐπικείμενον κυνέας, *insertum galeæ*. κυνέας est accusativus pluralis, a recto κυνέη: et κάρα ἐπικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας, est, *capita quæ galeas impositas habebant*, locutione elegantissima. Sic τραγῳδοὶ ἐπικείμενοι κράνη, *tragœdi qui impositas habent* (gestant) *larvas*, apud Lucian. de Gymnas. p. 285. ed Græv. Idem Navigant. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis quæ anserculum aureum impositum habebat:* et ita Adv. Indoct. p. 384. Homerum forte in animo habuit Noster, Iliad. Ξ. 497. ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε Αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη. Ejusdem rationis est istud Virgilii, *flores inscripti nomina regum:* et multa talia apud Latinos poëtas. Markl.

719. Vulgo κἀποδαυλίζων. Placet conjectura Eruditorum, pro ignorabili hac voce reponentium κἀποκαυλίζων, a καυλὸς, *caulis:* ut sensus sit, *et truncos demetens*. Aristoph. Eq. 822. τοὺς καυλοὺς Τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων. ubi Scholiast. notat metaphoram esse ab iis qui *caules olerum defringunt*. Thucydides citatur in Lexicis: qui locus est II. 76. ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. De θερίζων hoc loco vide Cl. Sallier. ad Mœrin Atticist. V. Ἀμᾷν, et Nostrum Orest. 128. Markl. Mavult Blomfieldius κἀπολωτίζων, conferens supra v. 449. Iph. A. 782.

720. Vulgatum ἔτρεψεν mutavi in ἔτρεψαν. Alia ratio est in

Heraclidis, v. 836. Μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων Ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ. HERMANN.

722. κἄκρουσα χεῖρας. Ut ille apud Aristoph. Plut. 739. Ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς.—Ἔτεινον, sc. ὁδὸν, *tendebant* iter. Sic Iph. Aul. 410. Ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, intellige ὁδόν. Aristoph. Thesmophor. 1217. φεύξει κ' τενεῖς Ὡς τὴν γυναῖκα. MARKL. ἔτεινον εἰς πύλας. Sic Xenophon: ἔτεινον ἄνω πρὸς τὸ ὄρος. Cyr. Exped. Lib. IV. p. 324. Ed. Paris. 1625. MUSGR.

734. θεοὺς νομίζω. Sic Laërtes apud Homer. Odyss. Ω. 355. Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ Θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον, Εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν. MARKL. Vide ad Hec. 782. Elect. 579.

736. ὦ Ζεῦ, τί δῆτα κ. τ. λ. Hi tres Iambi paullo aliter leguntur in Fragment. ex Incert. Tragœd. p. 510. ed. Barnes. Oblitus erat Cl. Vir eos hic extare. Vide Diog. Laërt. ix. 71. in Pyrrhone: et ibi Casaub. et Menagium. MARKL.

742. μέτρια θέλοντος. Scilicet δοῦναι, e verbo λαβεῖν supplendum: sæpe enim Græci vocem contrariæ significationis in altero sententiæ membro subaudiendam relinquunt. Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. Obs.

744. ἀρτίπλουτα χρήματα. Per hypallagen, ὡς πένης ἀρτίπλουτος, λαβὼν χρήματα: *ut pauper modo dives factus, acceptis opibus.* MARKL.

747. Vulgatum ἐκτείνειν τόξον esset *extendere arcum:* hic vult *intendere,* quod est ἐντείνοντες, ut infra 887. τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν. Brodæus notat, ὡς *superfluit.* Vide Aristoph. Nub. 1209. Metaphora seu comparatio *actionum humanarum* cum arte *sagittandi* notissima est, vel ex isto Horatii, *Quid brevi fortes* jaculamur *ævo Multa?* vide et Troad. 647. MARKL.

749. τοῖς δὲ πράγμασιν. Idem est, quod aliis verbis Hesiodus dixit, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Op. et D. v. 218. MUSGR. Frustra hæc tentavit Marklandus. Hoc dicit poëta: Inanes sunt, qui nimis magna concupiscentes, et inde merito suo pœnas dantes, non amicis recte consulentibus, sed rebus ipsis credunt, adverso videlicet eventu edocti. HERMANN.

750. κάμψαι κακά. *Declinare mala.* Metaphoricum est vel a *navigantibus:* κάμψαι τὴν ἄκρην, Herodot. VII. 193. vel a *stadio:* κάμψαι τὴν νύσσαν· Horatio, *metaque fervidis Evitata rotis.* In Rheso 235. κάμψαι πάλιν θυμέλας est *redire ad aras.* Helen. 1159. hoc, de quo hic agitur, dicitur, διορθῶσαι ἔριν

λόγοις. Διὰ λόγου, v. 750. et λόγῳ, v. 751. est quod alibi vocat λόγων ξυναλλαγαῖς, *verborum transactione*, v. 602. MARKL.

754. Vulgatum δορὶ in δορὸς mutavi. HERMANN. Recte.

757. ὅσοι γε κ. τ. λ. Scrupulum movet Marklandus, quomodo conciliari possit hæc narratio de *septem reportatis* cum Amphiarai in Tartara descensu. Idemque optime solvit, dicendo, numerum integrum pro imperfecto poni, ut Apostoli vocantur duodecim 1 Corinth. XV. 5. cum eo tempore non nisi undecim essent. Vide et infra v. 1214. Pind. Nem. IX. 5. 56. Similem errorem vide apud Pind. Olymp. VI. Epod. 1. ubi multa disputat Scholiastes uterque. MUSGR.

758. κεκμηκότων. Homer. καμόντων, i. e. θανόντων. BARNES.

759. δίδονται corrigit Blomfieldius.

760. τοὐκεῖθεν, ἢ τοὐνθένδε. *Ex illa, an ex hac parte?* ultra an citra? Hic locus videri potest unus ex iis in quibus hodierni lectores Euripidis offendere possumus, forte non satis assequentes qua mente proponerentur hujusmodi quæstiones, quæ idcirco nobis, ab istis temporibus tam longe dissitis, primo intuitu *parum ad rem* (si ita loqui fas sit) nunc videantur. Sed ratio aliqua forte excogitari potest, quare Adrastus interrogaret, utrum turba militum ejus mortuorum sepulta esset *ultra an citra* Cithæronem; et quare Jason (Med. 1302.) audita cæde filiorum a matre interfectorum, in maximo luctu statim quæreret, *Ubinam* eos interfecit? *intusne, an extra domum?* Sed quid dicendum est de *Agave*, (Bacch. 1243.) cui, trementi de nece filii sui Penthei, quum pater Agaves Cadmus dixisset, eam ipsam suis manibus illum interfecisse; pro ejulatu et lamentationibus, quas aliquis expectasset, illa satis lente, uti videtur, Cadmum interrogat, *Ubi vero periit? in domo? an quibus in locis?* quasi *locus* alicujus esset momenti in re tam luctuosa, et tam atroci facinore! Responsum quidem (cujus caussa quæstio proposita fuisse videtur) *Ubi prius Actæona canes nactæ sunt*, appositum est: sed talem quæstionem quænam mater, unico filio orbata, proponit? Ita mox, quum ei narraverat Cadmus, se vix, et multo cum labore, cadaver Penthei dispersum per agros collegisse; illa, parum materne, uti nunc videretur, rogat, *An totum* reperisset, *suis membris conjunctum apte?* qualem quæstionem hodierna mater, ut diram, et a natura maxime abhorrentem, refugeret. Quæ refero, ab aliis discendi studio, non culpandi ea quorum rationem non satis intelligere videor. MARKL.

761. Ἐλευθερίς. Rupes Eleutheria, ad montem Cithæronem

posita juxta urbem Eleutheras, ubi et ara Jovi Eleutherio; est autem hæc urbs Thebis contermina et Platæis; ut par sit credere, cæsos Argivos illic sepeliri. De his vide Pausaniam in Bœoticis circa principium. Plin. Hist. Nat. L. IV. c. 7. etc. BARNES. Meminit etiam Plutarchus in Theseo, p. 25. Ed. Steph. MUSGR.

762. Pro πῆ manifesto ποῦ legendum censet Blomfieldius, et cum λιπὼν construendum. Vide ad Hec. 1057. Hom. Il. K. 406. πῆ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα.

763. Ingeniose Jacobsius in Emend. in Eurip. p. 60. et in Curis sec. p. 15. conjicit, πέλας γὰρ πανστρατὶ σπουδάζεται. Poterat etiam lenius πανσυδί. Non ausim tamen aliquid mutare. Quamvis enim haud satis apte hæc sententia expressa videatur, si ea, quæ in scena aguntur, spectes: tamen aliter judicandum erit, si eam temporibus accommodatam ab Euripide esse statuas, cui id ipsum maxime videtur curæ fuisse, ut quam primum renovaretur bellum cum Lacedæmoniis. In eamdem sententiam disputaverat supra v. 319. ss. HERMANN.

764. πικρῶς, *indigne*. HEATH. Excidit Adrasti versus. Neque enim ausim cum Lobeckio ad Soph. Aj. 228. versum 765. ut spurium delere. HERMANN.

766. ἠγάπα νεκρούς. Hinc, opinor, pulcrum istud suum sumsit Statius Theb. XII. 194. de Argia, Polynicis uxore: *et, qui castissimus ardor*, FUNUS AMAT: maritum suum, vita functum, et jam *cadaver* factum, tamen *amat*. MARKL.

768. κἄστρωσέ γ' εὐνάς. Ita scribere maluit (nam nullam varietatem in exemplaribus reperio) quam κἄστρωσεν εὐνάς. unde sequi videtur, aliquem fuisse usum vel elegantiam in ista positione particulæ γε, quam nos nunc ignoramus; nam sæpe ita et hic, et alii Poëtæ scribunt, metro non cogente, et cum locus non est significationi τοῦ *saltem*, vel *certe*. De his εὐναῖς vide Cl. Dorvill. ad Chariton. p. 97. quo pertinet elegans istud Sophoclis Œd. Tyr. 980. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. MARKL.

771. συνθανεῖν ἂν ἤθελον. Vide ad Alcest. 1085.

773. Reiskius et Marklandus scribendum conjecerunt αὐταὶ δ', quamquam Marklandus dubitat, an in verbis δοκῶ μὲν vitium insit. Omnia sana sunt. Nam δοκῶ μὲν, ad sequentia relatum, horum confirmationem cum negatione contrariorum continet, ut interdum *immo* verti possit, ut hoc in loco, et in Sophoclis Electra v. 59. Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν, Ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος; Δοκῶ μὲν, οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Ita interpungi debebat. Similis ratio est in Œd. Col.

992. Εἴ τίς σε τὸν δίκαιον αὐτίκ' ἐνθάδε Κτείνοι παραστὰς, πότερα πυνθάνοι' ἂν, εἰ Πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως; Δοκῶ μὲν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον Τίνοι' ἄν. Et iterum in Electra, v. 546. Οὐ ταῦτ' ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός; Δοκῶ μὲν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω. Vis in his duobus locis eadem est, etsi non licet verti *immo*. Sed licebit, si in priore loco verba ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως omiseris, in altero ordinem sententiarum sic inverteris, δοκῶ μὲν, ἀβούλου ταῦτα καὶ κακοῦ πατρός ἐστιν. Hoc monui, ut ratio hujus formulæ intelligeretur, et ut ne existant, qui δοκῶ μὲν, etiam ubi non potest, pro *immo* dici existiment. HERMANN.

774. Vulgo legitur ἀλλ' εἶεν· αἴρω χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῦς, κ. τ. λ. Locutionem autem ἀλλ' εἶεν Tragicis inusitatam censet Marklandus, qui corrigit, ἀλλ' εἶ', ἀναίρων χεῖρ' ἀπαντήσων νεκροῖς. Audiamus autem Elmsleium Anglice disserentem in Diario Classico, T. IX. p. 52. *Mr. Hermann silently adopts* ἀπαντήσων, *but defends* ἀλλ' εἶεν *in a long note, which contains nothing which is much to the purpose. In Attic prose the future of* ἀπαντῶ *is always* ἀπαντήσομαι. *See* Thucyd. IV. 77. VII. 2. 80. Xenoph. Hellen. I. 6. 3. Lysias pp. 96. 923. Demothen. p. 1043. Æschin. pp. 163. 170. *This fact, however, is not a decisive objection to* ἀπαντήσων *in the passage under consideration. We read* ἀλλ' εἶμ. ἐπαρῶ χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς. Ἀπαντήσας *is right, because the action described by the words* ἀπαντήσας νεκροῖς, *is supposed to precede that described by the words* ἐπαρῶ χεῖρε. *The sense is :* I will meet the dead bodies and salute them. *The following passage of the Alcestis, which is quoted by Markland, is the best commentary on the words* ἐπαρῶ χεῖρε. V. 785. οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ', ἀποιμώζων ἐμὴν Δέσποιναν. *With regard to* ἀλλ' εἶμι, *if the reader will take the trouble of consulting the following passages, we believe that he will prefer our emendation to that of Markland.* Æsch. Agam. 1322. Choeph. 779. Pers. 851. Soph. Œd. C. 503. Trach. 389. Aj. 654. Eurip. Phœn. 1009. Alcest. 209. Androm. 89. Herac. 673. Elect. 1136. Aristoph. Pac. 232. &c. *The future* ἐπαρῶ *needs no illustration, after what has been said by Porson,* ad Med. 841. *In the next verse Markland wishes to alter* ἐκχέω *into* ἐκχεῶ. *The future of* χέω, *like that of* γαμῶ, καλῶ, τελῶ, *and some other verbs is the same as the present.*

777. τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς κ. τ. λ. Ex Homeri Iliad. I. seu IX. 406. ut notarunt Brodæus et Barnesius : ad quem locum, hunc Euripidis adfert Clarkius. De locutione πόροι χρημά-

των (v. 779.) vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 1513. MARKL.

779. Hic Adrastus e scena exiens, obviam cadaveribus procedit. MUSGR.

783. Vulgo τιμή. Usitatius τιμὰ in Choris: ut et v. 786. ἁμέραν, quemadmodum, v. 790. præcipue hic, quia loquuntur Argivæ. Alioqui Dorica dialectus non necessario, et per omnia, in Choris locum videtur obtinuisse. MARKL.

784. τῶν. Lego, ἐμῶν. HERMANN.

786. τὰν ἄελπτον ἁμέραν. Intelligo *diem sepulturæ.* MUSGR.

788. χρόνος ὤφελέ με κτίσαι ἄγαμον, est, *Utinam Tempus fecisset me innuptam!* i. e. utinam nunquam alicui nupsissem! Sic κτίσαι ποτανάν, v. 620. Æschylus Eumenid. init. κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης· ubi Scholiast. notat, κτίσας, ποιήσας· et dicit hoc esse ἰδίωμα Æschyli: sed refellitur his locis Euripidæ, et Sophoclis Trachin. 915. Καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ ἡ γυναικεία κτίσαι; i. e. ποιῆσαι. MARKL. De locutione δεῦρ' ἀεὶ vide ad Orest. 1658.

790. ὤφελ' ἁμερᾶν κτίσαι. Vulgo ἁμέρᾳ. Recepi emendationem Porsoni ad Orest. 1679. μ' ἔδει Marklandi emendatio est pro με δεῖ. HERMANN. Sed de constructione vide ad Orest. 756.

795. Blomfieldius legit στέρεσθαι.

796. ἀλλὰ τάδ' ἤδη κ. τ. λ. Hic in scenam inducuntur cadavera, seu arcæ ducum, Thebis allatorum: quibus visis, sequitur comploratio Adrasti et Chori, usque ad finem actus. MARKL.

798. πῶς ἂν ὀλοίμαν. *Utinam peream!* sæpenumero ita in Euripide, ceterisque; et fere minus perspicue vertitur. Πῶς ἂν *interrogantis* est, ita tamen ut *optet.* Xenophon Anab. VII. p. 413. D. Πῶς ἂν οὖν, ἔφασαν, ἡμῖν συλλεγεῖεν; *Utinam nos, inquiunt, convenirent!* Vide quæ sequuntur. Antoninus Imp. IX. 40. οὗτος εὔχεται, Πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; *Utinam cum illa concumbam!* vide ibi alia. In Arrian. Diss. II. 18. hoc exprimitur, ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη. MARKL. Vide ad Hippol. 207.

806. Majori forte cum affectu distingui posset, προσαυδῶ σε τὸν θανόντα; ut in isto Virgilii Æn. IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aspicio?* Σὲ τὸν θανόντα ut v. 1025. i. e. σέ, ὦ θανών, vel ὃς εἶ ὁ θανών. MARKL.

808. Monet MS. E. deesse aliquod post αἶ, αἶ. Supplevit ex ingenio Barnesius, δεινὰ πάσχομεν φίλοι. Præstitisset locum, ut feci, vacuum relinquere. MUSGR.

809. τὰ κύντατα. *Gravissima.* Hom. Od. Υ. 18. Τέτλαθι δὴ, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. BARNES.

810. ὦ πόλις Ἀργεία. Putares Ἀθηνᾶς legendum esse. Sed prior, quæ hactenus Athenis fuit, scena jam deinceps Argis erit, solito Euripidæ et Dramaticorum æqualium artificio, tunc temporis non miro, hodie incredibili. Deinde, v. 1166. redit rursus Athenas. REISKIUS. Existimavi scenam per totum hoc drama esse Eleusine; ut in argumento, Ἡ μὲν σκηνὴ, ἐν Ἐλευσῖνι: nunquam Argis, neque Athenis. Sic v. 363. loco simillimo, quando Chorus dicit, Ἱππόβοτον Ἄργος κ. τ. λ. Argi, i. e. *O cives Argorum equis-pascendis-aptorum, O patrium meum solum;* AUDIVISTIS *hæc*, etc. loquitur Eleusine, non Argis; et ita hic Adrastus, Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; *O civitas Argiva*, i. e. *O cives Argivi:* ipse tamen Eleusine existens, non Argis. Neque hujusmodi translationis scenæ in eodem dramate ullum exemplum in veteribus dramaticis memoriæ occurrit. Horatii istud, *modo me* THEBIS, *modo ponit* ATHENIS, quod et in hac fabula factum est, non intelligi debet de translatione scenæ dramatis ad Thebas vel Athenas; sed de Poëta, qui lucide et eleganter et quasi in re præsenti narrat in scena ea quæ Thebis, si forte, vel Athenis gesta sunt, semper tamen manente scena dramatis eodem loco ubi primum fuit constituta; ut hic, Eleusine; nunquam translata ad Athenas, vel Thebas, vel Argos, in eodem dramate. Eleusina Evadne Argis profugit: Eleusine Capaneus et Evadne combusti sunt: Eleusine Chorus primum accessit, et Æthram ibi invenit, et per totum drama ibi manebat: quod est certissimum istius immutabilitatis, quam dixi, indicium, et ita factum deprehendes in omnibus, opinor, Euripidis, Sophoclis, et Æschyli Tragœdiis, ut, ubicunque Chorus permanet (et semper permanet eo loco ubi primum collocatus fuit,) ibi sit scena dramatis, et ea semper immutabilis, in eodem dramate. MARKL. His similia sunt ista Sophoclis Œd. C. 871. KP. ὁρᾶτε ταῦτα, τῆσδε γῆς ἐγχώριοι. OI. ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σὲ, κ. τ. λ. MARKL. Porsonus addit Arist. Plut. 601. Equit. 810. ὦ πόλις Ἄργους κλύεθ' οἷα λέγει; *Advers.* p. 239.

816. ἐν οἷς. Subint. τόποις, *in illis locis, ubi.* REISK.

820. Conjicit Markl. post ἔχεις interrogationis notam esse ponendam, ut Alc. 1129. Cycl. 679. Soph. Aj. 889. BECK.

821. τοῖς τεκοῦσι. Pro ταῖς τεκούσαις. Vide Androm. 413. BARNES. Correxi vulgatam, ὡ in ἦν mutato. Particulæ δ' ἦν in his sunt, quas nimium neglexerunt interpretes. Significant

fere quod nos dicimus *indessen:* [Anglice, *in the mean time.*] Hinc δ' ἂν ὅμως, *indessen doch,* [Anglice, *in the mean time, however*] non intellectum ab interpretibus in Æschyli Sept. ad Th. 816. etsi eamdem formulam ex Heliodoro attulerat Hoogeveenius, p. 274. qui tamen non debebat obloqui Devario. HERMANN.

822. ἀΐετέ μου. Male hoc interpretantur *audite me.* Hoc dicit, *auditis me,* et ex his, quæ dico, colligere potestis, me quoque ipsum dolere. Ita demum apta est, quæ sequitur responsio. HERMANN.

823. ἔναρον. Aor. 2. verbi ἐναίρω. BARNES.

826. κακῶν πέλαγος. Vide ad Med. 366.

828. κατὰ μὲν ὄνυξιν ἠλοκίσμεθα. Tmesis pro κατηλοκίσμεθα, a verbo καταλοκίζω pro καταυλακίζω. Thema αὖλαξ, et Scenicis ἄλοξ, *sulcus.* BARNES.

831. κατά με πέδον γᾶς ἕλοι. Id est, πέδον γᾶς καθέλοι με· ut Sophocl. Œd. Colon. 1762. κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι· ex Homerico forte, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Deinde, διὰ δὲ θύελλα σπάσαι, i. e. θύελλα δὲ διασπάσαι, sc. με. MARKL.

836. ἔρημά σ' ἁ πολύστονος. In vett. edd. sine interpunctione jungebantur φάτιν ἔγημας ἁ πολύστονος. Marklandus emendabat ἔρημα δ' ἁ πολύστονος, unius tantum litteræ mutatione peccans. HERMANN.

839. μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ Γόους, κ. τ. λ. Per σε, vult Chorum, non Adrastum, ob id quod sequitur, νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ· ubi Ἄδραστον plane opponitur huic σε. Et ita Reiskius. Quod vero dicitur, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ γόους, non intelligo: non enim apparet ubi Chorus (vel Adrastus) in superioribus luxerit coram στρατῷ, sive *exercitum,* seu hominum *magnum cœtum* sub στρατῷ contineri dicas. Budæus dicit, ἐξαντλεῖν γόους hic significare *exantlare et perferre luctus.* Neque hoc intelligo quid hic velit. Aldina distinguit post στρατῷ, et cetera continuat. Editio Brubach. habet ἐξήντεις. unde Reiskius ἐξήνυτες· quod mendum est, opinor, typographi, propter amphimacrum ηνῦτες, qui pes in versu iambico locum non habet. Idem delet comma post ἀφήσω, et conjungit ἀφήσω τοὺς ἐκεῖ μύθους, vertens, *omittam sermones quos tunc volebam facere.* Recte, credo, τοὺς ἐκεῖ μύθους, *priores sermones,* ut τῆς ἐκεῖ πάτρας, *prioris patriæ,* apud Helen. 150. Heathius per σε intellexit *Adrastum,* et idcirco legit ἀφῆκα pro ἀφήσω. Μύθους εἰς τὰ σὰ, *sermones* vel *quæstiones quæ spectant ad te* vel *res tuas,* ut Ion. 759. συμφορὰν εἰς ἐμὲ, *rem quæ ad me spectat.* Per ἡνίκ' ἐξήντλεις γόους Theseus videtur innuere locum

istum v. 274. et sequentibus. Historiam habes loci hujus: jam quid sit στρατῷ, explicet qui potest, et conjiciat qui vult. MARKL. Locus sane difficillimus est, et variis Interpretum conjecturis vexatus, de quo adhuc sub judice lis est. Elmsleii emendationem, incertam sane, sed et probabilem, Marklandi notæ adjicere sufficiet. Μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντας στρατῷ Γόους ἀφήσων, τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν Εἴασα μύθους, νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ· seu forte, νῦν δ', Ἄδραστ', ἀνιστορῶ, κ. τ. λ. Sententia in nostrum sermonem translata hæc erit. *Being about to ask you the following question, when you came to meet the army for the purpose of bewailing the dead* (v. 774.), *I desisted from my intention, and omitted what I meant to say. But now, Adrastus, I ask you, &c.*

842. διαπρεπεῖς Θνητῶν. Interpretor: *egregii præ reliquis mortalibus;* totam autem quæstionem sic: *unde factum est, ut hi fortitudine præ reliquis mortalibus egregii exstiterint?* MUSGR. Vide Matt. Gr. Gr. §. 370. b.

843. σοφώτερος. Scil. ἐμοῦ. Cf. vv. 914. seqq.

845. κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ. Sic κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ, *mala majora quam ut quis ea ferre possit,* Hecub. 1083. νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, Sophocl. Œd. Tyr. 1316. μεῖζον ἢ πενθεῖν κακὸν, Bacchylides ap. Stob. Tit. 121. Herodotus dixisset ἔργα λόγυ μέζω, lib. II. 35. Plenam locutionem exhibet Xenophon. Mem. III. p. 770. C. μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν δύνασθαι κακόν. Hoc loco εἶδον non est *vidi,* sed *intelligo:* non enim *vidit* horum facta Theseus, v. 522. Heathius recte vertit, *novi.* MARKL. Mihi hæc ratio non satis idonea videtur, cur εἶδον, contra usum Græcorum, ad intelligendi facultatem a visu transferamus. Tradit Pausanias, p. 289. Ed. Sylb. Peloponnesios, cum mœnium oppugnandorum rationem non tenerent, ira potius, quam consilio, urbem impugnasse. Potuit igitur Theseus, dum Thebis esset, muros circuire, et locis, ubi impetum fecerant, indicatis, tentamina eorum contemplari. MUSGR.

848. ὅτῳ ξυνέστη κ. τ. λ. Euripides hoc loco videtur tangere Æschylum in Sept. Theb. ubi multus est in describendo quis cui opponeretur in prœlio. MARKL.

850. Reiskius et multo ante Grotius in notis ad Excerpta, p. 954. pro vulgato κοινοὶ scribendum viderunt κενοὶ, quod etsi etiam Marklando in mentem venerat, maluit ille tamen vulgatam sequi, quam haud sane probabiliter explicat. Λόγοι dicuntur etiam τῶν ἀκουόντων, quod hi fere talia percunctantur. HERMANN.

859. Animadvertendum est, hanc orationem ad λόγων ἐπι-

ταφίων imaginem adumbratam esse. Confirmat vox ἔπαινον, quam recte Marklandus interpretatur *laudationem*, sive, quod vulgo dicimus, *elogium*. Omnem autem dubitationem eximit Dionys. Halicarnass. Tom. I. p. 279. l. 40. Ed. Hudson. ubi id ipsum disertis verbis testatur. MUSGR.

861. Libri ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν, ὃ βέλος διέπτατο; quod Marklandus explicare studet; conjicit tamen ἀδρὸν scribendum esse, quod probat Musgravius, pro varietate lectionis habens scripturam, quam a Toupio in Notis ad Suidam Vol. II. p. 157. ex Polybio probatam, nos recipiendam duximus. Polybius V. 9. ubi refert, Macedones sævitiam, qua Œtoli Dium Dodonamque vastaverant, excidio Thermi, oppidi Œtoliæ, ultos esse, κατέγραφον δ' εἰς τοὺς τοίχους, inquit, καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος, τῆς τοῦ Σάμου, φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ στίχος ἦν· Ὁρᾷς τὸ Δῖον, οὗ βέλος διέπτατο. Non dubitasset, opinor, Musgravius hanc lectionem in textum revocare, si reputasset, et ἁβρὸν, sive, ex quo illud natum videtur, ἀδρὸν, facillimo errore ex διὸν oriri potuisse; et, quo etiam Toupius commemorare debebat, βέλος non posse carere epitheto, ex quo fulmen intelligi appareret. HERMANN.

862. Καπανεὺς ὅδ' ἐστίν. Hic loci non possum Euripidem non indecori arguere; qui tantam humilitatem de superbissimo illo Capaneo prædicat, quem et Æschylus in suo Sept. Theb. Dramate Divûm contemtorem facit, et ipse Euripides in Phœnissis talem agnoscit, ut et Statius in Thebaide. Nisi forte hic character Adrasti amicitiæ magis tribuendus est, quam ipsi veritati. Ὁ βίος in hoc loco facultates et τὴν περιουσίαν significat, ut in Hecub. 12. BARNES. Vide infra ad v. 874.

863. ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν. Plutarchus in Pelopid. p. 279. B. ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεὺς, Ὧι βίος μὲν ἦν πολὺς, Ἥκιστα δὲ δι' ὄλβον γαῦρος ἦν. Memoriter, opinor, et ad sensum citavit Plutarchus. Zeno hos versus in ore semper habebat: Diog. Laërtius VII. 23. MARKL.

864. οὐδέν τι μεῖζον. Non convenit notæ Capanei superbiæ. Sed puto, Poëtam in Ducibus Argivis laudandis nobilium quorundam Atheniensium vitam et mores effinxisse. Quare non est adeo mirandum, si receptam de Veteribus illis opinionem non anxie ubique secutus est. MUSGR.

868. φίλοις τ' ἀληθὴς κ. τ. λ. Ita de se Hippolytus, v. 1005. ἀλλ' αὐτὸς ὢ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν φίλοις. Epicurus apud Laërtium X. 118. μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως. Distinxi post παροῦσιν plenius quam ante. ὧν est οἵων,

qualium hominum numerus non est magnus: Troad. 465. Markl.

873. Ἐτέοκλον. Multis offensam dedit hic locus, qui nempe Poëtam putabant de Eteocle Thebano loqui; cum hæc verba nihil ad illum pertineant, sed ad Eteoclum, Iphios filium: qui Iphis fuit Evadnæ pater, uxoris Capanei. Recte autem illum Poëta inter septem Heroas nunc numerat, quia aliter sex tantum forent occisi: ipse enim Adrastus solus evasit, cujus locum, ne numerus τῶν ἑπτὰ absolutus non sit, Eteoclus implet. Horum autem septem nomina vide ad Phœniss. v. 126. De Eteoclo autem, Iphios filio, vide Pausan. in Phocic. p. 326. et hanc Fab. v. 1040. Notandum est, εὐπρεπείας χάριν Poëtam nihil hic de Amphiarao, ut neque de Polynice, proferre: illius enim vivi corpus hiatu terræ absorptum nusquam apparuit, hujus autem cadaver ante hæc ab Antigona sorore, cum vitæ ipsius periculo, flammis datum. Quare heroum τῶν ἑπτὰ quinque tantum hic, ut mortui funerationi jam proximi, memorantur. Absurdissime itaque hic Gaspar Stiblinus Eteoclum putat pro Amphiarao positum, (qua de causa, nescit ille) vel certe aliter carmen legi debere, quomodo ille nobis ostendit, nescius, de Amphiarao et Polynice paulo post Poëtam, ut de absentibus, loqui. Et tamen apud Sophoclem in Œdipo Coloneo hic Eteoclus et ipse inter septem numeratur, v. 1310. Ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος Τυδεύς· τρίτος δ' Ἐτέοκλος Ἀργεῖος γεγώς. Barnes. Vulgo legitur ἄλλον, quod non minus probum. Confer Troad. 623. Soph. Ant. 1295. et alibi passim, ubi ἄλλος redundare videtur.

874. τῷ βίῳ μὲν ἐνδεής. Mirum est, unde hic Eteoclus ut pauper describatur, cum filius esset Iphidis, patris Evadnes, qui per totam subsequentem narrationem videtur fuisse unus ex principibus Argivis, et qui appellatur ἄναξ, v. 988. Τῷ βίῳ hic, ut supra 862, quod est ὄλβος, 863. sic ἀλαζονεία τοῦ βίου, *jactantia* vel *ostentatio opium* seu *fortunarum*, D. Joan. 1 Epist. ii. 16. non *superbia vitæ:* vide cap. iii. 17. Markl.

876. δωρουμένων. *Dare volentium:* sequitur enim, *non recepit.*

878. δούλους. Sic δοῦλον παρασχὼν θάνατον, Orest. 1163. pro δουλικὸν, ut παρθένους χεῖρας pro παρθενικὰς, Ion. 273. Markl.

879. Euripides dicit, Eteoclum hunc odisse τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, Eteoclea scil. *injuste agentem;* sed non *civitatem* ejus, Thebas: et sequitur ratio quare non oderat *civitatem* ejus, ἐπεί τοι οὐδὲν αἰτία πόλις Κακῶς κ. τ. λ. Markl.

880. Marklandus ἐπεί τοί γ' οὐδέν. Sed vulgatum defendit Porsonus in Advers. p. 241. conferens Euripid. Heraclid. 507. Οὐ δῆτ'· ἐπεί τοι κ γέλωτος ἄξια. 744. Θείην· ἐπεί τοι κ κακὸς μένειν δόρυ. Med. 672. Μάλιστ', ἐπεί τοι κ σοφῆς δεῖται φρενός. Aristoph. Acharn. 931. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτ'· ἐπεί τοι κ ψοφεῖ. Euripid. Androm. 89. ἐπεί τοι κ' περίβλεπτος βίος. Lucian. Jov. Tragœd. II. p. 644. Οὐκ οἶσθ', ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα. Aristoph. Ran. 511. οὐ μή σ' ἐγὼ Περιόψομαι 'πελθόντ', ἐπεί τοι κ κρέα Ἀνέβραττεν. vid. ad Med. 672.

883. ἐτόλμησε τραπέσθαι. Id est, ἐτρέψατο, *vertebat se:* ut τολμᾷς ἀπαλλάξαι pro ἀπαλλάττεις, Hecub. 1198. τολμᾷς ἐπαινεῖν, *probas,* Sophocles Electr. 1057. vide Medeam 587. D. Joan. xxi. 12. MARKL. In sequenti versu πρός τε μαλθακὸν legunt multi; sed male. Expressio vulgata est Elliptica, suppresso participio ἰὼν, quod mox scriptum habemus, v. 886. in simili formula πρὸς τὸ ἀνδρεῖον, ἐς τ' ἄγρας ἰών. Hujusmodi sunt ista πρὸς βιὰν, πρὸς εὐσεβίαν, πρὸς ἔχθραν, et id genus omne.

885. τῇ φύσει est idem, atque τῷ σώματι, aut τῇ τροφῇ. REISK.

886. Non majorem offensionem habet ἔχαιρε χαίρων, quam, quod tamen alia ratione dictum est, φύσιν τίν' εἶχε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων, apud Sophocl. Œd. R. 741. quod Erfurdtius rectius in majore, quam in secunda editione explicuit. HERMANN.

888. παρασχεῖν σῶμα χρήσιμον. Demosth. contr. Aristocrat. p. 326. νῦν δέ γ' εἰσὶ φίλοι, κ χρησίμους παρέχουσιν αὐτούς. adv. Phœnipp. p. m. 221. δεῖ γὰρ τοὺς εὐπόρους χρησίμους αὐτοὺς παρέχειν τοῖς πολίταις. MARKL.

889. Inepte legebatur Ἀταλάντης γόνος, Παῖς Παρθενοπαῖος. Dignam judicavi, quam in textum reciperem, præclaram emendationem, qua Matthiæ hunc locum restituit. Nam ne quis forte παῖς, ut interpretationem prægressi nominis γόνος, delendum; Παρθενοπαῖος autem, Æschyli exemplo in Sept. Th. 553. secunda syllaba producendum putet; et tempus, quo Supplices scripsit Euripides, et numeri ejus, et Phœnissarum versus 150. ὅδ' ἐστὶ Παρθενοπαῖος Ἀταλάντης γόνος, ac 1106. ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος, quorum prioris recordatione vitium in Supplicum versum inferri poterat, tum etiam id obstare videtur, quod, si Æschylo talia et Sophocli condonata sunt, eadem sibi condonari Euripidem voluisse non est credibile. Cæterum nescio an haud satis apte hic Atalantæ mentionem fecerit, cujus quum nomen audirent, spectatores non poterant non oculos in chorum convertere, ut

nobilem quondam venatricem, arcu sagittisque spoliatam, inter grandævas ducum matres agnoscerent. Defendi poterit vulgata eo, quod Æschylo hic vocatur βλάστημα καλλίπρωρον, ἀνδρόπαις ἀνὴρ, Sept. ad Th. 539. Hermann. κυναγοῦ Doricum est, pro κυνηγοῦ. sed tam sæpe ita scribitur (si exemplaribus fidendum sit), ut in Atticam loquelam usu sumta videri possit, quemadmodum ἕκατι, Ἀθάνα, et similia. Markl. Vide ad Orest. 26.

892. παιδεύεται κατ' Ἄργος. Ex Æschyl. Sept. Theb. 554. de Parthenopæo: Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς. Ceterum παιδεύεται pro ἐπαιδεύετο, qualiter sæpissime scribunt ob metrum, ut ἐλαύνεις pro ἤλαυνες, v. 130. φαίνεται pro ἐφαίνετο, v. 30. φυτεύει pro ἐφύτευε, 988. Markl.

894. πόλει. i. e. πολίταις, *civibus*. Markl.

899. ἔφερεν. Ed. Ald. ἔφερ', quod primus mutavit Barnesius. Pro δυστυχεῖ syntaxis postulare videtur δυστυχοῖ, quod et Heathio placuit. Æque commodum esset ἐδυστύχει, si metrum pateretur. Aliter tamen sentit Marklandus. Musgr.

900. Hoc versu recte tuetur ὅσας Barnesius, contra ἴσας Canteri. ἐραστὰς ibi est *mares*, qui eum amaverunt, et ἀπὸ θηλειῶν ὅσας dici potest quasi cum admiratione, *quot, putas, inter fœminas!* θαυμαστὸν ὅσας, vel πλείστας ὅσας. vide Schol. Aristoph. Acharn. 1. Quod vero de Tydeo hic narratur combusto Eleusine, et de ossibus ejus Argos reportatis, quomodo conciliabimus cum iis quæ ejus filius Diomedes refert apud Homer. Iliad. Ξ. 114. Τυδέος, ὃν Θήβησι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε. Markl. Sed Canteri lectionem recte defendit Porsonus in Advers. p. 241. conferens Alexin apud Athen. III. p. 114. E. λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τῶν δὲ φαιῶν τοὺς ἴσους.

904. Toup. in Suid. III. p. 251. post ἀσπίδι punctum ponit, tum scribit: Δεινὸς σοφιστὴς, πολλὰ δ' ἐξευρεῖν σοφὸς, atque vertit: *Non in verbis erat clarus, sed in armis. Acer sophista, sed re, non lingua, sophista.* Beck. Sed in Appendice, p. 478. versum, ut spurium plane et ineptum, ejicit Porsonus.

906. ἴσον παρέσχεν ὄνομα. *Præstitit, exhibuit:* ut v. 888. Hecub. 1089. φόβον παρέσχ' ἄν. Iph. Taur. 913. δίκην παρασχεῖν, ubi notabo: θάρσος παρέσχεν, Xenophon de Agesil. ad fin. Markl.

907. Alludit ad illud Homeri Iliad. VII. 241. οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῃ δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ. Hermann.

908. Quid sit ἦθος πλήσιον ignoro. Tolerabilius videbitur si moveas distinctionem: Φιλότιμον ἦθος· πλήσιον φρόνημα δὲ Ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον. Orest. 384. ὁ δαίμων δ' ἐς ἐμὲ

πλέσιος κακῶν, i. e. ἕνεκα κακῶν· sensus est πλέσιος ἐν κακοῖς, ut hic, πλέσιον ἐν ἔργοις. D. Paulus ad Ephes. ii. 4. ὁ δὲ Θεὸς, πλέσιος ὢν ἐν ἐλέει, et πλετεῖν ἐν ἔργοις, 1 Tim. vi. 18. Vult: *mens* et inventio Tydei *fœcunda* erat *in factis*, in *dicendo* impar. Sine præpositione Plutarch. Cat. Maj. p. 374. A. πλέσιος τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς. Mecum distinguit Hervagiana, et edit. Brubach. teste Reiskio, qui hanc distinctionem probat: ut et Grotius, ut jam disco ex Heathio. MARKL.

915. Vulgo διδακτός. In fragm. Eurip. ed. Barn. p. 497. multo elegantius legitur διδακτὸν, sc. πρᾶγμά ἐστι. Adducuntur ibi quasi ex Nostri Temeno vel Temenidis, fabula deperdita, sex Iambi, qui hic leguntur continui: quod Cl. Viri memoriam fugiebat; et caussam erroris partim videre potes in marg. Stobæi, p. 1. ubi citatur hic locus. Εὐανδρία διδακτὸν, ut ὥς ἐστι δικαιοσύνη διδακτὸν, Isocrat. contra Sophist. p. 582. apud Platonem passim, Max. Tyrium, et omnes. In versu præcedenti pro γενέσθαι, ibi invenitur κεκλῆσθαι· quod et ipsum elegantius est. MARKL.

917. μάθῃ. Sic Stobæus. Libri μάθοι. Pro τὶς Valckenærius ad Phœn. 1553. conjicit παῖς, quo non opus, si hæc arctius juncta cum præcedentibus accipias. [Ita etiam Porsonus.] HERMANN. σώζεσθαι φιλεῖ accipi possunt passive, *solent servari*. Per ὧν μάθησιν ἐκ ἔχει, v. 916. si sana est scriptura, intelligit, opinor, *ea quorum* naturaliter *non habet notitiam*. MARKL.

918. Vix ferri poterit εὖ παιδεύετε, etiam si velis indicativum esse, ut placet Marklando, cui etiam ἐκπαιδεύετε in mentem venerat. Aut hoc probandum puto, aut scribendum εὖ παιδεύσετε. HERMANN.

919. δυστυχῆ. Pro δυστυχὲς sc. τέκνον; quasi præcessisset Ἰὼ υἱέ. Legi potest, δυστυχὴς σ' ἔτρεφον. MARKL. Mavult Porsonus ἰὼ, τέκνον δυστυχὴς ἔτρεφον.

920. ἔφερον ὑφ' ἥπατος. Quod est ἔφερον ζώνης ὕπο, Hecub. 745. et alibi. γενέθλην ὑπὸ σπλάγχνοισι φέρει, Apollon. Rhod. IV. 1109. τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος, Æschyl. Choëph. 992. ἐντὸς ζώνης, Idem Eumen. 614. Notabis ὑπὸ cum tribus casibus eandem rem exprimentibus. MARKL.

923. τὸν ἐμὸν ἀθλίας. Vide ad Phœn. 1517.

924. τεκεσ' ἁ τάλαινα. Sic scripsi pro τεκεσα τάλαινα. HERMANN.

926. τὸν Οἰκλέους γε. Intelligit Amphiaräum, Oiclei filium; Œclides a Statio et Ovidio appellatum. Vide hic Barnesium. Sequitur, v. 928. εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς, *perspicue probant*: quomodo? quia nisi fuisset *Diis carus*, illum non *abripuissent*.

σοφιστικῶς. Eodem enim argumento probari potuit, Capanea Jovi carum fuisse, atque idcirco fulmine ablatum. Sed his figmentis et παραλογισμοῖς se consolabantur Veteres, in iis qui subita vel inusitata et extra naturæ cursum morte auferebantur. Sic Hylas et Bormus, revera in aquis demersi, a Nymphis rapti dicebantur: et Orithyïa, a rupe vento depulsa, a Borea rapta perhibebatur. Neque a probabilitate alienum videtur, hunc Amphiaraum in ardore prœlii, una cum equis et curru, in aliquem profundum terræ cavum, præcipitem concidentem, periisse. Inde omnia illa τεράστια, quæ de eo Poëtæ finxerunt: *Illum ingens haurit specus, et transire parantes Mergit equos: non arma manu, non fræna remisit; Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.* Magnificum magis aliquid aut sublimius, si Poëta ita voluisset, vix alibi invenisses; sed eum non ita voluisse demonstrant misera ista quæ sequuntur: *Respexitque cadens cœlum, campumque coïre Ingemuit.* Statius Thebaïd. vii. ad fin. De hac veterum superstitione vide Cl. Dorvillium ad Chariton. p. 258. seqq. agentem. MARKL.

932. πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν. Herodotus V. 33. ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα, ὡς ἐνθεῦτεν βορέῃ ἀνέμῳ ἐς τὴν Νάξον διαβάλοι, vide cap. 34. scil. τὸ πέλαγος, quando de maris transitu sermo est, ut apud Athenæum III. 25. p. 109. Διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους. MARKL.

936. θάψαι. *Cremare:* ut in responso Adrasti, *Ceteros vero omnes* (θάψω) *cremabo in uno rogo.* Nam θάπτω transfertur ad quemvis morem disponendi de mortuorum corporibus: unde apud Lucianum De Luctu, p. 306. (ed. Græv.) *comburere* est θάπτειν apud Græcos, et *comedere mortuorum corpora* est θάπτειν apud Scythas: et Diogenes dicebat, ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἐστιν ἡ ταφή, ap. Stobæum Serm. cxxiii. p. 614. Vide Antholog. III. 22. p. 250. ed. Steph. ubi ὕδωρ ἔθαψεν. Plutarch. in Mario, p. 431. C. Pompeio, p. 661. E. et Gracchis, p. 830. E. ubi θαπτομένῳ est *dum cremabatur:* πυρὶ θάπτειν, Diog. Laërt. Proœm. segm. 7. et IX. 84. Sed actum ago (ut jam video) a Gisb. Cupero Observat. I. 7. vide et Dorvill. ad Chariton. p. 73, 74. Hac autem verbi θάπτω significatione non considerata, Cl. Barnesius credidit Capanea non *combustum*, sed tantum *humatum* fuisse; et rogum ejus in quinto actu, cadaveris expertem, et velut κενήριόν τι, ait Euripidem finxisse, ut occasionem haberet Evadnæ generosam mortem commonstrandi. Sed non ita erat: vide v. 1013. 1022. Ovidius quoque Art. Amator. III. 21. *Accipe me, Capaneu;* cineres miscebimur, *inquit Iphias,*

ardentes, insiluitque rogos. Quod vero dicitur ex Plinio et Tertulliano, hominem fulmine occisum cremare fas non fuisse, viderit id Euripides *quo jure* Capanea *cremaverit:* sed certe cremavit: vide v. 1214. Figmentum istud de κενηρίῳ et rogo cadaveris experte, justius locum habuisset in Amphiaräo, qui certe non cum ceteris combustus fuit: vide ad v. 757. Discrimen aliquod fuisse inter sepulturam Capanei et ceterorum, manifestum est, quia servis assignatur sepulcrum Capanei. Markl.

939. Vulgo παρ' οἰκτρούς. Optime Tyrwhittus: "At Capaneus seorsim a cæteris Ducibus sepeliendus erat. Et illi quidem ad funus e scena efferuntur. Capanei autem bustum in conspectu Chori erigitur, ut patet ex v. 983. et seq. Lege igitur: αὐτοῦ παρ' οἴκους τούσδε. Vide et v. 990." Verum viderat et Reiskius. Musgr.

946. Hunc versum, qui in vulgatis Thesei erat, Adrasto dari oportebat. Ingeniosa est et perelegans Toupii conjectura in notis ad Suidam Vol. I. p. 456. πικραὶ γὰρ ὄψεις αἷμα κὠτειλαὶ νεκρῶν, in qua mallem acquievisset Musgravius, quam protulisset, quæ nemini essent placitura. Beckio res ipsa videbatur Toupii conjecturam respuere, quod et sanguinem, ut in pridem mortuis, congelatum fuisse necesse esset, et supra abluti esse dicerentur. Αἷμα si spectavit, recte monet: quamquam in poëta, si in hujusmodi re minus accuratus est, excusari potest; sin ὠτειλάς, hæ non cruda vulnera, sed cicatrices notant. Xenophon Anab. I. 9. 6. καὶ ἄρκτον ποτὲ ἐπιφερόμενον οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεσπάσθη ἀπὸ τοῦ ἵππου· καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε, τέλος δὲ κατέκτανε. Equidem propius etiam ad librorum scripturam corrigi velim χάσματ' ὠτειλῆς νεκρῶν, ubi non singularem ὠτειλῆς pro plurali positum accipiam, sed consulto sic scriptum putem, ut significaretur vulnus, e quo quisque mortuorum periisset. Hermann.

948. τλημόνως. *Patienter:* ut Æschyl. Choëph. 746. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά. Markl.

950. προσάξεσθ'. Vertunt *convehetis:* male. Vocis significatio facile patebit e vv. 1104. 1167.

951. φόνης τίθεσθε. *Cædes facitis,* in activo: θήσεις αἷμα, Bacch. 792. αἷμα θέσθαι, Orest. 821. φόνον τιθεῖσαν, Ion. 1225. Markl.

952. ἀλλά. Refertur ad prægressam interrogationem, quasi dixisset μὴ κτᾶσθε λόγχας. Xenophon Mem. Socr. I. 2. 2. πῶς ἂν, αὐτὸς ὢν τοιοῦτος, ἄλλους ἂν ἢ ἀσεβεῖς, ἢ παρανόμους, ἢ λίχνους, ἢ ἀφροδισίων ἀκρατεῖς, ἢ πρὸς τὸ πονεῖν μαλακοὺς ἐποίησεν; ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλούς. Hermann.

954. τὸ χρῆμα τοῦ βίυ. *Vitæ spatium*, vel *usura:* Aristoph. Nub. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν Νυκτῶν. Scholiast. τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἔκταμα. BRODÆUS. Sæpe vero τὸ χρῆμά τινος ponitur pro τι simpliciter, ut πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, pro *pulcherrima virgo:* Lucian. Et tum nihil aliud est σμικρὸν τὸ χρῆμα τοῦ βίου, quam σμικρὸς ὁ βίος. Juxta id Hippocratis Aphor. 1. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. BARNES.

960. προσφθέγξαιτ' ἂν τοὺς ἀτέκνους. Ex opinione veterum, Deos colloqui solere cum iis quos amabant: unde Dianæ jactat Hippolytus v. 84. Σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι. et Eteocles apud Æsch. Theb. 673. dicit de fratre suo Polynice; *nunquam ex quo natus est*, Δίκη προσεῖπε καὶ κατηξιώσατο, *Dea Justitia dignata est* eum *alloqui.* Vide Sophocl. init. Ajacis: Nostrum Iph. Taur. 1413. Plutarch. in Numa, p. 62. B. et Juvenalem Sat. VI. 530. MARKL.

963. ἀΐσσω. Trisyllabum est, prima brevi. Vide notas ad Mœrin Atticist. ed. Pierson. p. 301. In Choris non necesse erat Ἀττικίζειν, et scribere αἴσσειν dissyllabice. Sed et ἀΐσσω trisyllabum occurrit in Hecub. 31. in Iambo: adeo ut utroque modo scriberent Attici, αἴσσω et ἀΐσσω. MARKL. Vide ad Hec. loc. cit.

970. ἀριθμουμένη. Ex hoc fœminino colligit Muretus scribendum esse (v. 968.) δυστηνοτάτη, Barnesio vulgatam δυστηνότατος ex more Attico defendente. Forte scriptum ibi fuerit δυστηνοτάτως. Et ita Reiskius. Sensu similia habes in Sophoclis Antig. 862. Οὔτ' ἐν βροτοῖς, οὔτ' ἐν νεκροῖσι Μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσι.—Ἐν τοῖς φθιμένοις, ut Antholog. III. 6. p. 211. τὴν στοργὴν κἀν φθιμένοισιν ἔχει. MARKL. Ceterum adverbia superlativa in ως, non nisi in unico loco, Soph. Œd. C. 1579. reperiuntur; et ibi etiam legendum ξυντομώτατος. Corrigamus igitur cum Elmsleio in Diar. Class. T. IX. p. 58. δυστηνοτάταν, quod ad μοῖραν referendum. Quod ad ζωοῖς pertinet, id sane adjectivum esse apud Atticos non liquet; ideoque vulgatum ζῶσιν retinendum. Pro ἀριθμουμένη autem, e glossa plane derivato, recte κρινομένη restituit Musgravius. Sic Apol. Rhod. I. ἐνικρινθῆναι ὁμίλῳ.

973. Legebatur μελέᾳ, relatum ad μοι. Scripsi μέλεα, junxique sequentibus, non tam metri causa, quam quod παιδὸς non recte in initio sententiæ collocatum esset. HERMANN.

976. λοιβαί τε κ. τ. λ. Hunc versum, in libris omissum, servavit Plut. de ει apud Delphos, p. 394. B. Digna sunt Plutarchi verba, quæ hic adscribantur: λέγεται γὰρ ὁ μὲν Ἀπόλλων, ὁ δὲ Πλούτων· καὶ ὁ μὲν Δήλιος, ὁ δὲ Ἀϊδωνεύς· καὶ ὁ μὲν Φοῖβος, ὁ δὲ

σκότιος· ϗ παρ' ᾧ μὲν αἱ Μοῦσαι ϗ ἡ Μνημοσύνη, παρ' ᾧ δὲ ἡ Λήθη ϗ ἡ σιωπή· ϗ ὁ μὲν θεώριος ϗ φαναῖος, ὁ δὲ νυκτὸς ἀΐδνᾶς ἀεργηλοῖό τε ὕπνου κοίρανος· ϗ ὁ μὲν βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων, πρὸς ὃν δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν οὐκ ἀηδῶς, Κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν· εἰκότως οὖν ὁ Εὐριπίδης εἶπεν, Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων ἀοιδαί, ἃς ὁ χρυσοκόμας Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται· ϗ πρότερος ἤδη τούτου ὁ Στησίχορος· Μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τ' Ἀπόλλων, κήδεα δὲ στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχε. In versu autem illo, quem Plutarchus servavit, sensu et metro jubente τε addidi. Fallitur enim Marklandus, τε post ἀοιδαὶ inserendum putans. Sensus est: *tristia filii monumenta mihi jacent domi detonsi crines, depositæque coronæ, et, quæ mortuis libationes feruntur, carmina non accepta Apollini*. Non conjecisset Marklandus κἀστέφανοι κόμαι, si ad verbum κεῖται attendisset. HERMANN.

977. Recte ὁ χρυσοκόμας de Apolline, ut Troad. 260. Aristoph. Av. 216. Pindar. Olymp. VI. ubi vocatur absolute ὁ χρυσοκόμας, absque Ἀπόλλων. In Antholog. Reiskii carm. 510. p. 50. Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ, forte pro χρυσοκόμῃ, ut Κισσοκόμην Διόνυσον Homer. Hymn. in Bacchum. Hæ ἀοιδαὶ sunt eædem quas Ἅιδου μολπὰς supra dixerat Adrastus, v. 775. νεκρῶν θρήνους, v. 87. παιᾶνα τοῦ θανόντος, Æschyl. Choëph. 149. quod in eo et Euripide (Alcest. 438.) improbat Scholiastes, quia παιᾶνες non nisi in rebus lætis cani solebant: quam differentiam et ipse Æschylus servat in isto dramate, v. 340, 341. licet iterum Ἀΐδα παιᾶνα ἐπιμέλπειν scribat Theb. 875. MARKL.

982. Suspicetur fortasse quispiam, deleto δὴ scribendum esse, ϗ μὴν θαλάμας μὲν τάσδ' ἐσορῶ. Sed infra v. 1119. τάδε δὴ παίδων ϗ δὴ φθιμένων ὀστᾶ φέρεται. Troad. 237. δοῦλαι γὰρ δὴ Δωρίδος ἐσμὲν χθονὸς ἤδη. HERMANN.

985. ἀναθήματα νεκροῖς. Vestimenta et alia, quæ cum mortuis comburi mos erat: vide Rhes. 959. Chariton. Aphrod. Lib. I. c. 6. MUSGR.

990. ἣ τῶνδε δόμων ὑπερακρίζει. Disjunctim maluit Barnesius δόμων ὕπερ ἀκρίζει, quia cum casu quarto, non secundo, Xenophon, [De Mag. Equit. VI. 5.] τὰ τείχη ὑπερακρίζει. Sed nihil hic muto, quia infra (v. 1053.) invenio ὑπερβᾶσα δόμων· et notissimum est, verba composita sæpe regere casus suarum præpositionum, ut ὑπερκάμνεις πόλεως, Bacch. 921. τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα, Sophocl. Œdip. Tyran. 388. Æschyl. Prometh. 66. σῶν ὑπερστένω πόνων. MARKL.

992. Hinc usque ad v. 996. librorum scripturam, quamvis vitiosam, servavi. Canterus, ἅλιος in τάλας latere putans, persuasit Barnesio et Marklando. At recte hoc improbat Mus-

gravius, etsi ille in eo falsus, quod de pompa nuptiali, ideoque de vespertino tempore sermonem esse putat. Immo rogi flammam videns Evadna, de hac loquitur: unde nec solis, nec lunæ, minime omnium autem utriusque conjuncta mentio apta est. HERMANN. Qui locum conjecturâ, haud ita probabili, tentavit. Omnia, utpote corrupta et incerta, intacta relinquimus. Et tota Evadnes Monodia plena difficultatum est.

999. ἀοιδὰς ἐπύργωσε. Sic Aristoph. Ran. 1036. πυργώσας ῥήματα σεμνά. Legi etiam posset ἀοιδαῖς, et tum constructio esset ἐπύργωσεν εὐδαιμονίας, *amplificavit gaudia*, ut Heraclid. 293. δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων. MUSGR.

1001. Legebatur χαλκεοτευχοῦς τε Καπανέως. Delevi copulam, quæ fortasse ex τοῦ a scholiastis adscripto orta erat. HERMANN.

1004. Legebatur πυρὸς φῶς καθέξουσα, τάφον τε βατεύουσα. Delevi καθέξουσα, ut interpretationem ad βατεύσουσα adscriptam: Marklandus mutavit in ματεύσουσα, quem sequutus sum, ita tamen, ut cum vett. edd. præsens servarem. HERMANN.

1015. ὁρῶ δὴ τελευτὰν, Ἧν ἕστακα. Id est, καθ' vel εἰς ἥν. *Video finem* juxta *quam* vel *in qua sum:* ut supra, ἕστηκε πέτραν, et Sophocl. Philoct. 145. τόπον ὅντινα κεῖται, i. e. καθ' ὅντινα, *locum in quo est*. Plene Herodotus IX. 21. μοῦνοι ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἕστημεν. 1 Petri v. 12. Noster Orest. 1243. Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον. ubi vide Schol. Quæ noto, ne quis mutet. Variat Sophocles Trachin. 1161. Φρονῶ δὴ συμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν. et Œdip. Tyran. 1455. ἵν' ἕσταμεν χρείας: ut *ubi gentium* Latinis. MARKL.

1024. Legebatur Φερσεφονείας ἥξω θαλάμους. Delevi ἥξω, interpretationem ab iis adscriptam, qui non animadverterant, ὁρμάσω cum hoc accusativo construendum esse. HERMANN.

1028—1034. Hæc choro tribuenda putabat Scaliger, cui jure contradixit Musgravius. Servavi lectionem librorum, quæ quam corrupta sit, neminem latere potest. Illud quidem ex verbis ἴτω φῶς, γάμοι τε, planum est, abominari Evadnen conjugium, in quo non tantus, quantus ipsius est, amor in maritum reperiatur. Quare locum sic restituendum puto: ἴτω φῶς γάμοι τε, ὅθεν μή τινες εὐναὶ δικαίων ὑμεναίων ἐν Ἄργει φανῶσιν, τέκνοισιν ὅσοις ἐστὶν εὐναῖος γαμέτας συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις γενναίας ἀλόχῳ ψυχᾶς. *Valeant*, inquit, *faces et nuptiæ, unde non justum Argis appareat connubium iis, quorum filiabus maritus est, sincero generosæ mentis ardore uxori junctus.* Non est, quare quis in eo hæreat, quod quum proxime juncta sint τέκνοισιν et ὅσοις, alterum de filiabus, alterum de parenti-

bus intelligendum sit. Nam ipse verborum ordo, quæque inde prodit eorum pronunciatio, satis removere ambiguitatem videtur. Parentum autem quum mentionem facit, matres cogitat, ut quarum præcipuum in nuptialibus sacris munus sit atque officium, quasque maxime, ut faustum filiabus conjugium obtingat, optare consentaneum sit. Cæterum, quas mutationes feci, et paucæ sunt, et lenes. Nam præter μὴ, quod sensus restitui postulabat, pro εἴθε scripsi ὅθεν: nec pugnaverim, si quis ἔνθεν maluerit. Quamquam, ut in re incerta, præferam id, quod magis cum strophici versus mensura convenit: etsi hæc quoque, quum toties ματεύειν et μαστεύειν commutentur, minus certa est. HERMANN.

1033. συντηχθεὶς ἀλόχῳ. Fragment. p. 512. πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ Ἥτις ἀνδρὶ συντέτηκε. MARKL.

1036. εἰς νεωτέρους λόγους. Quasi diceret, *ad malum nuncium audiendum*; quo sensu νέος et καινὸς apud Tragicos sæpissime occurrunt, licet non semper. Ratio forte est, quia cum res ante recte se habebant, omne novum, omnis deviatio ab illo recto statu, in pejorem partem fere fit. Sic Iphig. Taur. 1127. quando rex Thoas quæsivisset ab Iphigenia, τί καινὸν ἐν δόμοις; illa respondet, ἀπέπτυσα, *abominor:* non placet vox ista καινὸν mali ominis. MARKL.

1038. ὦ δυστάλαινα. Evadnen nondum visam alloquitur, ut Hecuba Polyxenam: Hecub. 579. Hippolytus Matrem: Hippol. 1080. Hercules Admetum: Alcest. 841. Itaque minime necessarium est cum Marklando legere, ὦ δυστάλαιναι. MUSGR.

1039. Conjeceram δωμάτων pro δαιμόνων. Sed MSS. tres πένθιμον habent pro πένθος γε. Insignis hic mihi videtur interpolatio. Lego, Ἥκω, διπλοῦν τὸ πένθιμον δόμων ἔχων. *Vos, O matronæ, simplicem tantum luctum familiæ habetis: singulæ enim singulos filios amisistis, ego vero duplicem: amisi enim duos, Eteoclum et Evadnen.* Τὸ πένθιμον pro πένθος, ut τὸ γαῦρον pro γαυρότης, v. 216. πένθιμον δόμων ut συμφορὰς δωμάτων, Orest. 61. δυστυχία δώματος, Phœniss. 1480. δίδυμον μελάθροις πένθος, Hippol. 1336. MARKL. Vide ad Orest. 1099.

1041. Ἐτέοκλον. De Eteoclo, Iphios filio, qui et inter τοὺς ἑπτὰ numeratur, vide supra v. 873. BARNES.

1046. τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς. *Propter præsentia mala:* vide ad v. 302. Delevi virgulam post ἀνῆκα: nam per τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς, *propter præsentia infortunia*, intelligit vel propter mortem filii sui Eteocli, unius ex Septem Ducibus: vel propter infelicem expeditionem Argivorum. Vide Androm. 1209. MARKL.

1048. κατοίδατε. Non est Atticum. Lege κατείδετε.

1049. ἥδ' ἐγώ. *En! adsum.* Ita sæpe usurpatur ὅδε, verbo εἰμὶ vel addito, vel omisso. Orest. 370. ὅδ' εἴμ' Ὀρέστης. Vide Matt. Gr. Gr. §. 470. 5.

1051. Confert Porsonus Soph. Aj. 1287. ἅλμα κυφιεῖν.

1052. τίς αὔρα; τίς στόλος; Elliptice pro τίς ἥδε ἡ αὔρα; τίς ὅδε ὁ στόλος; Vocem αὔρα illustrabunt quæ citabimus ad Helen. 1123. MUSGR.

1053. Per τήνδε χθόνα Poëta vult Eleusinem, quo ex Argis fugerat Evadne, quæsitura maritum suum Capanea. MARKL.

1056. τί δ'; οὐ δίκαιον κ. τ. λ. Vide supra ad v. 185.

1058. Σκευὴ et στόλος elegantiorem corporis ornatum et amictum notant, quæ potius *nupturæ,* quam morituræ, fœminæ congruebant. Vid. supra, v. 1050. Et Philost. Iconum L. II. in Evadne: Ἡ δὲ γυνὴ (Εὐάδνη) καθάπερ οἱ ἐς τὰ ἱερὰ στεφάνους τε καὶ χρυσὸν ἐξασκοῦντες, ὡς φαιδρὰ θύοιτο, καὶ ἐς χάριν τοῖς θεοῖς, οὕτως ἑαυτὴν στείλασα, καὶ οὐδὲ ἐλεεινὸν βλέπουσα, πηδᾷ ἐς τὸ πῦρ, καλοῦσα, οἶμαι, τὸν ἄνδρα· καὶ γὰρ βοώσῃ ἔοικε. Hunc locum Philostr. nobis Joh. Brodæus indigitavit; ibidem autem totius historiæ graphica cernenda est descriptio. BARNES.

1059. Pro κλεινὸν Porsonus et Hermannus legunt καινόν. Cf. v. 1061.

1060. πρέπει σ' ὁρᾷν, quod hic exhibent MSS. sensum incommodum et menti Auctoris plane contrarium efficit. Legendum igitur πρέπεις ὁρᾷν, quod Poëtarum usus pro simplici *videris* vel *conspiceris* accipiendum docet. Soph. Electr. 665. πρέπει γὰρ, ὡς τύραννος, εἰσορᾷν. vide et Æsch. Suppl. 727, 8. Restat vitium in πενθίμῳ, quod, ni fallor, in πενθίμως mutandum: ὡς οὐκ ἔτ' ἀνδρὶ πενθίμως πρέπεις ὁρᾷν. *Quam alienam a luctu propter maritum speciem habes!* MUSGR. Magis placet Marklandi πένθιμος.

1062. τύμβῳ καὶ πυρᾷ φαίνει πέλας. Usitatius cum genitivo, πέλας τύμβου καὶ πυρᾶς. et tamen χρωτὶ πέλας, v. 1023. MARKL.

1070. Omnino legendum cum Porsono εἰς πολλούς. Confert V. D. Æschyl. Pers. 161. Sophocl. Electr. 608. Trachin. 492. Œd. Tyr. 93. Euripid. Hec. 300. Orest. 1533. Hippol. 983. Suppl. 670. Bacch. 674. De constructione vide Elmsleium ad Soph. Œd. C. 177.

1072. Apte Erfurdtius comparat Sophocl. Philoct. 1252. ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾷν, quod Scholiastes interpretatur, οὐκ ἐπιτρέψω σοι. HERMANN.

1073. ὅμοιον. Non est *simile est,* ut interpretes; neque *verisimile est, credibile est,* ut Brodæus; sed *tantundem est, nil*

refert; it is all one: c'est la même chose. Æschylus Agam. 1413. σὺ δ' αἰνεῖν, εἴτε με ψέγειν θέλεις, Ὅμοιον· *tu vero sive me laudare, seu vituperare velis, Tantundem* est. et v. 1248. Καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴτε μὴ πείθω· *et tantundum* est, *si in nullo horum credar.* Herodotus VIII. 80. in oratione Themistoclis ad Aristidem: ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὁμοῖον ἡμῖν ἔσται· οὐ γὰρ ἔτι διαδρήσονται, κ. τ. λ. ubi bene vertitur, *perinde nobis erit:* et ita hic vertit ὅμοιον Reiskius. Hæc loquens Evadne, seipsam dejicit. MARKL.

1079. ὄψει. Nescio quo sensu dicatur *videbis* (prout vertunt) audacissimum facinus, cum ille *jam viderat.* ὄψει dativum est ab ὄψις, *visus, aspectus.* παθὼν ὄψει ἔργον τὸ πάντολμον, *qui vidisti* (visu passus es) *rem hanc summe audacem.* Ὦ κακὰ παθὼν, ἰδών τε, δυστυχὴς γέρον· Andromach. 1189. Minus fuisset si *audivisset* tantum: vide Sophocl. Œd. Tyr. 1261. MARKL.

1082. μετέλαχες τύχας Οἰδιπόδα, γέρον, Μέρος. Id est, κατὰ μέρος, *partim.* Quomodo partim? Quia una ex tuis liberis voluntaria morte et sua culpa periit, sicut Œdipi uterque, Eteocles et Polynices. Hinc Statius Theb. XII. 18. *Œdipodi par est fortuna doloris Ac mihi.* μέρος, ut Iph. Taur. 1264. Heraclid. 673. MARKL. Vide Matt. Gr. Gr. §. 359. Obs. 1.

1087. γνώμαισιν ὑστέραισιν. De hoc proverbio vide ad Hippol. 436. Toup. in Suid. Cur. Nov. p. 33.

1092. παίδων τ' ἐραστὴς ἦν. Suspiciosæ significationis locutio videri potest: nam παίδων ἐραστὴς nefario sensu ponit Aristophanes Plut. 154. eodem quo παιδεραστής: et alii. Cl. Bentleius ex hac locutione παίδων ἐραστὴς argumentum duxerat contra τὴν γνησιότητα Epistolarum Phalaridis. Hic locus Phalaridem defendit, satis aliunde reprehensibilem. Necesse est ut παίδων hoc loco idem sit quod τέκνων, *liberorum,* non *puerorum: a lover, or desirer of children.* MARKL. Confer, monente Porsono, Ion. 67. Ἥκουσι πρὸς μαντεῖ' Ἀπόλλωνος τάδε, ἔρωτι παίδων. Dan. 6. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς. Ion. 1227. παίδων γὰρ ἐλθοῦσ' εἰς ἔρον Φοίβῳ πάρα.

1093. Vulgo κἀξεπειράθην τέκνων. Rem certam puto Canteri conjecturam (quam et meam vere possum dicere) κἀξεπειράθην τεκών. Dicit Iphis, omnem hominem debuisse duplicem vitam, seu duas vitas habere, juventutem et senectutem primam et secundam; ut si quid in prima erratum fuisset, in secunda corrigeretur. *Si vero,* inquit, *ego ad hoc venissem,* (id est, si hoc consecutus fuissem, si hoc mihi concessum fuisset) *et, si factus pater* (τεκὼν,) *experimento cognovissem quam acerba res sit liberis privari: non fuissem in his infortuniis in quibus*

nunc sum. Quare? quia nihil induxisset me ut in secunda vita liberos iterum susciperem, quorum amissionem in prima tam gravem sensissem. MARKL.

1098. Simile est istud Phœniss. 1615. εἶεν· τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ; Œdipus loquitur. MARKL.

1100. Vulgo πολλῶν. Optime Reiskius πολλὴν, probante Marklando. Plato, p. 804. D. Ed. Ficin. μυρίαν μέν τινα καὶ φοβερὰν ἐρημίαν. Lycophr. v. 957. δαψιλὴς ἐρημία. Plut. Op. Mor. p. 539. πολλῆς ἐρημίας κατεχούσης. Philo Judæus in Flaccum: κατανοοῦντι πολλὴν ἐρημίαν. MUSGR.

1105. De veritate hujus loci dubitat Porsonus ad Orest. 495. et κατεῖχε χερσίν· οὐδὲν ἥδιον πατρὶ legendum censet Burneius, (*Monthly Review*, 1799. p. 434.) ne ἥδιον contra morem Atticorum mediam brevem habeat.

1112. ὡς μισῶ σ' ἔχων. Σε, i. e. γῆρας. Eadem locutione, ἔχω γῆρας, utitur Homerus Iliad. Δ. 315, 316. et Noster fragm. Phœnicis, Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν! ubi forte præstaret τοῖς σ' ἔχουσιν, ut hoc loco: quia τοῖς ἔχουσιν ambiguum est, et nonnunquam significat *divitibus.* Istud σ' in bivio est, et utrique applicari debet, μισῶ σε, ἔχων σε. MARKL. δυσπάλαιστος Hes. interpretatur ἀκαταγώνιστος, ubi Interpp. ex Æsch. Suppl. laudarunt δυσπάλαιστα πράγματα. BECK.

1114. βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι κ. τ. λ. Quatuor sunt φαρμάκων genera, quorum præcipuè mentio fit apud auctores Græcos: φάρμακα χριστὰ, παστὰ, πλαστὰ, et πιστὰ vel πότιμα: quibus interdum additur quintum genus τὰ βρώσιμα, et sextum ἐπῳδαὶ, prout eis ad *ungendum, inspergendum, emplastro obtigendum, bibendum, edendum* vel *excantandum* utebantur. Atque hinc explicari potest insignis hic locus, quem viri docti minus perspectum habuerunt. Gatakerus et Marklandus legunt ποτοῖσι μαγγανεύμασι ex Plutarcho, male: βρωτοῖσι enim et ποτοῖσι non de eduliis dicuntur, sed cum subintellecta voce φαρμάκοις sumenda. Sensus est: *Qui per medicamenta edenda et potanda, vel per carmina magica mortem differre tentant.* Vetus lectio satis firmatur ex Orest. 1488. Ἤτοι φαρμάκοισιν, Ἢ μάγων τέχναισιν. Medea per μαγεύματα Æsona renovavit. BLOMFIELD. Gloss. ad Æsch. Prom. 488. ubi plurima ad hæc diserte illustranda congessit.

1115. παρεκτρέποντες ὀχετόν. *Rivulum, quo minime oportuit, divertentes,* i. e. in senectutis propriæ subsidium erogantes eas opes, quæ potius filiorum usibus addici debebant. HEATH. Est παροχετεύω, una voce, Bacch. 452. et Antonin. Imp. XII. 2. MARKL.

1120. λάβετε. *Prehendite*, sc. ossa mortuorum, vel, ut Marklandus interpretatur, λάβετε γραίας ἀμενῦς. MUSGR. Prior interpretatio unice vera est, amoto etiam commate, ut ἀμφίπολοι ad γραίας ἀμενῦς referatur; *famulæ anus infirmæ*.

1123. Vulgo σώζεις. ζώσας bene Marklandus, qui ζώσας μετὰ πολλοῦ χρόνου interpretatur *viventis per longum tempus*. Malim legere: πόλλ' ὧδε χρόνου ζώσας μέτρα δή. *Adeo multas temporis periodos viventis*. Sic ἐτέων μέτρα μινυνθάδια in Anthol. H. Steph. p. 211. MUSGR. Recte, ni fallimur.

1130. ἀλγέων ὕπερ. *Propter dolores*. Usitatius ὑπὸ, ut ὑπὸ πένθους, v. 1122. ὑπ' ἄλγους, Æschyl. Eumenid. 183. ὑπ' ἀλγέων eodem sensu Helen. 203. Sed ὑπὲρ παθέων, *ob mala*, Hippol. 158. ἔριδος ὕπερ, *ob discordiam*, Androm. 484. βραδυτῆτος ὕπερ, *propter tarditatem*, Sophocl. Antig. 944. MARKL.

1133. Sine caussa hæret Musgravius in adverbio πᾶ. *Quo*, inquit, *fers*: quod bene convenit lugenti, ut quæ tumulum in mente habeat, quo cineres condendi sint. HERMANN.

1139. Constructio est λαβὼν ἔρημον οἶκον. Tragicis ἔρημος οἶκος dicitur, quando principalis aliqua persona ex familia moritur. Sic amissa Phædra, Theseus dicit, Hippol. 841. Ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται. et hic, amisso patre, οἶκος vocatur ἔρημος. Sæpius, quando quis moritur nullo hærede, proprie dicto: unde istud Menandri ap. Stob. Tit. LXXIII. p. 448. Ὀδυνηρόν ἐστιν, εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ, Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν. vide Demosthenis Orat. adv. Macartatum, et πρὸς Λεωχάρην, p. m. 260. ed. Hervag. οἶκοι ἔρημοι vocantur quoque, in quibus nulli liberi nuptis quæsiti, Iph. Aul. 795. MARKL.

1144. Non opus est Marklandi conjectura, τροφαί τε μαστῶν. Comparari cum hoc loco possunt hæc in Troad. 1179. οἴμοι, τὰ πόλλ' ἀσπάσμαθ', αἵ τ' ἐμαὶ τροφαί, Ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι, φροῦδά μοι. Placeret hic, ὕπνοι τ' ἄϋπνοι. HERMANN. τέλη, *officia, ministeria*. Æschyl. Pers. 204. Agam. 917. Choëph. 758. Eumen. 746. Epigram. κοινὰ λαχοῦσα τέλη. Anthol. H. Steph. p. 248. MUSGR.

1147. αἰθὴρ ἔχει νιν. Νιν pro αὐτοὺς. Erat enim Anaxagoræ, ac proinde illius discipuli Euripidis, opinio, animam in æthera post mortem solvi, de qua re videsis Hieroclem ad illud Pythagoræ: Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς Αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός. Vide supra v. 533. BARNES.

1149. ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν. Id est, ἤνυσαν [ὁδὸν εἰς] τὸν Ἅιδαν, *confecerunt iter ad Plutonem*: ut bene vertitur. Ellipsis usitata. Pariter Sophocles Ajac. 614. ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον Ἅιδαν,

i. e. ὁδὸν εἰς Ἅιδαν, *migrare ad detestatum Plutonem*, seu *mori*. MARKL.

1151. ἀντιτίσομαι. Præclara Canteri emendatio, de qua dubitari non oportuit. ἀντιτίσασθαι φόνον, Æschyl. Agam. 1272. ἀντιτίσασθαι πόσιν τῶνδε κακῶν, *vicissim punire maritum ob hæc mala*, Med. 264. Lycophron, v. 1367. Τριπλᾶς τετραπλᾶς ἀντιτίσασθαι βλαβάς. Accuratam notionem verbi vide ap. L. Kusterum De Verb. Medio, Sect. II. 12. p. 61. ed. Lond. 1750. Ego sine hæsitatione in contextu admisi. MARKL. Vulgo ἀντιτάσσομαι.

1152. εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον. Vide ad Alcest. 1082.

1154. κακὸν τόδ' εὕδει. Sic εὕδων φόνος Ἀγαμέμνονος, Electr. 41. Ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα! Hecub. 651. MARKL. De eadem re Poëta tale quid in Phœnissis, 634. ἐλπίδες δ' οὔπω καθεύδουσι. BRODÆUS.

1155. γόων ἅλις τύχας, i. e. περὶ τύχας. *Satis luctuum de fortuna*: ut μέλος τύχης, *cantilena* seu *querela de fortuna*, Iphig. Aul. 1267. MARKL.

1157. Hic versus mutilus erat, ita scriptus in libris, στάσω· ποῦ με δέξεται γάνος. Præclare Tyrwhittus, ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος, sed poterat hoc et ad litterarum similitudinem lenius, et ad sententiam fortius corrigi, si sic scriberetur, ut a me factum est: ἔτ' ἄρ', ἔτ' Ἀσωποῦ κ. τ. λ. HERMANN. Ἀσωποῦ γάνος, *Asopi liquor*. Sic κρήναιον γάνος apud Æschylum Pers. 483. et Lycophron. Alex. p. 49. Ed. P. Steph. γάνος Ἠριδανοῖο Callimach. citatum a Strabone Lib. IX. p. 397. Βηφύρου γάνος, Lycophr. p. 53. Κυλιστάρνου γάνος, id. p. 152. Ῥυνδάκου ποτῶν γάνος, id. p. 199. Pro δέξεται malit Marklandus δέρξεται: sed vide Virg. Æneid. III. 96. et VIII. 73. MUSGR.

1158. Χάλκεα ὅπλα sunt ipsi *milites ære armati*: vide supra v. 700. In fine versus legendum cum Heathio στρατηλάταν. Constructio est: στρατηλάταν χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναϊδῶν, quod dicitur, ut Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ. Phœn. v. 17. MUSGR.

1162. λόγων. Hi sunt voces, quas cupiditas ultionis paullo ante expresserat v. 1151. 1153. 1159. MUSGR.

1171. Incerta est significatio vocis ἄγαλμα hoc versu: vertitur *effigiem*. Significare potest et *oblectamentum*: vide ad v. 371. MARKL.

1174. ἀνειλόμην· ἐκόμισα. BRODÆUS.

1175. Vide ad v. 1188.

1178. Reiskio placet, παισίν θ' ὑπειπεῖν τοῦσδε: Tyrwhitto, παισίν θ' ὑπειπεῖν τοῖσδε. Ego vero Marklando accedo, legenti,

παιοίν δ' ὕπειπον τοῖσδε. ὕπειπον, ut recte notat vir doctissimus, idem est quod præsens, more solito Euripidis: vide Orest. 633. Androm. 771. Musgr.

1188. ἄξιος γὰρ καὶ σὺ καὶ πόλις σέθεν. Mallem χ' ἡ πόλις. sic enim solet post καὶ σύ: neque male ita scriberetur, v. 1175. Ita Orest. 1672. ὄναιο καὶ σὺ, χ' ὡ διδοὺς ἐγώ· i. e. καὶ ὁ. Alcest. 677. καὶ σὺ, χ' ἡ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην. Troad. 889. Ἐγώ νιν οἶδα, καὶ σὺ, χ' οἱ πεπονθότες. Bacch. 1242. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν. vulgo ibi, καὶ κασιγνήτη, contra veritatem historiæ. Markl.

1190. ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους. Ut verum fatear, non hic videtur satis urgens causa ut Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς introducatur: nisi ut Poëtæ fixum erat, Athenas suas quoquo modo ornare. Barnes. Mihi contra videtur, totum hujus dramatis propositum ab hac una circumstantia pendere. Admodum probabile est hanc fabulam scriptam fuisse Olympiad. XC. 3. sive anno Belli Peloponnesiaci XV. quo anno (ut ex Thucyd. lib. V. erudite monet idem Barnesius in Argumento) Argivi, pace cum Lacedæmoniis inita, in agrum Atticum incursionem fecerunt. Sive autem hæc fabula scripta fuit isto anno ante istam incursionem, sive post, idem erit ejus propositum, nempe, ut ostendat ingratum Argivorum animum erga benefactores suos, Athenienses; et simul, conatus eorum irritos, ex hac prædictione Minervæ. Non enim dubitare potest, quin historiæ istorum temporum innixa fuerit hæc narratio de interventu Minervæ; et ceteræ περιστάσεις, de jurejurando Argivorum, de Tripode, qui Euripidis tempore Delphis proculdubio extabat, de gladio abdito, &c. vanæ alioquin et nullius ponderis vel auctoritatis futuræ, imo et Argivis ridendæ, si hæc omnia merum Poëtæ figmentum fuissent. Markl.

1191. Pro τάδε Reiskius πόλιν, Musgravius τὰ σὰ conjiciunt. Nihil mutandum arbitror, sed τάδε *hanc regionem* significare puto. Similiter Marklandus, male tamen usus Sophoclis loco in El. 795. Rectius attulisset illud, τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία· τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία. Pertinet hoc ad illum hujus pronominis usum, de quo multa attulit Schæferus in Melet. Crit. p. 77. seq. Hermann.

1192. ἐς Ἀργείαν χθόνα. Tradunt Plutarchus et Pausanias, sepulcra eorum juxta Eleusinem monstrata esse. Sed ex hoc versu collato cum v. 1217. s. verisimile fit Euripidem in alia opinione fuisse, quæque vulgo τάφοι dicerentur, pro τεμένεσι tantum habuisse. Musgr.

1195. τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν Ἄδραστον. Dubium esse posset,

utrum τόνδε ὅρκον, an τόνδε Ἄδραστον. Ultimum verius mihi videtur. MARKL.

1197. MSS. omnes ὁρκωμοτῶν· qui consensus non est de nihilo: et unice verum puto ὁρκωμοτῶν. Sed loquendi schema librariis ignotum, et hic, et multis aliis in locis mutationi ansam dedit. Ponitur nominativus pro genitivo absoluto; unde ἀνακόλουθον sequi videtur, prout a viris doctis sæpe observatum fuit. Sic Iphig. Taur. 678. Σωθεὶς δὲ—Ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἄν, κ. τ. λ. id est, σωθέντος δέ σου: nam σωθεὶς nominativus nullum habet verbum subsequens; vide ibi Barnesium: et Æschylum Choëph. 1060. ubi προσθίγων pro προσθίγοντός σου. Aristoph. Acharn. 1163. et Schol. ibi, et Herodot. 83. ubi οἱ ποιησάμενοι pro τούτων ποιησαμένων. Edidi itaque ὁρκωμοτῶν: id est, τούτου κυρίου—ὁρκωμοτοῦντος, ὅρκος ἔσται ὅδε. Reiskius, ὁρκωμοτεῖν, et Heathius. De verbo vide Pollucis I. 38. et Præf. p. 37. Heathius vertit, *jurandi potestate gaudet*, et facit pendere a κύριος. MARKL. ὁρκωμοτεῖν etiam Musgravius; idque melius videtur.

1199. ἐποίσειν παντευχίαν. Sic ἐπιφέρειν τὴν ὀργὴν, Ad Roman. III. 5. αἰτίαν ἐπιφέρειν, Actor. xxv. 18. vide Budæi Comment. Gr. Ling. p. 7. et 410. ἐπιφέρων ἔγκλημα, Orest. 754. χεῖρας ἐποίσει, Homer. Odyss. Π. 439. et Iliad. A. 89. Herodotus V. 81. Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἐπέφερον: hoc est πολέμιον παντευχίαν ἐπέφερον. Vide Commentat. ad istud Phædri I. 1. *jurgii caussam intulit*. MARKL.

1200. ἐμποδὼν θήσειν δόρυ. Æschylus Sept. Theb. 1024. ἐμποδὼν ἔστη δορί. Utrovis modo, θήσειν aut στήσειν, recte. ἐμποδὼν γένεσθαι, Iph. Aul. 1375. MARKL.

1201. ὅρκον ἐκλιπόντες. Sic Iphig. Taur. 733. Εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ; quod ἐκτὸς ἐλθεῖν (sc. τοῦ ὅρκου) vocat Hercules in Soph. Trachin. 1205. Ἐκλειπία τῆς πίστεως, Suidas ex Josepho: μὴ ἐμμένειν ὅρκῳ, Medea 749. His opponitur eleganter composita vox ἐμπεδορκεῖν apud Xenophontem in Rep. Lacedæm. ad fin. et Herodotum ad fin. lib. IV. MARKL.

1202. πρόστρεπ'. *Precare*, id est, *Adrastus precetur:* nam verba jurisjurandi Theseus præire, Adrastus vero in verba ejus jurare, debuit. MARKL.

1206. σπουδὴν ἐπ' ἄλλην. Hercules sub Laomedontis regno Ilium diripuit, aliud quidem agendo: non enim illius rei gratia eo appulit; expeditionem enim ille fecerat contra Tmolum et Telegonum, hospitum interfectores; vel, ut alii, (et præcipue Carmina, Τρωϊκὰ dicta) una cum Argonautis forte ad Trojam appulsus Hesionæ causam promissi muneris gratia

suscepit. Qua Ceti morte liberata, quum Laomedon heroa promisso munere fraudaret, iratus Ilium evertit. Barnes.

1209. *τρίποδος κύτει.* Ut in Alcmanis Fragment. ap. Athen. X. 4. Καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος. Sic λέβητος κύτος, Cyclop. 398. θώρακος κύτος, Aristoph. Pace 1223. τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, Plato in Timæo, p. m. 155. Markl.

1212. *τρώσῃς φόνον.* Sic τετρωμένους σφαγὰς, Phœn. 1431. vide etiam Soph. Ajac. 55. citatum a Marklando. Male igitur Toupius, [Em. in Suid. III. p. 21.] δράσῃς φόνον. Musgr.

1216. *καὶ κακὸν νόστον πάλιν.* Ut Phœniss. 949. Πικρὸν δ' Ἀδράστῳ νόστον Ἀργείοισί τε Θήσει. Bacch. 1290. νόστον ἄθλιον πάλιν. sed præcipue Heraclid. 1037. Κακὸν γὰρ αὐτοῖς νόστον ἀντὶ τῶνδ' ἐγὼ Δώσω. Euripidis Supplices et Heraclidæ, utpote in pari fere argumento, plurima habent similia. Markl.

1218. Scribendum puto, ἵν' ἡγνίσθη, *ubi purificata sunt,* (et ita Heathius) nam vulgata ἵν' ἁγνισθῇ significaret, *ut purificentur. Purificare igne,* ἁγνίζειν πυρὶ, frequenter occurrit; ex persuasione veterum, res omnes igne purificari. Unde Electra in Orest. 39. dicit, *Sextus hic est dies ex quo cæsa mater mea Clytæmnestra* (non *cremata* est, sed) πυρὶ καθήγνισται δέμας, *igni purificata est corpus:* ubi Scholiastes: πάντα γὰρ καθαίρει τὸ πῦρ. unde καθάρσιον πῦρ, Helen. 869. et Iph. Aul. 1099. vide ibi notata, et adde Joseph. Antiq. Judaïc. XX. 7. sect. 5. Markl.

1219. Vulgo Ἰσθμίας θεοῦ. In lectione vel explicanda vel emendanda certatim portenta protulerunt viri docti: quod in his, qui post Heathium Euripidem attigerunt, tanto magis mirandum est, quod hic pene unius litteræ mutatione ita hunc locum persanaverat, ut ejus emendatio Ἰσθμίας ὁδοῦ, etiam historiæ fide confirmata esset. Ipsa verba apposui Pausaniæ, quem auctorem citavit, I. 39, 1. 2. ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν φρέαρ ἐστίν, ἄνθινον καλούμενον.—ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος ἱερὸν Μετανείρας ἐστί, καὶ μετ' αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. Hermann.

1222. *ἐκδικάζοντες φόνον.* Si scriptura mendo vacat, neque legendum ἐκδικήσοντες, videtur significare *ulciscentes cædem,* quemadmodum vertitur. Negat vir summus ad Chariton. Aphrodisiensem, p. 586. et alibi; ἐκδικεῖν hoc esse, non ἐκδι-

κάζειν, statuens. An semper? nam δικαστὴς videtur significare *ultor, vindex,* in Herc. Fur. 1121. ubi Hercules, post cædem liberorum suorum, ait: Ἦ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἐξακοντίσας, Τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι; Nonne hoc eodem sensu dicitur quo ἐξεδίκησε τὸ αἷμα, Apocalyps. xix. 2.? et v. 1159. omnes codd. habent ἐκδικαστὰν, *vindicem,* non ἐκδικατάν. Electra, 1098. φόνον δικάζων φόνος, *cædem ulciscens cædes.* Quæro, non affirmo contra virum qui Græcam linguam intellexit decies melius quam scriptor harum notarum. Vide ad v. 153. MARKL.

1223. Αἰγιαλεῦ. Ægialeus iste erat filius Adrasti; qui tamen *solus Epigonorum* post occubuit; sicut illius pater *solus* τῶν Ἑπτὰ evasit nunc salvus. Vide Pindari Interpretes ad Pythiorum, Od. VIII. BARNES.

1226. Constructio est: Ἀλλὰ χρὴ ὑμᾶς, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙΝ συσκιάζοντας γένυν, ΚΑΙ ὁρμᾷν στρατὸν, κ. τ. λ. Sensus et versio: *Sed oportet vos,* SIMUL AC (non *priusquam) barba vestras genas vestiat,* CONTINUO *ducere exercitum armatum Argivorum contra Thebas.* Ad verbum: *Sed oportet vos,* NON PRÆVENIRE *vestientes genas* vestras, ET *ducere,* &c. id est, simul ac vestiveritis barba genas, statim ducere, &c. Locutio elegantissima illustrationem meretur. Lucianus Dialog. Menip. et Tantal. p. 300. ubi Tantalus dicit: ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι, καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, ΟΥ ΦΘΑΝΩ βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος, ΚΑΙ διὰ τῶν δακτύλων διαρρύεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου· SIMUL AC *irrigavi summa labra,* CONTINUO *inter digitos* aqua *effluens,* &c. Xenophon De Re Equestri, p. 939. lin. ult. Ἢν δὲ καὶ πάνυ διαπονήσηταί τις ταῦτα, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ ἐξαγόμενος ὁ ἵππος, ΚΑΙ εὐθὺς ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀκαθάρτοις. Vertitur: *Quod si maxime laborem in his perpetuum aliquis impenderit, non tam cito liberatur ab eis equus, quin statim similis sit immundis.* Tu verte, SIMUL AC *educitur equus,* STATIM *similis fit immundis.* Plutarchus De Garrulitate, p. 507. D. ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ τὸ θεραπαινίδιον ἀποχωρῆσαν αὐτῆς, ΚΑΙ (τινι) τῶν ὁμοδούλων εὐθὺς—ἐμβάλλει τὸν λόγον· SIMUL AC *ancilla ab ea digressa fuit,* CONTINUO *alteri conservæ narrationem injicit.* Si plura velis, vide eundem in Anton. p. 946. F. Mario, p. 415. D. Galba, p. 1055. A. Aristidem Orat. Sacr. III. p. 314. Panath. p. 157. Alciphron. lib. III. epist. 30. 72. Aristophanem Nub. 1387. ubi cum infinitivo, οὐκ ἔφθης ἂν φράσαι, καὶ ἐγὼ, κ. τ. λ. et iterum male vertitur *priusquam* pro *simul ac.* Isocratem Epist. ad Philipp. p. m. 182. οὐ γὰρ ἔφθησαν, κ. τ. λ. quem locum Wolfius bene vertit: ut et alium περὶ Εἰρήν. p.

354. Evagora, p. 394. De Bigis, p. 698. Trapezit. p. 716. Æginet. 766. Markl.

1228. ἑπτάστομον πύργωμα. Eadem est locutio in Phœniss. 287.

1229. Recte punctum in fine versus amovit Matthiæ.

1231. Ἐπίγονοι. Nulla licet favebant exemplaria, ego ἔκγονοι rejeci, quod prius obtinuerat, et verbum suum reposui: nunquam enim τῶν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις filii ἔκγονοι per Græciam vocabantur, sed semper Ἐπίγονοι, et proprie. Adeo ut etiam Fabulam de hoc nomine scripserit Euripides, sive, ut Meursius vult, Sophocles, quam Fabulam et Cicero de Opt. Gen. Orat. memorat. Epigonos autem novem omnino fuere numero, et eorum nomina memorat Eustath. in Iliad. Δ. p. 489, 36. Nempe hi fuere: *Adrasti Ægialeus, Polynicis Thersander, Tydeos Diomedes, Capanei Sthenelus, Parthenopæi Stratolaus, Hippomedontis Polydorus, Amphiarai Alcmæon* et *Amphilochus,* et *Eteocli Melon.* Barnes. Apollodorus Biblioth. III. 7. Μετὰ δὲ ἔτη δέκα, οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. vide et Pindarum Pyth. VIII. et Strabon. lib. IX. p. 634. Ad hos Epigonos pertinet istud quod Diomedes loquitur in fragment. Oinei: p. 485. ed. Barn. Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην Σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων. Markl.

1232. ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε. Ut Troad. 1237. ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν. *cantica,* id est, materiam *carminum* seu *poëmatum: μομφὴν, caussam querelæ,* Coloss. iii. 13. et Sophocl. Ajac. 180. Markl.

1235. ἀνορθοῖς. Forte, ἀπορθοῖς, ut Sophocl. Antig. 646. Glossæ: Ἀπόρθωσις, *planacio:* nam ἀνορθοῦν est *lapsum* vel *lapsurum erigere.* Idem Œdip. Tyran. 46. 51. Noster Bacch. 345. Budæus G. L. p. 311. quod sensui hujus loci non convenit. Plato de Legg. VI. Θεὸν καὶ ἀγαθὴν Τύχην ἐπικαλουμένους, ἀπορθοῦν αὐτοὺς τὸν κλῆρον πρὸς τὸ δικαιότατον. Qui ἀνορθοῦται, *jam* lapsus est, vel *peccavit:* qui ἀπορθοῦται, prævenitur ne labatur, vel peccet. Markl.

1236. ἐν ὅρκοις ζεύξομαι. Sic ὁρκίοισι ζυγεὶς, Med. 730. ὁρκίοισι μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, Herodot. III. 19. ἔνορκον θέσθαι, Sophocl. Philoct. 825. Markl.

1238. ἀσφαλῶς οἰκήσομεν. Demosthenes in Aristocrat. p. 293. ed. Taylor. ἐκ γὰρ τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ὑμῖν ὑπάρξει, μεγίστοις οὖσιν, ἀσφαλῶς οἰκεῖν· *summam potentiam securi tenere potestis,* vertit Wolfius. Οἰκεῖν est *administrare, regere,* quod et

docent lexica. Absolute (ut hic, et in loco Demosthenis citato) Xenophon Hist. Græc. lib. IV. p. 536. A. Plenius οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν καὶ πόλιν. Idem Mem. lib. IV. p. 790. C. et Isocrates Panegyr. p. m. 149. ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν, ἐξ ὧν τάς τε πόλεις ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν, καὶ κ. τ. λ. MARKL. Vide ad Phœn. 611.

1239. Argivi hic dicuntur διδόναι ὅρκια seu ὅρκον, *dare jusjurandum*, i. e. *jurare* Theseo; et Theseus λαμβάνειν vel δέχεσθαι, *accipere*, eorum ὅρκον, v. 1195. et sic Aristoph. Ran. 597. Nonnunquam tamen Græci more prorsus contrario loquuntur; secundum quem Theseus dici potuit διδόναι ὅρκον *Argivis*, i. e. facere *ut Argivi jurarent*; et tunc Argivi dicerentur λαμβάνειν vel δέχεσθαι ὅρκον, *to take an oath*. Demosthenes Paragraph. πρὸς Ἀπατούριον, p. m. 79. ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης, δίδωσιν ὁ Παρμένων ὅρκον τούτῳ (Ἀπατουρίῳ) περί τινων ἐγκλημάτων· καὶ οὗτος ἐδέξατο. ubi Parmeno *dedit* vel *obtulit* jusjurandum Apaturio, et Apaturius *accepit* conditionem, et *juravit*: vide quæ sequuntur: et Plutarch. Eumen. p. 585. E. In nostro Idiomate hæc duplex significatio locutionis, *to give an oath*, adhuc servatur, nam *I give my oath*, est, *ego juro*: sed, *I gave him the oath*, est, *ego feci ut ille juraret*. Post versum ultimum in nonnullis editionibus ponuntur asterisci, signum defectus. Sensui fabulæ nihil mihi videtur deesse, neque defectum aliquem innuit Aldina. Si quid absit, forte fuerit solennis iste epilogus, Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, κ. τ. λ. vel iste alter, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, κ. τ. λ. Alterum horum, ut ad fabulam non spectantium, fieri potest ut omiserint librarii. MARKL.

FINIS NOTARUM IN SUPPLICES,

ET

TOMI PRIMI.

Excudebat R. GILBERT, St. John's Square, London.